



DE MIRACULIS
LEMNIUS










A. J. L. Millwood
1859

A XL
6 L
16/1

3706/A
3718
3714



DE MIRACVLIS OCCVLTIS NATVRÆ LIBRI IIII.

Item

DE VITA CVM ANIMI ET CORPORIS INCOLVMITATE recte instituenda, Liber vnus:

Illi quidem iam postremum emendati, & aliquot capitibus aucti; hic verò nunquam antehac editus;

AVCTORE

LEVINO LEMNIO Medico Zirizæo.




FRANCOFVRTI,

Typis excusi Wolfgangi Hofmanni, Impensis hæredum Iacobi Fischeri, p. m.

ANNO M.DC.XXVIII.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE

Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regi, ac Liuoniæ Domino, ERICO eius nominis decimoquarto, LEVINVS LEMNIVS Medicus,

S. P. D.

SCITVM est illud Platonis, Rex illustrissime, Felices fore Respublicas, siue studia sapientiæ consectentur Reges, vel Sapientes imperent. Quod cum in te sine controuersia perfici intelligam, qui non solum studiis sapientiæ sedulo insistas, sed quasuis artes amplectaris aut colas, non possum Tuæ Maiestati, tuoque amplissimo Regno non impense gratulari. Dici enim vix queat, quam sit hoc nomine suis subditis futurus amabilis ac gratiosus, denique ad ea sectāda, quæ in humanis rebus sunt præcipua, quæque ad summam felicitatem spectant, incitamento. Vt enim filii maiorum vestigiis insistunt, in quos oculos continenter habēt defixos, illorumq; imitantur vel vitia vel virtu-

tes: ita in Imperio aulæ proceres, ac promiscua passim multitudo ea consectari conatur, ea vita & moribus exprimere, quæ Regi aut Principi placere videat, & quibus ille maxime afficiatur. Cum autem multis magnisq; rebus spectata sit tua, ERICE illustrissime, Maiestas & amplitudo, corporis animique præstantia, acumen ingenii, eruditio singularis, summa vitæ integritas, in pace incredibilis imperii moderatio, belli vero tempore, quod nunquam nisi iuste à te suscipitur, mira rerum gerendarum peritia, pari consilio ac prudentia fulta: quibus artibus non minus fortiter quam animose, magnoque successu ac dexteritate finitimos, qui alienæ ditioni inhiant, propulsas ac conficis: quis tãtas tamque admirandas naturæ dotes, quibus a Deo Opt. Max. affatim excultus es, accumulate exornatus, non admiretur ac suspiciat, solidisque encomiis prosequatur? quod ipsum vnice perficere meditor: quandoquidem Maiestat Regiæ fauorem experiar, quæ ex nostra hac statione atque excubiis, magnis præmiis in aulam suam nos euocat. Quocirca cum latissima regna longeque exporrectos Sueciæ ac ditionis Gothicæ tractus (a quibus totius Europæ exortam nobilitatem serio dictitare solet Imperator Carolus huius nominis Quintus, sibiq; id laudi ducere) incredibili sapiẽtia ac comitate te moderari audiam, atque abs te conquiri vndique, nõ solum


artifi-


artifices manuarios, ſed quod præcipue laudem meretur, conuocari magnis tuis ſumtibus atque impenſis viros doctos ac literatos, qui regno tuo decus & ornamentum afferunt, paſſus ſum D. Guilielmum Lemnium, quem vt archiatron ſeu Medicum primariũ in corporis tui tutelam ac ſanitatis conſeruandæ præſidium adſciuiſti, tanto locorum interuallo, à patriis ſedibus, à paterno complexu, congreſſuque familiari ac domeſtica conſuetudine diuelli, præſertim iis annis quibus parentes filiis, tanquam ſcipione fulti inniti ſoleant; atque inclinata vergenteque ætate aliqua ab iis oblectamẽta concipere, nonnulla eminentis ſenii ſolatia conſequi. Et quo erga clementiſſimum Regem magis conſtet Lemnii ſtudium, promtæq; voluntatis ac propenſi animi teſtificatio, libros hos de Naturæ dignitate & præſtantia, abditisq; rerum cauſſis Maieſtati Regiæ dedicare viſum eſt, quo ſe oblectare iis poſſit, vbi à feriis rebus reſpirare liceat, atque à publicis functionibus conquieſcere. Multa autem ineſſe lucubrationibus hiſce noſtris, citra omnem ambitionem aut adulãdi ſuſpicionem, auſim polliceri, quæ amœnitate lectionis ac cum rerum, tum ſententiarum varietate atque illecebra quemque poſſint reficere ac demorari. Si quando itaque, inuictiſſime Rex, occupationibus quibus implicatus es, defungi te contigerit, atque aliquid tibi laxamenti im-

petere visum sit, his auocamentis animum grauioribus rebus defessum recreare poteris ac reficere. Hoc autem argumentum, quo nullum excogitari potest plausibilius, ea mente ac consilio illustrandum suscepi, vt omnibus innotescat quam immensa sit rerum natura, quæ vsibus commodisque nostris inseruit, quo vis eius se proferat, quam longe lateque sit diffusa. Quæ cum sit diuinitatis instrumentum, tota moles ac rerum vniuersitas illi incumbit atque innititur, eiusque munere cuncta subsistunt, ac continuata successione se propagant ac tuentur. Quæ consideratio hoc efficit in animis hominum, eumque vsum consequitur, vt mens humana in Opificem erecta, res momentaneas ac caducas despicere condiscat, atque ad sempiternas aspiret atque enitatur. Siquidem naturæ contemplatio, quæ multiplici rerum varietate instructa est, atque exornata, totiusque mundi decor & species, in conditoris admirationem atq; amorem mortales allicit: ita vt tam spectabili ac visendo mundi opificio obstupefactus humanus animus in huius architectum atque artificem tota mente rapiatur, haustoque tacito quodam diuinitatis afflatu, illum colat ac veneretur, in illo confidēter conquiescat. Cuius rei cum toto passim opere specimen sum exhibiturus, superuacaneum existimo plura congerere, quibus naturæ splendor illustrari possit, eiusque digni-

tas

us amplificari, præſertim cum R. M. ſedulo na-
uræ ac rerum contemplationi inſiſtat atq; con-
inenter ſe oblectet, ita vt nulli aptius magisque
ppoſite hæc Naturæ miracula conſecrari poſ-
int, quam ERICO Regi, qui huiuſmodi oble-
tamentis vnice afficitur. Eo autem magis gra-
um acceptumque amplitudini Regiæ hoc mu-
us literarum fore confido, quod tempeſtiue ac
aptata opportunitate oblatum ſit, nempe iis
uptiarum auſpiciis, quæ sereniſſimus Rex pro-
ediem initurus eſt; quod vt felix fauſtumque
t, optimi quique bonis acclamationibus bo-
isque ominibus exoptant ac precantur. Deus
Opt. Max. qui cuncta fulcit ac ſuſtinet, Regni
ui ſolium Rex illuſtriſſime ſtabiliat, tibique in
omnibus felicem progreſſum, magnaque incre-
menta conferat. Ziriζææ, pridie Calend.
Ianuarii, Anno redemti orbis
M.D.LXIIII.





AD CANDIDVM LE-
CTOREM PRÆFATIO
L. LEMNII MEDICI.

DVO sunt artium, quæ hominum vtilit[...] atque vsui deseruiunt, instrumenta, quib[...] omnia firmari solent ac stabiliri, Ratio [...] Experientia. His enim ipsa Medicina, [...] præter Mathematicas artes, pleraque alia fulciunt[...] Siquidem quæ exacti excussique iudicii hominib[...] sunt factura fidem, ad hanc amussim exigi, ad hu[...] lapidem Lydium debent explorari. Quid autem m[...] gni præstiterit Medicus, si herbas ac medicamenta [...] ficaces obtinere effectus ratione studeat euincere, n[...] si id experimento comprobet? E diuerso, qua fiduc[...] niti posset experimento, quod plerumque absque iud[...] cio adhibitum, fallax esse ac periculosum declarat [...] consulta Empiricorum temeritas, nisi illi ratio su[...] fragetur? Et quanquam Sophisticum censeri posse[...] contra experientiæ testificationem ad documentu[...] rationem exigere: nunquam tamen quisquam san[...] iudicii, & qui in delectu rerum aliquid pensi habe[...] experimento assensum fecerit, aut id temere experi[...] sustineat, nisi ratione id per omnia comprobatum si[...] ac suffultum. Non tamen diffiteri possim, aut tergi[...]

uer, ar[...]

uersari, quin multa sint in natura rerum abdita atque abstrusa, effectuque tam latenti & cæco, vt temerarium sit talium rationem inire, aut facti causam explicare. Hæc ipsa Dioscoridi ἀναπολόγητα dicuntur, hoc est, ratione destituta, & causarum cognitione vidua, quæ sensui & intelligentiæ manifestam demõstrationem non exhibent, eoque occultæ proprietates Medicis dicuntur. Siquidem aliquid interuenire censent huiusmodi rebus vel ex decursu astrorum, ac siderum corradiantium meatu, vel ex diuina voluntate, aut elementorum concretione ac mixtura, vel denique totius substantiæ vi, formaque specifica, quæ cum ratione mentisque iudicio assequi nequeamus, in occultas essentias, abditasque proprietates ea reiicimus, ac tali suffugio eluctamur, ex eoque Labyrintho nos extricamus. Ego vero, quo ad huiusmodi rerum demonstrationes, caussasque eruendas doctorum animos exstimulem, adnitar pro virili probabili atque artifici coniectura rationem elicere, aut quam proxime collimando scopum attingere. Multa sunt, fateor, incompertæ originis in natura rebus, ac densis obscuritatibus inuoluta, quorum tamen probabilis ratio excogitari, atque effectus caussa, si non euidenter & perspicue, certe verisimiliter reddi potest. Verbi caussa; Basiliscus hominem visu perimit. Quis exercitatus in operibus naturæ id euenire nesciat ex emanantibus noxiis exspirationibus, quas sensim ac latenter in hominis perniciem exhalat. Nec enim solus Regulus, sed omne propemodum ferarum genus homini infe-

Lib. 6. cap. 34.

Occultæ proprietates.

ſtum eſt, atque afflatu, ſibiloq; geſtit inferre exitium Sic lupi conſpectus, modo propius homini adſiſtat, or hiatu atq; halitu virulento raucedinem inducit, a tantum non vocem adimit. Sic muliebris ſexus men ſibus pr-fluentibus eboris ſpeculiq; nitorem offuſcat ferri aciem retundit, ſegetes ſtrangulat, hortorum ger mina conficit halitus contagio, ac non modo obuio quoſque, ſed ipſam ſe maculis næuisq; deformat. Par ratione oculis lippitudine, atque ὀφθαλμία *vitiatis alterius oculos affici contingit. Quod venuſta simili tudine expreſſit Ouidius, & Iuuenalis:*

Satyr. 2. Cum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi:
Multaque corporibus tranſitione nocent
Sic pecudes, armenta, boues, grex totus in a-
gris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine fœda,
Vuaque conſpecta liuorem duci ab vua.

Homines autem hominibus contagionem potiſſimum afflant, vbi ex aduerſo conſiſtunt, neque enim ſi in obliquum vergat exſpiratio, vel ſi in dextrũ aut læuum efflu-um ferri contingit, tantum damni adfert, tan-
Simile. *taque labe inficit. Vt enim tranſuerſa atque obliqua viſio: quemadmodum pætis ac luſcioſis aſſolet, nonnihil obtunditur atque hebeſcit: ita quæ ex oculis, aliaq; corporis parte emanant, ſi oblique ferantur, retundi atque hebetari contingit, minusq; mali inferre adſtãtibus. Quod ipſum ſtudioſius obſeruare ſoleo, vbi ægrotis contagio affectis aſſiſto, adeo vt ſemper auerſus cum iis verba faciam, nunquam inter ſumarium &*

decum-

*...mbentem consistens. Hic effluxus atque emana-
...ametsi oculis se non exhibeat, minusq; sensui vi-
...sit exposita, naribus tamen, auribus, cerebro, &o-
...rteriæ pulmonumq; fibris se ingerit. Sic nonnul-
...bseruant tam terra mephite, atq; anima graueo-
...a, vt nisi longius absistas, obuios quosque halitus
...agio feriant, inficiantque. Quam late autem se
...gat halitus animantium, quousque se proferat
...gium, hybernis mensibus flante per gelicidia A-
...one, cuique perspicere licet Siquidem ob aëris den-
...em accrassitiem, fumantem animam ex intimis
...ordiis reciprocatione quadam, vt Oceani æstuaria
...mpere videmus, ac longe lateque se diffundere: quæ
...æstiuis diebus non sit conspicua, oculisque minus
...sita, eam tamen vel odore percipis, vel in intimis
...ordiis tacitum virus concipis. Atque vt hæc ipsa
...ori perniciē moliuntur, ac lethale virus inferunt,
...uaues odores, ac stirpiū fragrantia spiritus erigūt,
...mq; vitæ fontem cor fouent ac recreant. Quod vel
...e naris quisq; animaduertere potest cū vires syn-
...ollapsas, animiq; deliquio sopitas restaurari, eri-
...idet odoramētis. Verū omissis his minutiis post-
...lum fauore supremi Numinis magis recondita fe-
... Quod si videbor cuiquam penitius naturæ arca-
...ruisse, vsusq; sublanguidis paruumq; firmis ratio-
...s, ac tenui rationis filo, nulloq; verborū appara-
...ullis copiis naturas instruxisse: huic ego persua-
...cupio, doctè præbitam potius ac demonstratam à
...scribendi materiā, quā præreptam. Ista siquidem*

suam

sum aggressus, ac tractanda suscepi, non tam spe, ciaque perficiendi, quam experiendi studi ac ve tate, simul vt pleniore obsequio meum patronum mererer, meosq; ciues hoc officio deuincirem. Ex autem ad huiusmodi tentanda post Platonem sius, cupitq; patriæ ciuibusq; hoc tanquam debi munus exsolui. Sic enim ad rerum contemplation ad studium virtutis, ad sectanda hominum com da nos exstimulat:

Discite, & ô miseri causas cognoscite rer
Quid sumus, aut quidquã victuri gignim
ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flex
vndæ
Quis modus argenti, quid fas optare,
asper
Vtile nummus habet, patriæ carisque
pinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus
Iussit, & humana qua parte locatus es in

Itaque experiar, quid efficere, aut quo progredi p mihiq; culpam deprecari liceat, si non omnia sun sequutus, eoque magis, quod instituti operis argu tum tam sit vastum adeoque se in immensum p gat, vt infiniti sit operis nec mediocris ingenii, or ad amussim exsequi, istamq; Spartam pro sua di tate atque amplitudine exornare. Quod si Hor in triuiali, minimeq; operoso argumento:

t veniam maculis, quas aut incuria fudit,
t humana parum cauit natura.
o magis in tanta rerum difficultate ad pleraque
uere mussareq́; conuenit, nec omnia ad viuum,
tur, resecare? Dici enim vix queat, quanta
tis deuoranda tædia, qui subeundi labores, quæ
endæ domi forisque molestiæ, querimoniæ, ac
plorabundæ, quum rerum suarum satagunt, ac
is suam operam sedulo impendunt: quorum cum
studium atque industria in actione consistat,
laxamenti, nulla respirandi spatia admittit non
s negotiosa quam quæstuosa praxis, adeo vt quæ
iuis horis, hoc est, vbi legitimis officiis sunt per-
i, meditantur, vix ea literis mandare vacet, ne-
expolire. Quod cum mihi assidue vsuueniat,
e huiusmodi occupationes domi forisque conti-
er me inuoluant, ægre ac difficulter omnia pro a-
sentẽtia perfici possunt: verum cum naturæ con-
latio vnice me afficiat, nec excogitari possit ar-
entum plausibilius, visum est, eius miracula tra-
locupletius, omniaque naturæ opera spectatiora
re. Quocirca post consecratos noui huius anni au-
o inuictiss. Sueciæ Regi ERICO libros hos qua- *ERICI* Sueciæ Regis magnanimitas.
De Naturæ Miraculis, eiusdem argumenti duos
i adiicere meditor, quo Serenissimus Rex confecto
pq́; bello, quod illi contra coniuratos aliquot ho-
summa virtute atque excelsi inuictique animi
nitudine & robore, terra marique susceptum est,
ulatius naturæ ac rerum contemplatione reficia-
tur.


tur. Hoc à Guilielmo Simonide Typographo Ant[illegible] piano stipulatus, vt in gratiam Maiestatis Regiæ, [illegible]

Auctor auctarum lib. pollicetur.

dique lectoris, speciosos, ac spectabiles typos exhib[illegible] quod cum se effecturum sit pollicitus, ac summa fi[illegible] præstitit Christophori Plantini industria, reliq[illegible] mature perficere cogito, modo nequid incommodi [illegible] ciderit, ac Pater cœlestis firmam stabilemque vale[illegible] dinem concesserit: sic enim futurum spero, vt pro[illegible] ma apud Francofordianos nundinarum frequen[illegible] tione noui quiddam prodeat, quo studiosus Lector [illegible] nuo se possit oblectare. Nouitas enim & oblectatio [illegible] gendi discendique incitamentum est & illecebra, p[illegible]

Auctor culpā amolitur.

sertim vbi res dilucide appositisque verbis explicat[illegible] ac seria iocosis, vtilia dulcibus atque amœnis mi[illegible] sunt: quod ipsum pro viri'i præstare studui, ea v[illegible] moderatione, vt nusquam à decoro deflectam, nusquam honesti limites egrediar.




PASCH[illegible]

ASCHASII OENII HEICRVCINI in operis commendationem Carmen.


te delectat multo pulcerrima nymphe
Natura aeterni fida ministra Dei:
t plusquam varius rerum color, optime Lector,
Ornatus, series, forma vel ordo iuuat:
nses opera pretium cognoscere, quicquid
Tellus, Oceani tractus & astra ferunt:
upis ingenue multa & praeclara doceri,
d quod Naturae lex Pietasq́ monet:
ades, hos memori libros fac mente recondas:
Proposito exiguo tempore victor eris.
icet eloquio cumulatus, & arte medendi
Lemnius ostendet, quidlibet vnde petas.
dita Naturae pandit miracula, vires,
Caussas, quae multos texerat vmbra dies.
n solidis adeo rationibus omnia fulcit,
Vt carpi, Momo iudice, posse neges.
nii mire felicis acumine quid non
Disserit argute, perspicueq́ docet?
didus & tersus leni fluit agmine sermo,
Multus vbique nitor, multus vbique lepos.
Medicis solis (ne forte quis inscius erret)
Hic operam & studium dedicat ille suum:
ima ciuili praecepta salubria vitae
ingendisq́ probe moribus apta leges.
ibus instillans animoq́ τὸ γνῶθι σεαυτὸν,
oc aget, vt studeas notior esse tibi.
uas hominum vetat obrutescere mentes,
aeteritisve bonis deteriora sequi.

Quin

Quin obiter studiis melioribus imbuit omnes,
Qua se cognoscant, qua ratione Deum.
Sed frustra celebrem male natis versibus illum,
Cuius fama volet docta per ora virum.
Instar multorum Gesnerus Apolline dignus
Mystes: sat locuples hic mihi testis erit:
Qui citra inuidiam presso vir candidus æqua
Expensum trutina pollice laudat opus.
Vt taceam geminos Etrusca voce loquentes,
Quam cupide Ausonidûm turba diserta legat.
Lucis enim vsura caruere, nec hactenus extra
Septa domus reliqui corripuere pedem.
Restat vt Hispanos, Celtas linguaque Britannos
Repræsentantes, Belgica verba sonent:
Quos æque gratos doctis si senseris auctor,
Adiciet totidem, cœpta iuuante DEO.



LEVI-



.EVINI LEMNII IEDICI ZIRIZÆI, DE OCCVLTIS NATVRÆ MIRAcu'lis

LIBER PRIMVS.

De natura diuinitatis instrumento.

CAPVT I.



ATVRA in qua elucent, atque expresse se proferunt Diuinitatis vestigia, cuiusque rei principium est, quo consistunt omnia.

Natura est *mens*, λόγος, *seu ratio diuina, operum naturalium effectrix, rerumq; exsistentium conseruatrix.* Quæ vis nulli, præterquā eo, & qui illi indiuulse adhæret Christo, asscribi oteſt. Ipse enim splendor paternæ gloriæ, expressaq. nago substantiæ illius naturæ, totiusque vniuersi est pifex, suoq. nutu, nulla subiacente materia, omnia ondidit, in eoque est vita, vigorque rerum conditaım, atque ab illo singulis viuifica virtus infusa est, oc est, per eum vnumquodque genuina sua vi subsiit, insitaque facultate se propagat ac tuetur. Nihil n tanta, tamque immensa rerum vniuersitate iners ut otiosum, nihil temere aut fortuito, nihil frustra ffectum est, omnibus stirpibus sua vis indita, singu s animantibus suum ingenium, suaque attributa aturæ inclinatio. Obiter quæcunque mundi ambi- ı, cœlique complexu continentur, vi quadā insititia nstructa sunt ad actum sibi peculiarē ac suis quæque ocis temporibusq. disposita, admirabili quadā vicisitudine munia sua obeunt, cursumq. perficiūt. Hinc

Natura quid.

Hebr.1.

Ioan.1.

Deus omnium rerum caussam in se ipso complectitur.

Coloss.cap.1.

Natura, nec iners, nec otiosa.



quum Deus tanti muneris effector ac moderator c...
Genes.1. lustrasset, quæ sex dierum spatio perfecisset, visa su...
illi insigniter bona, h.e. ita elaborata, vt artis ratio ...
flagitabat, vt exposcebat ordo rerum ac series, vt d...
cor vniuersi exquirebat, adeo vt omnia ad vsum co...
ducerent, atque ad finem, cui erant destinata, spect...
rent. Qua de re sapienter disseruisse mihi videtur ...
De partibus anim. lib.1. cap.5. ristoteles huiusmodi propemodum verbis: *Nihil...
*natura rerum tam minutum, tamque vile aut abiectum, q...
non aliquid admirationis hominibus adferat.* Et ꝙ Herac...
tum Tarentinum dixisse ferunt, quũ in casa quada...
furnaria diuertisset: *Introite, sunt hic etiã Dii:* hoc que...
in naturæ operibus sentiẽdum. In minutissimis en...
naturæ rebus numen elucet, omniaque honesti p...
chrique rationem obtinent. Siquidem operibus n...
turæ hoc præcipue adiunctũ est, vt nihil temere, vi...
que fortuita fit effectum, sed omnia finis sui gra...
Et quemadmodum, quum de ædibus magnifice co...
structis fit sermo, non de calce, de lateribus, de lign...
Simile ab ædiũ structura. aliaq. materia agitur: sed forma ac specie, structur...
ædium, & in quẽ vsum sint erectæ: ita, qui naturæ...
pera excutit, nõ de materia, sed forma, totaq. substã...
tia, de vsu denique atq. vtilitate disserit. Sic corpus ...
Homo in quem vsum & finem creatus. nimæ gratia conditũ est, membra vero officiorũ, q...
commode actiones suas obeant, suasque functio...
exsequantur. Homo autem Dei causa in hoc mu...
theatrũ ꝓductus est, quo ille se oblectet illius mu...
ficentiã agnoscat, in illo conquiescat, illiq; fidat a...
Natura vis ad Deum referenda. innitatur. In tanta itaq. tamq. immensa rerum ex...
stentiũ multitudine ac varietate nõ suspicienda m...
do naturę vis & efficientia, sed eius maiestas atq. a...
plitudo, a quo singula producta & ꝓfecta sunt, cui...
que benignitate naturæ opera subsistunt, atq. ab ...
teritu vindicantur. Quæ cogitatio exsuscitat anim...
nostros humi alioqui defixos, atq. in Dei notitiam ...
agnitionẽ deducit. Deus enim tametsi sit incons...

cu...

us ex rebus tamen creatis, vt Paulus testatur, atque mundo tam mirifice condito, tam sapienter administrato & perspici potest & intelligi. Et quemadmodum Cicerone teste, ex memoria rerum, ex inuentionis subtilitate ac celeritate motus, omnique pulchritudine virtutis vim mentis agnoscimus, quamuis oculis ipsa non pateat. Sic Deum mentemque illam aeternam ex operib⁹ eius dilucide perspicimus, eiusque vim atque afflatum efficaciter percipimus. Illius enim virtus per omnia diffusa, singulis calorem, spiritum vitamq; largitur. Qua de re erudite concionatus est Athenis D. Paulus ex Arati sententia, quam eleganter expressit Lucanus lib. 9.

Rom. 1.

Tusc. 1.

Deus quare homini innotescat.

Actor. 17.

Hæremus cuncti superis temploq; tacente
Nil agimus nisi sponte Dei, non vocibus vllis
Numen eget.
Estq; Dei sedes nisi terra & pontus & aër,
Et cœlum & virtus: Superos quid quærimus vltra?
Iupiter est quodcumq; vides quocumq; moueris.

Quis igitur erga illum non afficiatur, cuius vires manifeste percipit, cuius donis cumulate fruitur. Si Imperatores & principes optimo iure veneramur ac suspicimus, illosq. plurimi facimus, ac magnos honores deferimus, quod regna atq; imperia incruenta, citraq; sanguinis iacturā parta summa æquitate administrant, quod magistratus habent inculpatos, qui in obeundis negotiis muniisq; publicis magnam curā, multamque operam subeunt, quo omnes in officio contineant, omniaq; passim sint pacata, nec Resp. vlla discordia aut seditione ciuili diuulsa: quanto magis Deum suspicere ac venerari par est, qui nulla cura, nulloq; negocio, aut solicitudine tam vastū latūq; mundi imperium nutu suo regit ac moderatur? Quo spectat illud Apulei hominis à nostra quidem religione alieni, sed qui ex Hebræorum fontibus id hausit. Quod in triremi gubernator ac nauclerus, in

Simile ab Imperatorum officio.

De mundo.

Simile à multis officiis desumtum.

curru rector, choragus in Comœdiis exhibendis, p
cētor in choris, agonotheta seu remunerator in c
eundis certaminibus, consul inter ciues, dux in ex
citu, comes in suscipiendis propulsandisq. pericul
hoc est in mundo Deus: nisi ꝙ ærumnosum curisq
innumeris implicitum videtur officii alicuius prin
pem fieri: at Deo nec molesta est, nec onerosa impe
sui cura. Cæterum nolim mihi aduersari Medicos: a
grauate ferre Philosophos, quod in asserenda natu
dignitate, ipsam ad fontem suiq. originem refera
hac enim ratione omnia reducūtur ad essentiam p
migeniam, totiusque naturæ archetypum. Et qua
quam late pateat naturæ vocabulum, suoque ar
tratu secundarias quisq; definitiones cominisci p
fit, ad vnum tamen omnes reuocantur. Sic Medici

In Deū omnia naturæ opera referenda.

Natura est insita atque innata rebus qualitas.
Natura est quatuor elementorum mixtura & temperies
Natura est vis & propensio animi cuiusque.
Natura Philosophis est motionis & quietis principium.
Natura est quæcunque formam dat specifica differentia.

Propria naturæ definitio.

Natura est vis & causa effectrix, rerumque conser
trix toti mundo eiusque partibus inserta. Natura
ꝓprius rem ipsam designem) est diuinorum operū
do & series q̄ illius potentiæ, illiusq; verbis ac iu
obsequitur, ab eoq; vires mutuatur. Harum omni
descriptionum, & quotquot à viris disertis excogi
ri possunt, præcipua causa & origo ab æterna illa m
te tanq̄ vberrimo fonte promanat. Quod omni
scire interest ac permagni refert obseruare, anim
penitus infigere, quo cuique magis innotescat su
mus rerum opifex, illiusque accendatur in mentil
nostris maiestas & amplitudo. Rerum enim consp
ctus, & naturæ contemplatio brutos etiā homines
que à Dei cognitione prorsus alienos, modo ne de
aliqua sanioris mentis scintilla, in maximam admi
tionē Diuinitatis perducit. Siquidem natura reru

Naturæ contemplatio ad Deum erigit animos.

q

immensa est, ac longe lateq; diffusa, quum nus-
m in oculis ac menti se ingerat, mirifice hominẽ
it, atq; in summi parentis amorem ac veneratio-
n dirigit. Nam si cui excutere libeat atque attente
siderare, quis sit rerum conditarum, quæ aliæ ex
emergunt, decor & ornatus, quantaque arte, quo
ficio, quam concinne atque affabre omnia elabo-
sint & constructa, cunctaq; in hominum vsus ne-
sarios, in oblectamentum ac cõmoditatem condi-
bseruet, quis illis affici non possit, aut æternã illã
ntem non venerari aut suspicere, q̃ solius hominis
sa, ista exstare ac continuato perennique ordine
erie subsistere voluit, non sine admirabili propa-
ionis successu? Effecit hæc naturæ præstantia, vt
ter alios Antonius ille (qui ob Christianorum ꝓ-
ptiones ac persequendi rabiem, quæ nullis nõ se-
s incrudescit atque efferata redintegratur, in soli-
inẽ secessit ac loca vasta, auia, impedita, tyrannis
inaccessa incoluit) vnice se oblectaret naturæ ac
um contemplatione adeo, vt quum quidam ab eo
citaretur (nam omnibus se affabilem præbuit, nec
quam responsa denegabat. vt tetrici quidam) cur
cos ac prope nullos apud illum libros cõspiceret:
pondisse dicatur: hæc mundi spectacula sic animĩ
desiderium explere, ita mentem reficere, ac p̃bere
cumẽta, viuendiq; præcepta atq; institutiones tra-
re, vt multorum librorũ vicem suppleant, nec ma-
ppere eorum adminiculo indigeat. Satiat enim a-
uando librorum quamlibet amœna lectio, adeo
mens assiduitate legendi lassescat ac defatigetur:
um naturæ consideratio ea oblectamenta, has vo-
ptates, tanta blandimenta atq; illecebras proferat,
nulla vnquã oboriatur satietas aut fastidium. Ad-
nant equidem scriptores culti Rhetorum colori-
s ac pigmentis lucubrationes suas ac commenta-
, appositisque verbis rem illustrãt. Ac natura sum-

Omnia hominis causa condita.

Antonii Eremitæ de natura sententia.

Prouerb. cap. vlt.

mi opificis instrumentum, ac ministra, quæ ad quid uis elaborandum fingendumq; efficax est & apposi ta non ascititia varietate, sed genuina ac natiua ocu los mentemq. insatiabiliter pascit ac recreat. Qui vero naturæ solertiam, artificiũ, industriam, scite ela boratas stirpium, flosculorum, animaliũ, reptilium piscium, alitum species, omniumq. conditiones, vi res, effectus possit, vel exprimere vel explicare? Qui artifex aut architectus quamuis eximius, eas forma atq. effigies imitando consequi possit, quæ passim f proferunt atq. oculis humanis singulis momentis se se exhibent? imitatur quidem ars naturã, atq; homi num industria graphice quædam ad viuum exprimi atq. ementitur. Sic Conradus Gesnerus vir vt recon ditæ eruditionis, ita indefessi laboris strenuam ope ram nauauit in illustrãda animalis omnis spitabilis que naturæ historia, cui præ cæteris palmam defero. Sic pleriq. alij in herbarum descriptionib. effingen disq. earum figuris, non postremã laudẽ sunt prome riti. Verum vt nihil non populare & plausibile ac lau dem meretur artificiosa naturæ æmulatio: sic omnia muta exhibet inanima, insipida, inodora, nullaq. vi atq. effectu prædita. Neque enim è linguis est, iners, ignaua, somniculosa, stupida, inanimata natura re rum, sed viuida, alacris, erecta, suiq. ostẽtatrix, & quæ sensibus suauiter blandiatur, sic vt contemplantem multa cõmoneat, multa edoceat, suisq. inuitamẽtis incitet atq. illicitat, adeo vt spectator minime otio sus non in ea solum conquiescat, sed ad illũ mentem erigat, cuius virtute hæc omnia vigent & subsistunt. Ita in iis quæ oculis nostris exposita sunt, non solum naturæ artificium excellens quidem, & inimitabile spectari debet, sed Dei maiestas, amplitudo, decus, splendor, magnificentia, deniq; munifici patris erga humanum genus amor, & propensio. Elementa, cœ lũ, ortus & occasus siderũ, diurnæ nocturnæq; vicissi tudines,

Conradi Gesneri laus.

Natura rerum ad Deum nos erigit.

...lines, quadripartita anni varietas, quæ duo æqui- *Rerum vicissi-*
...ctia vere & autumno, ac totidem solstitia æstate *tudo quid indi-*
...yeme complectitur, quorum decursu herbæ ex- *cet.*
...escunt & deficiunt: suoque tempore emergunt ac
...iniscunt, quum multa indicent ac cōmonstrent,
...nā morte ad vitam reuersionis ac reditus, quo suo
...npore corpora per resurrectionē restituenda sunt
...ntegrum, documenta præbent. Hanc naturæ vim
...rificam Dauid operum Dei admirator vnicus sub-
...e effert in immensum, eamque vt par est, opifici
...erit, cuius opera, quæ in terra conspiciuntur, quæ-
...e in cœlo se proferunt miris laudibus exornat, soli-
...q. encomiis prosequitur, adeo vt attēte, fixaq; cō-
...nplatione obstupefactus exclamare cōpulsus sit: *Psal.104.*
...am magnifica sunt opera tua Domine, omnia sa-
...enter perfecisti, impleta est terra possessione rerū
...arum. Visa est etiam Ethnicis, quibus perexigua
...ntigit rerum diuinarum cognitio, hæc naturæ cō-
...eratio fructuosa mentiq; vtilis ac iucunda. Sic Ci-
...ro in Academicis: nunquam ego Physicorum quæ-
...ones exterminandas censeo. Est enim animorum *Lib.4.*
...mentium naturale quasi pabulum, consideratio
...templatioq; naturæ, erectiores enim efficimur, ac
...s fluxas caducasq; despicimus, mente & cogitatio-
... in cœlestia defixi. Indagatio ipsa rerum summam *Tuscul.5.*
...rit delectationem, ac mens amœnissima cōpletur,
...iciturque voluptate. Quidquid autem ipsa natura
...nuit, non modo animal, sed etiam quod ortum è
...rra stirpibus nititur, in suo quoque genere perfectū
...t. Quorum alia humilia sunt, nec altius se à terra
...llunt: quedā in maximā altitudinem assurgunt, alia
...erpetua fronde virent, alia hyeme spoliata nitore *Herbarum di-*
... pompa frondium, verno tempore tepefacta fron- *uersitas.*
...escunt ac repullulant, denuoque in stirpem emer-
...ant. Nec est vlla res, quæ non ita vigeat insita vi,
...uin protuberante turgenteque semine aut flores,

Animantes natura instinctu ducuntur. aut fruges, aut baccas proferat eaque Solis calore ad perfectam maturitatem perducat, effectuque salubri imbuat. In animantibus quoque, quibus quum ratio desit, sensus attributus est, ipsius naturæ vis atque inclinatio perspici potest: alias enim natandi peritas aquarum incolas esse voluit, alias volucres libero cœlo frui, alias reptiles, quasdam gradientes, nonnullas solivagas, plerasq; gregatim volantes, vt sturni facti- *Psal.8.* rant, milliariæ, fringilli, passeres, columbæ; immanes alias ac feras, quasdam cicures & mansuetas, vt omnis gallinacei generis, & quæ domestica atque altilia dicuntur. Homo vero, cuius imperio omnia subdita sunt *Hebr.1.* & subiecta, multo quiddam præstantius est cõsequutus, nempe præter loquendi munus, rationem & mentem animumq; cœlestis naturæ ac diuinitatis participem. Humanus siquidẽ animus decerptus ex mente diuina cum nullo alio quam cum Deo comparari potest nec ad vllius naturam referri. Quocirca homini enitendum, vt quam proxime ad suum opificem assurgat illique assimilem se præstare affectet. Quum enim Deus cæteras animantes abiecit ad pastum ac pabulum: solum hominem humo excitatum, celsum ac sublimem constituit, quo ad cœlum ac domicilii sui conspectum mentem oculosq; erigeret, qua de re sequenti capite fusius.

Hominis dignitas & præstantia. CAP. II.

Qvum autem Deus Opt. Max. summopere suspiciendus sit in rebus creatis, quæ passim obuiæ existunt, atq; oculis mentique se ingerunt, tum potissime in homine mirifice eius elucet sapientia. Quicquid enim in mundo se profert quamlibet concinne atque affabre factum, nulla ratione comparari componiq; hominis præstantiæ potest, adeo vt hinc præcipue sumi voluerit sui æstimationem Deus, suæque diuinitatis specimen exhibere mortalibus, hoc est, ex sua cuiusque mente, suiq; notitia perduci nos

Homo præcipuum Dei opificium.

voluit

uit in cognitionem tantique opificis reuerētiam: il enim expressius repræsentat Deum, quam mēs minis, qua ad imaginem ac similitudinem eius est itus. Est siquidē homo expressissimum Dei simu- *Mens hominis Dei simulacrū.* rum. Quamobrem ob externum internumq; ora- um, atque amplissimas dotes μικρόκοσμος dici ruit, quod in hunc cumulatissime omnia profude- munificus ille rerum parens atque opifex Deus. ius enim causa omnia producta in lucem, illiusq; i cuncta patent, ac sunt exposita. Quod ipsum a- oscit Psaltes regius gratiq; animi argumēta profe- *Psal. 8.* ns: Fecisti illum, inquit, paululo angelis inferiorē, o propemodum vt Deum quendam gloria & ho- re decorasti, illumq; præfecisti operibus a te crea- . Hanc autem prærogatiuam etiam à mundi exor- o obtinuit, adeo vt omnia, dū vigent ac consistunt, mini sint obsequiosa ac famulentur. Sic enim Ge- *Homo mundi præfectus.* seos primo omnium rerum principatum ac præfe- ram Deus homini asseruit. Fructificate, multipli- mini, replete terram, eā subigite, & in pisces aqua- les, volucresque aëreas, & omnes quæ in terris mo- ntur bestias, imperium exercete. De mente autem uæ illi diuina est, & qua proxime ad Deum accedit, eque internis animi dotibus, ratione & intellectu, uibus belluis præstat, quum abunde scriptores alii, ec sit huius instituti in præsentibus supersedeo. De orpore vero, quæque illi cognata sunt, ab eoque de- *Decor corporis humani.* endent, pauca disseram. Illius enim excellens & spe- abilis forma moribus animæ congruens atque ac- ommoda, status corporis celsus atq; erectus in cœ- um, os sublime ac resupinatum, omniū partium ac otius symmetria, seu exacta commensuratio, etiam b Ethnicis atque à nostra religione alienis sunt de- rædicata, adeo, vt mirari subeat nostrorum hominū ncuriam, qui aut nihil prorsus scrutantur, aut frigi- e, atq; oscitanter seipsos naturæq; opera excutiunt,

David naturæ admirator vnicus.

quum Dauid rex magnific. pressius fixiusq. naturam hominis contemplatus exsuscitari cœperit atq; exardescere in tanti opificis amorem atque admirationẽ. Sic n. tum aliis, tum huiusmodi elogiis illũ prosequitur: Celebrabo te Domine, quod mirifice sim formatus, opera tua admiranda sunt, eaq; scrutatur & agnoscit anima mea, non fuit tibi occultum vllum os meum, quum formarer in abdito & quum miro artificio fingerer in materni vteri latebris. Informem atq; inelaboratum fœtum viderũt oculi tui, & omnia membra mea velut in libro penes te descripta erant, quæ deinceps non nisi multis diebus formata sunt. Admirationi mihi est scientia tua, qua in me formando vsus es, excedit illa prorsus captũ meum. Quum enim inquit, me totum excutio, quum corporis structuram, animæ præstantiam, vim mentis sedulo expendo, eaq. ratione ac iudicio assequi nequeam, & maiest. tuam veneror, & amplector munificentiam. Iam vero sinamus paululum interquiescere formam illam spectatissimam, tum reliquas partes corporis visenda specie: internorum viscerum situm, naturalium facultatum potentias, neruorum à cerebro ortum, ductũ arteriarum à corde, venarum ab hepate propaginem considerenus, tũ animæ facultates & potentias, quibus ipsa suas functiones profert ac perficit: his accedit spiritus ille ætherius caloris naturalis sedes ac vehiculum, qui trifariam discriminatur, ac totidem locis discretus est, sic vt animalis cerebro, vitalis cordi, hepati naturalis sit ascriptus: hic cum natiuo calore, humoreq; nutritio vtriusq; fomite corpus alit ac vegetat, atq; in exercendis actionibus vires suppeditat, quamobrẽ non indiligenter tria hæc fouenda, instaurandaq; sunt somno, vino, alimentis, exercitatione: q̃ tamen moderate adhiberi postulant, ne si vel immodica sint, vel intempestiua, hominem à sede mentis cõtingat dimoueri, multisq; ac variis affectibus duci.

Psal. 138.

Dauidis exclamatio in Dei admirationem.

Tres in homine spiritus.

Quæ res spiritus fulciant.

Igneus

Igneus est equidem vigor & cœlestis origo — *Æneid. 6.*
Omni homini quantum non noxia corpora tardant.
Terreniq; habitant artus, moribundaq; membra,
Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent gaudentq; nec auras
Respiciunt clausi tenebris & carcere cæco.

…ibus Poeta quatuor animi perturbationes com…ectitur, quæ ex intemperantia ortæ mentem homi…s turbulentam efficiunt atq; inquietam, mirisque …odis exagitant. Postremo ad illa dirigamus oculos, …æ istis omnibus speciem præbent, formæque præ…ntiam inducunt, hoc est, formandi figurandiq; fœ…s artificium excutiamus, quod tale tantumque est, … quiuis etiam à re medica alienus in eo excutiendo …res ingenii acriter debeat intendere, huiusmodi e…m res scire & perscrutari cuiusuis interest, quum in … ipse versetur, atq; in sui contemplatione quiescat. — *Affectuum tyrannis.*

…quidem quum homo ex corpore & anima constet … conflatus sit, ipsumq; corpus animæ sit instrumen…m per quod actiones suas perficit, cui non summa …se debet vtriusque partis cura & obseruatio? quis …on vtriusque incolumitati optime consultum cu…iat? præsertim quum alterum sine altero consistere …equeat: suasq; functiones & munia inoffense obire: …amque alterius sic altera poscit opem res, & coniu…at amice. Est quidem corpus pro tempore caducum … mortale, sed quum sit animi vas & receptaculum, …liusq. ministerio vtatur. Deus id quoque destinauit …ternitati, ac per resurrectionis mysterium eiusdem …uneris voluit esse particeps, nẽpe immortalitatis. — *Consensus animi & corporis.* — *Hor. in art. Poët.*

…aturalissimum procreare sibi simile, eoque reuerenter vti debent homines tanquam diuino munere, Deiq; instituto.

CAP. III.

POstquam Deus cœlum ac sublunarem hunc mundum condidisset, omniaq; tam mirabili sapientia …tq; artificio cõstruxisset, vt nihil ad necessarios vsus, …d commoditatem atque ornatum deesset, visus est

illi deſiderari aliquis cui iſta eſſent vſui, quiq; ſe h
Coniugii inſtitutio à Deo. oblectaret ac frueretur. Itaque completo perfectoq
omni naturæ ornatu, hominem in mundū tanquam
in ſuam poſſeſſionem produxit, illique ne vitam in
mœnam degeret, in adiumentum ac ſocietatem mu
lierem adiunxit, inſeuitque vtrique vim amoris, a
procreandæ ſobolis auiditatem, humore ſpirituqu
turgido, atque organis idoneis ad eum vſum præpa
ratis: & ne alter alterius contactum exhorreſcere
addidit illecebras, ac mutui complexus appetitione
vt quum ſe inirent, ſuauiter illos affici, mirisque mo
dis deliniri contingeret. Siquidem niſi omnis generi
animantibus hoc eſſet natura inſitum, vt poſterita
conſulerent; ac propagationi inſiſterent, concidere
ac collaberetur genus humanum, nec diu poſſen
ſubſiſtere res mortalium.

Georg. 3.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres,
In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idem:
Quid iuuenis magnum cui verſat in omnibus ignem
Sæuus amor nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca ſerus freta, quem ſuper ingens
Porta tonat cæli, & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora, nec miſeri poſſunt reuocare parentes.

Stimuli veneris varii. Quum itaque tam validus ſit is affectus, tamq; indo
mitus, vt ægre poſſit coerceri (nec n. omnes ſuis cu
piditatibus æque norunt moderari) indulſit homin
Deus cur coniugiū inſtituit. Deus genialem legitimumq; thorum, vt ſaltem intra
illius limites cōſiſterent, nec vago ſe concubitu con
taminarent, q dono continentiæ ſunt deſtituti. Poſt
quā igitur peracto concubitu, mulierē conceptu im
pleri contingit, magna ſubſequitur naturæ ſolertia in
fouendo ac coagulando fingendoque vtriuſque ſexu
ſemine, quo ſtato tempore exactoq; nouem menſiū
decurſu emergat dominator ille ac totius vniuerſita
tis decor homo. Hanc ſpem dubiam ac rudimentum

naturæ

turæ hominē effigiare condiscentis: appositissima
militudine expressit Iob: Nonne sicut lac mulsisti *Cap.10.*
e & sicut caseum me coagulisti, pelle & carne cir-
umdedisti me, ossib. & neruis me compegisti tuoque
eneficio vita mea subsistit: ac tua virtus fulcit spiri-
um meū. Huic affinis est sapientis Hebræi sententia, *Sapient.8.*
ua vitæ suæ primordia in hunc modū describit: sum *Hominis pri-*
uidem & ego mortalis homo similis reliqui terri- *mordia quæ.*
enæ protoplasti soboles atq. in vtero matris figura-
us sum caro, 10. mensiū spacio coalescens in sangui-
e, ex semine hominis ac delectamento, subsequen-
eq; somno. Idē quoq. & ego genitus hausi commu-
em aërem ac simili modo prodii in lucē, omniumq.
ominum more ploratum edidi, atque à lacrymis vi-
am sum auspicatus. Ex quibus intelligimus cum in
mnibus tum in excitandis propagandisque liberis
mnia naturæ ordine ac moderate instituenda, vt ex
Hippocratis & Galeni sententia motus seu exercita- *Moderate o-*
io cibum præcedat, cibum sequatur Venus, somnus *mnia instituen-*
Venerem, qua expleta facultates naturales in elabo- *da.*
rando fœtu partes suas obeunt, ac lassitudo ex con-
cubitu contracta obdormienti statim remittitur, ad-
iuuante simul somno concoctionem: somnus n. ad
concoctionis celeritatem est adiumento. Cæterum
quod ad generationis nostræ principia attinet, magna so-
let agitari quæstio. Conferat ne semen ad fœtus ge-
nerationē mulier? An conferat ad formæ similitudi-
nem sexusq; discrimē virile robur? De effigie, formæ-
que similitudine, primū mihi instituetur disputatio,
postmodum de muliebri semine, & quātum ad fœtus
procreationē conferat adiumenti. Ideo sum facturus
accuratius, quod apud nostrates nō desint lenæ quædā q̄
persuadere conantur fœminis, q̄ minimum conferre *Fœminis mul-*
ad generationē fœtus matres, sed tantum gestationis *tum tribuendū*
tædia obire, nouemq; mensiū fastidia tolerare quasi *in procreatione*
conductitium vterum offerrēt viris, cui tāquam naui *liberorum.*
onerariæ suas merces inferant, suamq; sentinā depo-

nant. Qua persuasione efficitur, vt matribus erga
pignora amor tepescat, omnisque humanitatis af-
ctus, q huic sexui peculiaris inesse solet, penitus ex-
atur. Quas ego quauis infamia dignas potius depu-
quam patiar in vllo honestarũ numero censeri. Qu-
si exempla in has edẽda sunt catamidiari, hoc est, p-
blicitus spectaculo esse merentur, ac cõtumelia p-
brisque affici. His enim imputandum ꝙ nonnullæ
suos inhumanæ sunt ac crudeles, suosq; fœtus vel
ponant, vel desertos patiantur. Quæ sæuiores sunt
magis feroces quam tigrides, leopardi, vrsi, panth-
ræ, aliæque brutæ pecudes, quæ multum operæ i-
pendunt alendis fouendisq; fœtibus: ꝙ etiam in al-
domestica gallina commonstrauit Seruator, adeo
animantia quæque ꝓ catulis suis dimicent, ac se p-
riculo exponant, vitæque discrimina illorum cau-
animose adeant. Vidimus autem hisce vernis mensi-
trecentarum ouium gregem, quum balantes fœt-
scapha è littore auectos, matrumq; vberibus auulsc-
non deterritę maris sæuitia, iucredibili affectu pro-
quererentur, accedẽte Oceani æstu ad vnam omnes fl-
ctibus oppressas. Quo exemplo commonitos veli-
& documenta sumere improbos atque inhuman-
progenitores, qui aut nihil prorsus, languide & osc-
tanter erga liberos, erga chara sua pignora afficiu-
tur: quum inertia mutaque pecora mactationi ac l-
nienæ destinata non vulgarem affectum ac propen-
animi testificationes erga suos proferant.

Catamidiari quid.

Matth. 19.

Ex animantibus naturæ vis perspicitur.

Exhortatio ad humanitatem ex animantiũ affectu.

De similitudine natorum cum progenitoribus. Et qua ratio- quæ foris incidunt, infanti communicentur, multarumq- rerum formas ex matris imaginatione concipiat.

CAP. IV.

Seminis efficacia in similitudinis ratione.

Constans est apud Medicos, multisq; rationib. cõ-
firmata opinio, si mulier semen conferat affluen-
tius, matri infantem assimulari: sin viro profluat ex-
berantius: patri ꝙ si ex æquo, pariq; mensura, ac co-

la-

is viribus contribuant, vtriq. assimilē esse vel parte a patrem altera matrem referre: deniq. si in dextrū eri sinum deriuetur, atq; e dextro teste promanet, oris ratione matrē proferri: si vero è sinistro atq. in nam partē inclinet, ob loci frigiditatē atq; humidi tem fæmellā procreari. Nonnunq̄, Lactantio teste, um forte in læuā partē vteri viri semen inciderit, as quidem gignitur: sed quia in parte, quæ fœminis ocreandis destinata est cōceptus perficitur, aliquid se semiuirile habet, supra quā viri decus patiatur l formā venustam, vel nimium candorem, vel corris læuorē ac mollitiem vel vocem gracilem atque ilē, vel mentū glabrum nullaq; barba decoratum, imū deniq. minus virilem: rursus si in partē dextrā eminei sexus semen defluxerit, fœminam quidem ocreari contingit: sed quoniā in aliena parte cōcea sit, habet in se aliquid virilitatis, vltra quā sexus tio permittat, vt valida membra, nimiā ꝓceritatē, lorē fuscū, faciem hispidā, vultū indecentem, vom robustā, animumq; virilē atq; audacem: quo fit, istiusmodi constitutionis mulieres excusso iugo nperiū in viros exerceant, tantumq; sibi in adminirandis reb. assumant auctoritatis vt viris ne hiscere uidem aut mutire liceat. Hæc autem & pleraq; alia, de similitudinis ratione adferri possunt, licet sint ero consentanea magnaque ex parte sic res euenire leat: præcipua tamen effectus huius causa in tacita ulieris imaginatione consistere mihi videtur. Si qd illa animo concipiat, aut in obuia quæq; inconni enter defigat oculos mentiq; imprimat, ea plerunq. fans in extima parte repræsentat. Sic inter amplexus & suauia, si mulier oculos ac cognitionem in viri ultū dirigat, aut quem aliū præsentem imaginetur, uius effigies in fœtu solet elucere. Ea siquidem est naginariæ facultatis vis & potētia, vbi mulier fixius uid intuetur, vt simile quiddam conspectis emoli-

Lib. de Opific.

Lactantii sententia de similitudinis ratione.

Virago vnde nomen sortita.

Mulier quæ magis imperiosa.

Imaginatio mulieris quid moliatur.

atur; adeo vt infanti varias rerum formas induci co[...]tingat ac næuos, lentigines, lituras, verrucasque [...]primi, quæ non facile elui possunt, aut emaculari[...] nostrates matronæ ex leporis obtutu infantes ed[...] labello supremo bifido ac bifurcatim dissecto. Si[...]ratione nonnulli simis exsistunt repandisq. nari[...] ore distorto, labris indecore prominentibus, toto [...] corporis habitu deformi, quod mulier conceptu[...] gestationis tempore, oculis totaque mente ac cog[...]tione in monstrosas quasdam species fuerit def[...]

Leporina fissaque labra vnde.

Tale quiddam in reliquis animantibus elaborate [...]lent naturæ artifices obiectis sub ipso conceptus m[...]mento variarum rerum coloribus. Quo stratagem[...] astuque vsus Iacobus, cui postmodum Israël nom[...] inditum, passim stratis obiectisque virgultis, qui[...] cortices ademerat, maximam gregis partem quum[...] inirent, maculoso tegmine, varioque ac versicol[...] vellere præstitit. Sic picturatas alites, sic canes equ[...]que scutulatos ac guttatos perficimus. Quod natu[...] artificium, omnesque similitudinis rationes ac ca[...]sas exactissime expressit his propemodum verbis P[...]nius: Similitudo in animo menteque est reputatio[...] qua multa creduntur fortuita pollere, visus, audit[...] memoria, comprehensæ haustæq. sub ipso concep[...] imagines, tum subito oborta cuiusq. rei cogitatio [...] fingere similitudinem, formasque miscere credit[...] hinc alios auorum, alios patrum, plerosq. autem c[...]gnatorum effigiem ostentare. Ideoque plures in h[...]mine, quam in reliquis animantibus differentiæ [...] discrimina, quoniam cogitationum velocitas anim[...]que celeritas, atq; ingenii varietas multiformes n[...]tas imprimit, quum cæteris animantibus animi fe[...] sint immobiles stabilesque atq; in suo cuique gene[...] similes. Quo fit, vt mulieris imaginatio alienam fo[...]mam, atque ascititiam effigiē infanti inducat, nulla [...] in parte gignenti similē. Sic mulier quædā quum e[...]

Arte mutatur species & color animantium.

Genes. 30.

Lib. 7. cap. 12. Plinii sententia de similitudinis ratione.

legitimum thorum se alteri prostituisset, metuēs inopinato subitoque mariti interuentu opprimeur, exactis nouem mensibus infantem enixa est nō alteri, cuius furtiuo vsa erat concubitu, sed absen- mariti prorsus similem. Qua de re exstat perquam idum Epigramma disertissimi viri Thomæ Mori; od quum huic argumento mire congruat, non gra- bor adscribere:

Thomæ Mori lepidum epigramma.

od ante coniunx quatuor
tos Sabine protulit
ultum ecce dissimiles tui:
os nec ipse deputas.
quem tibi puellulum
xa iam nuperrime est,
um tibi simillimum
quatuor complecteris.
dulterinos quatuor
ens, repellis, abdicas.
t qui graues tradunt Sophi,
uodcunque matres interim
aginantur fortiter,
um liberis datur opera,
us latenter & notas
rtas & indelebiles,
odoq; inexplicabili
semen ipsum congeri,
Quibus receptis intime,
Simulq; concrescentibus
A mente matris insitam
Natus refert imaginem.
Quum tot abesses milibus,
Dum gignit vxor quatuor,
Quod esset admodum tui
Secura dissimiles parit:
Sed vnus omnium hic puer
Tui refert imaginem.
Quod mater hunc dū concipit
Sollicita de te plurimum
Te tota cogitauerat,
Dum pertimescit anxia,
Ne tu Sabine incommodus,
Velutq; lupus in fabulam
Superuenires interim.

uo fit vt inefficax sit argumentum, ac prorsus inua- la parumque firma asseueratio, quæ in designando rente ex simi..tudinis ratione sumitur. Neq; enim turæ lex, aut publicus orbis consensus, ob similem rmam atque effigiem cuiquam prolem addici pati- r. Cæterum quod ad ingenia, ad mores, ad studia, a- mique propensiones attinet, quotidiana exempla monstrant, liberos, vt quibus omnis vis animi, ac talis spiritus ex facultate seminis est infusus, pari opemodum esse conditione cum progenitoribus,

Similitudo nemini prolem asserit.

eandemque cum iis naturam ſortiri. Verum hac in
plurimi refert intenſius aut remiſſius re Venerea
fici, illiq. incumbere. Sunt enim pleriq; minus ſa
ces, minusq; feruidi, & qui non magnopere hanc m
nomachiã, hoc eſt ſingulare certamen expetant, in
hoc luctamen detrectent potius; hi quo vxoribus g
tificentur, easq; pacatiores, magisq; incommodas e
periantur, penſum concubitus, ſeu debitum, vt Pa
1. *Cor.* 6. lus vocat, perſoluunt quidem, ſed languide & oſci
ter. Quo fit, vt fœtus à parentum natura ac moribu
Sapientes cur aliquando ſtultos procreant. inſitaque generoſitate deſciſcat, atque hinc ſapien
aliquando ſtupidos atq; inertes, parumq; ſanæ me
tis liberos procreent, quod huiuſmodi voluptatib
non magnopere afficiantur. Quum vero progenit
res in Venerem incaleſcũt ardentius, ac cumulate a
fatimq; conferunt, plerumq. euenit, vt liberi eoſde
mores ac ſtudia, motusque animi ac geſticulation
exprimant, parentumq; indolem repræſentent. V
Simile ab alitibus. alites eandem cum parente naturam ſortiuntur, eu
dem in pennis colorẽ referunt: ita liberi progenitor
mores exacte exprimunt, eademq; cum iis ſunt nat
ræ eſſentia. Sic quæ parenti ſigna genitiua impreſ
ſunt, eadem filiis ineſſe conſueuerunt. Siquidem e
Horatii ſententia Carminum lib. 4. ode 4.

Fortes creantur fortibus & bonis, *Virtus, nec imbellem fero*
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrũ *Progenerãt aquilæ columb*

Et quoniam inſtitutio naturæ dotes perficit, atq; e
rores corrigit, vitiaq; eximit, commodum adiecit:

Doctrina ſed vim promouit inſitam,
Rectiq; mores pectora roborant.

Chremes quoque Terentianus ex maternis moribu
filium æſtimat. Sic enim eum Soſtrata Heautontimo
rumenos Actu 4. Scena 3. rixatur:

Is quod non eſt conſimilis moribus,
Conuinces facile ex te natum, tui ſimilis eſt probe.
Nam illi nihil vitii eſt relictum, quin itidem ſit tibi.
Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

uidem ita natura comparatum est, idque magna arte vsuuenire videmus, vt filii sint paternorum um æmuli, parentumque vestigiis insistãt, sic vt ique sectentur aleas, scorta, popinas; nõnulli ta- parentum industria atq. educationis beneficio ummam virtutem emergunt, ac ad optimam fru- se conferunt. Quamobrem sedulo cuiq. elabo- lum, vt ita affectibus moderetur, vitæq; cursum ictus rationem instituat, ne vel sibi quicquã in- nmodi inferat, vel aliquo vitio suos contaminet. uidem ex patris semine, materniq. sanguinis pro- io atq. affluxu multa ad posteros solent deriua- Eadem enim vis & natura, quæ parentum semini t, in natos diffunditur ac transuasatur. Sic ex Ca- i sententia

Mali corui malum ouum.

Natura sequitur semina quisque sua.

um autem semen ex præcipuis partibus defluat, niumque membrorum in se naturam viresque nplectatur, fit vt quæ vitia vlli parti inhæserint, ea editario iure proles sortiantur. Sic qui elephan- i, quæ vulgo lepra dicitur, epilepsia, podagra, chi- ra, morbisque aliis contagiosis sunt inquinati, iis- n vitiis suos imbuunt. Et quoniam maternus san- s præcipuum sit fœtus alimentum, & fœcundaria creationis origo, plerunque euenit, vt plus labis matre contrahant, siue corporis habitum, siue ani- mores spectes. Sic improbæ apud nos, temulen- ac stolidæ liberos producunt sibi prorsus assimi- , vitiisque maternis affines. Materna autem ma- a plus officit liberis, quam paterna, quod ad ex- gnatam pudicitiam, aut commaculatam genialem itimumque thorum attinet, vel ob bibendi con- tudinem ac temulentiam aliamque improbita- n spectat. Nam si vir aut adultus iuuenis nulli ad- tus, nec coniugio alligatus, ex puella quadam olem suscitet, id laudem propemodum meretur,

Parentũ morbi ac vitia in proles redundant.

Ex muliere maior mali pars in natos deuoluitur.

non vituperium: quum vulgo dictitare soleant, tu
huiusmodi homini posse elocari filias, nempe n
infœcundo aut effœto, nec deploratæ sterilitatis
qui iam specimen ediderit progenerandæ sobol
quum fœmina aut puella nubilis maturaq; viro, s
factitet, aut tale quiddam admittat, vbi vri aut pru
re occeperit, illam existimationis iacturam hoc p
dicitiæ detrimentum patiatur, vt vix cerdo infima
sortis homuncio se illi addicere sustineat. aut si ta
quiddam aggrediatur, confestim prostituti corpo
vitium exprobratur. Ita vbi semel pudicitia vlli vi
gunculæ excussa est, atque expugnatum virginale
claustrum, abditaque embolia reserata sunt, nunq
ea labes ac macula elui potest, nunquam hic hiat
resarciri. Siquidem, vt is ait:

Embolia ingressus secretior, ab immittendo.

nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est. deperit illa semel.

Quo spectat illud Plauti in Amphitruone: Non eg
illam dotem duco esse quæ dos dicitur, sed pudicit
& pudorem, & sedatum Cupidinem, Deum metum
parentum amorem & cognatum concordiam. Qu
propter præter alios sapiens ille Hebræus studio
commonefacit progenitores, vt vigilanter prospi
ciant filiarum suarum pudicitiæ atque honestati, n
illas consuetudine improborum contaminari con
tingat, aut vllam maculam concipere. Est enim is se
xus natura fragilis, atque ad ruinam propensior.
Quum itaque plurima sint, quæ moribus vitæque
integritati officiunt, nec minus rara quæ effigiem
formamque corporis dehonestant, danda cum pri-
mis opera, ne quid incidat, quod animum deprauati
moribus, corpus monstrosa aliqua specie posset de-
formare. Et quoniam corporis species formæq; ele-
gantia omnibus grata acceptaque est, accurate obser-
uanda sunt, quæ ex naturalium causarum progressu,
forma gratiam vel conciliant, vel adimunt, Ea quum

Ecclesi.7.

in

muliebri imaginatione, atq; iis quæ foris obueni-
t potiſſime conſiſtant, enitendum, ne quid illi ſe-
i verſetur ob oculos, ne qua obrepat abſurda cogi-
io, quæ in elaborando fingendoque fœtu aliquid
ferat detrimenti. Si quid enim alicunde mali in-
at, ſi quis incidat terror aut ex re obuia trepida-
, confeſtim omnis affectus & conſternatio in fœtũ
cumbit ſpiritibus naturalibus atque humoribus
conuerſis, totaq; muliebri facultate in tale quid-
m effigiando occupata. Vehemens ſiquidẽ fixaque
gitatio dum rerum ſpecies vehementes mouet, at-
e identidem verſat formã figuramq; quam aſſidua
aginatione reuoluit, fœtui imprimit. atque illi rei
gitatæ figuram inducit. Spiritus enim interni atq;
morum affluentia rei excogitatæ pingit formatq;
aginem. Nec vero temere aut ex nulla cauſſa eſt,
od nõnulli enormi ſint corpore, aſpectu toruo at-
e inamœno, protuberantibus inflatisque buccis, o-
diſtorto, rictuq; indecenti, quum hæc eo eueniant,
od grauidæ huiuſmodi ſpectra ac ſimulacra cogi-
tione menteq; conceperint, aut oculis intentius
illa fuerint defixæ: Sic nihil mihi æque improba-
ſolet apud laſciuiores mulierculas, quã quod ca-
llis ſimiisq; ſeſe impenſius oblectent, quodq. illos
nu geſtant, fouent, demulcent, baſiant, blandeque
ntrectant. Horum enim conſuetudine & aſpectu
atura fœminarum imperfecta, neſcio quid alienæ
rmæ animo menteq; concipiat, ac fœtui inamabi-
em minuſq; ſpecioſum vultum affingat. Sic apud
elgas catelli quidam Melitæi in delitiis habentur
eroinis, Camuſii vulgo à naribus dicti, puſillo cor-
ore, colore niueo, naribus medio ſimis ac depreſſis,
inna eorum reſupinata, cauda nõ in aluum reflexa,
t in ignauis canibus, quos hybridas vocant, ſed ere-
ta atque in ſublime falcata, oculis mire patulis, ac
rotuberantibus, vtrinq; lippitudine vitiatis, fractis

Mulier geſtans vterum affectibus expoſita.

Vnde corporis deformitas.

Catelli Melitæi.

eneruatisque cruribus ac circa pedum suffragine[illegible] pandis, postica vero corporis parte glabra, & qua[illegible] nulli pili conuestiunt, sic vt podicem indecenter[illegible] spiciendum præbeant eiusque rei caussa spectanti[illegible] subinde obuertant. Hoc animalculū, quoniam me[illegible] bris moribusq; ridiculum est, multaq; obtinet, [illegible] gignentis natura in se quoque posset transform[illegible] ablegandum censeo, ne, quas imprægnari contin[illegible] aliquid deformitatis asciscant. Hanc autem monst[illegible] sam formam membraque tam deformiter disto[illegible] non sunt natura nacti, sed hominum opera, qui [illegible] ueolis includunt, subductoque alimento cōgunt g[illegible] cilescere, quemadmodum virgunculis, vt est ap[illegible] Terentium, cibum subtrahunt, quod reddunt iu[illegible] ceas, ne si qua paulo sit habilior athleta videatur.[illegible] circumforanei circulatores iuuenculis membra [illegible] torquent, quo in obeundis saltationibus sint agil[illegible] res. Nuper nebulo quidam oppidatim spectandun[illegible] obtulit infantem inusitatæ magnitudinis, capiti re[illegible] quis membris non correspondentibus vlla propo[illegible] tione. Quod vitium vbi ex morbo contrahitur, ne[illegible] arte ascitum, vt hoc erat hydrocephalon Medici v[illegible] cant ob caput scilicet aqueo humore turgidum. H[illegible] ius quum picturam modo spectasset grauida quæ[illegible] tam insolito spectaculo attonita, exacto gestation[illegible] tempore; non sine vitæ discrimine infantem edi[illegible] fungoso, stupendæq; magnitudinis capite; cui hoc e[illegible] iam accessit mali, quod inter nutricis amplexus m[illegible] gis magisque extumesceret, atq; ad molem insigne[illegible] protuberaret. Quod mihi questa est mulier obla[illegible] puero, cuius quum caput hincinde prementibus d[illegible] gitis leniter contrectarem, puluini more subsideb[illegible] modo cutis, modo assurgebat. Huiusmodi autem sp[illegible] ctacula non prægnantibus modo sunt euitanda, se[illegible] omnibus etiam, quibus horum conspectus & ima[illegible] ginatio nocturnam quietem possit vel intercipere[illegible]

Mulieres immodice canibus afficiuntur.

Rei gestæ enarratio.

Hydrocephalon quale capitis vitium vulgo Bolhooft.

vt

turbare, quod fere vsuuenire solet pueris, ægro-
seniculis, melancholicis: quibus tamen monstri-
us rerum aspectus minus incommodat, quam mu-
culis, quæ oblatis huiusmodi simulacris simile
iddã in vtero effingunt, ac moliuntur. Quum enim
nes vires ac naturales facultates totæ sint in for-
ndo fingendoque fœtu, fit vt muliere aliquo malo
culsa, omnes humores ac spiritus ad ima ferantur,
ue in vteri secessum confluant. Quibus quum ac-
dit inhærens penitusq. menti infixa conspectæ rei
aginatio, vis ipsa quæ formationi iusistit, eam for-
am ac speciem quam animo concipit, effigiat; ipsiq.
tui inducit. Neque enim temere est, quod dicitur,
aginatio facit casum. Simili ratione si sorex, ælu-
s, mustela, aut tale quiddam inopinato corpori in-
iit, aut fragra, corna, cerasæ, baccæ, vuæque acinus
i parti inciderit, confestim notam imprimi contin-
t: illique membro huiusce rei imprimi vestigia: nisi
rte mulier in ipso momento, quo hæc corpori in-
uunt, subito absterso membro, posticæ, aut remo-
ori parti corporis manum admoueat. Quo facto
nfestim auertitur malum, aut contactæ parti nota
figitur: tota imaginatione ac facultate naturali eo
nuersa.

Vnde pueris notæ imprimãtur, & deformis species.

Prouerbiũ vulgare ex imaginatione desumtum.

Quando mulier ex facie in femora aut nates, notas transferat.

e absurdo prægnantium appetitu, atq; insatiabili rerum desiderio, quibus si contingat frustrari, periclitantur.

CAP. V.

Vperioris narrationis series exigere videtur, vt de
prægnantiũ malacia rerumq. insatiabili appeten-
a pauca differã. Quandoquidẽ in simili fere ratione
æc ipsa cõsistunt. Circa tertium à cõceptu mensem
itium grauidas infestat, Græcis kitta, Latinis pica di-
tum, in quo ob vitiosos frigidosq humores, atque a-
idã pituitã, qua ventriculus imbutus est, carbones,
utamina, cretã testacea, aliaque esui inidonea, auide
õcupiscunt. Quod malũ potissime inualescit, quum

Pica morbus, vulgo Fremb-de Lust.

infanti crines erumpere incipiunt, ac fœmellam g[...]
ſtāt. Siquidem ob caloris penuriā, humores pituit[...]
minus concoquuntur, quo fit, vt flatus crebrique r[...]
ctus ac fluctuationes fœminas moleſtent. Huic a[...]
nis mulierū malacia, ſeu mollities, cui viri etiam [...]
febricitantes plerunq. ſunt obnoxii. Prægnantes a[...]
tem quę hoc vitio tentantur, tam inexplebili tene[...]
tur rei alicuius deſiderio, vt ſi denegetur, aut poti[...]
nequeant, cum ſe tum fœtum in pręſentaneum vit[...]
diſcrimen adducant. Id malum Belgicę nationis m[...]
tronas magna ex parte corripit: quod ſint humenti[...]
frigidæq. naturæ ac prauo nutrimento alantur. No[...]
defuerunt noſtra memoria, quæ conſpecto viro que[...]
dam thoroſo, ac corpore ſucculento, morſu huiu[...]
appeterent armos. Quod ipſum cuidam grauidæ, qu[...]
illius deſiderium expleret, & ne quid incommod[...]
accideret haud grauate admiſit: itaque illa dentibu[...]
partem auulſit, crudamque paululum modo mandi[...]
bulis confectam deuorauit. Illa vero nec dum ſatiat[...]
iterato id tentauit, at vir illam repulit, nec denuo i[...]
corpore ſuo pati lanienam ſuſtinuit. Quæ confeſtim
mœrore tædioque affecta, parturire occipit: ac quum
geminos geſtaret, alterum viuum, alterum quod eo[...]
dem pulpamento fruſtrari contigerat, mortuum edi[...]
dit. Huius non alia mihi ratio excogitari poſſe vide[...]
tur, quam quod contracto mœrore mulieris animo
ſpiritus vitales imminui atq; humores fœtui alendo
deſtinatos alio auerti, nec ad vterum deferri contin[...]
gat ſic vt infans alimento, quo illum mater expleri
voluit, deſtitutus vel elangueſcat, vel emoriatur.
Quum enim meatus & conceptacula per quæ deri[...]
uari dirigique commeatus in vterū ſolent occludan[...]
tur, fruſtrari alimento infantem eſt neceſſe, ac vita
priuari. Quod ſi prægnans validæ ſit naturæ ſuiſque
affectibus obſiſtere norit ac moderi, non omnino
extingui, ſed valetudinarium infantem eſſe contin-
git.

Humidæ mulieres exotica appetunt.

Res geſta narratio.

Mulier pregnās incommodum ſentit ex denegatis edulijs.

Ex his abunde perſpici poteſt, quid efficiat mu-
is imaginatio, quid rei obiectæ ac mente cōceptæ
iderium in formando fingendoq; fœtus corpore.
amobrem non præter rationem artis mihi facere
entur, qui minus rigidi, nonnullis licet aliena ap-
ant, nonnunquam admittunt . modo ne magnum
rimentum corpori ſint allatura ; tali enim victus
ione aliquando diuturnos chronicosque morbos
cutimus. Sic vbi ægroti longis morbis conflictan- *Ægrotis quā-*
.non admodum difficilem aut refractarium præ- *do in eduliis*
e me ſoleo in iis admittendis, quæ ſumma auidi- *gratificandum.*
e ac quodammodo blandimentis, tum velut pre-
rio expoſcunt, cum impenſe ea cupiunt, magnaq;
critate atq; auide aſſumunt, vt excitato calore na-
rali, inſitisque facultatib. irritatis atq. excitis con-
qui infixos corpori humores contingat ac meatib.
cluſis diſſipari. Itaque ex Hippocratis auctoritate *Lib. 2. Apho-*
nnunquā ægrotis gratificari ſtudeo ad eaque muſ- *riſm. 38.*
re ac conniuere, quæ non magnam noxam corpori
ferunt. Siquidem (vt is ait) paulo deterior cibus &
tus, modo ſuauior, melioribus quidem, ſed minus
auibus præferendus. Quæcunque n. ſapidiora ſunt,
latoque gratiora, & facilius concoquuntur, & plus
imenti adferunt, q̄ auide, ſummaque voluptate ea
entriculis amplectatur. Sic noui qui ex haleculis, *Auiditas o-*
uas arengas noſtri vocant, crudis etiam recensque *mnia ſua via*
ari exemptis, quartanas erraticaſq; febres diſcuſſe- *efficit.*
unt. Sic in deploratis morbis, quiq; ad ſummū pra-
itatis adaucti ſunt, auidam illam appetentiam non
agnopere formido: neque n. in illis admittendis,
uorum flagrant deſiderio me aut contentioſum, aut
bſtinatū præbeo: ſed adhibito delectu præſcriptaq;
tendi ratione ac modo, eatenus hæc illis admitto,
uatenus non offectura valetudini confidam, morbū-
ue expugnatū iri coniiciam: huiuſmodi enim acri-
onia, edendiq; cupiditate acuitur atque exſtimula-

tur naturæ vis & potentia paulo ante sopita collect[...]
que viribus morbum impetit alacrius. Sic morb[...]
morbo, vt clauum clauo retundimus, maloque no[...]
malum adhibemus cuneum: quod ipsum nemini a[...]
surdum videri debet, cum in quibusdam morbis [...]
brem sponte excitemus, qui alias futuri erant dep[...]
rati. Sic noui qui ex subito hostium incursu, incus[...]
que inopinato timore quartanam depulerunt. Sic a-
pud nos morbus popularis, qui aliquot milia absc[...]
pserat, exorta repentina Oceani inundatione, con[...]
stim consilescere, prorsusq. sæuire destitit. Ingruen[...]
enim externo aliquo tumultu, humorũ collection[...]
dissipari, ac morbus oborta critica euacuatione mit[...]
scere, ac secari contingit. Atq; hinc est, quod hydroph[...]
bos, hoc est, qui ex canis rabidi morsu & aquam app[...]
tunt & reformidant, inopinato subitoque impulsu [...]
quis immergimus, ac metum metu discutimus: non-
nullos frigidis morbis oppressos irritamus, atque [...]
incandescant, efficimus: quo excitato calore natiu[...]
crudi frigidique humores concoquantur, ac natur[...]
ad expugnandum morbum incitetur.

Morbos expugnari ciborum nonnullorum desiderio.

Morbum aliquando morbo expugnari.

Semen conferre mulierem, totius operis esse consortem.

CAP. VI.

Fœminis non deesse semen ratione conuincitur.

QVanquam virile semen cum primis efficax agen-
tis motusq. ac generationis principium exsistat, [...]
semen tamen conferre mulierem, atque efficacite[...]
procurationi fœtus adminiculari, solidis rationibu[...]
commonstrari, validisq. argumentis conuinci posse
video. Primum frustra illis indita forent vasa semi-
naria, testesque annexi genitales, si excremento se-
minali destituta mulier, quam minimum conferret,
prorsusque esset asymbola. Cum autem nihil temere
natura sit molita, necesse est ad seminis vsum ac pro-
pagandi facultatem fabricata esse, suisque sedibus ac
locis collocata, cum testes, tum seminis concepta-

cula,

ula, quorum vis ac natura est spermati vim fœcundã & prolificam suppeditare. Nec ad id conuincendum quicquam adferri potest validius q̃ quod obseruem' magnos suboriri morbos, sæuaq; excitari muliercu- lis symptomata, nisi semen concubitu irritatum pro- fluat. Multas siquidem videre est tum viduas dissue- tas Veneri, tum virgines nubiles, maturasque viro, v- bi serius ad connubium expetuntur, erumpentibus etiamnum stato tempore mensibus animi deliquio, atq; vteri strangulatione acerbissime infestari. Equi- dem omnibus hoc persuasum esse conuenit: plus de- trimenti naturæ inferri ex vitiati seminis, q̃ menstrui fluoris suppressione. Nam semen corruptum virus contrahit, ac veneni qualitatem ascisscit: hinc giluus ille, ac mustelinus virguncularum color vbi viri, ac prurire incipiunt: hinc crebra suspiria, cordisque tre- mor & palpitatio expultrice scilicet facultate ad ex- cretionem turgentis humoris incitata. Quod si tales seu viduas pruriginosas, seu prouectioris ætatis virgi- nes connubio destinari contingat, ac semen subdito virili pessulo elici, in vsumque procreandæ sobolis depromi, protinus illas efflorescere videas; ac faciem roseo nitidoque colore perfundi, blandas deniq; at- que amabiles, minusq; tetricas ac morosas, prçsertim vbi viros nactæ sunt qui valenter munus suum ob- eunt atque officio connubiali strenue perfunguntur. Et quanquam in his non consistat legitimi thori so- cietas, nulla tamen re magis deuinciri perspicimus hunc sexum, quam si vir hac in re sæpius vxori obse- quatur. Sic enim omnia pacatiora sunt in ædibus, nullæq; ingruunt intemperies, nulli tumultus, nullæ tempestates. Alioquin si rarior fit concubitus, aut vir in præstanda opera pensoque absoluendo langue- scat, omnem rerum domesticarum ordinem inuerti videas, omniaque sursum ac deorsum misceri: adeo sunt auidæ huiusce voluptatis nonnullæ, vt lassari ci- tius q̃ satiari queãt. Quę mihi potissima causa visa est,

Seminis cohibi- ti noxa.

Virgines tem- pestiue elocan- dæ.

Puellæ marita- tæ reuiuiscunt.

Mulier concu- bitus auida.

quod mulier in congressu, mutuoq; amplexu sem conferat, & viro plus voluptatis concipiat. Cũ en natura comparatum sit, vt genitalis seminis exc tionem propter turgidi spiritus eruptionem, neru ruinq. tentiginem, ingens comitetur voluptas, ip que mulier geminum munus obeat; atque vtroq modo patiatur (elicit enim viri le semen suumq; cu eo commiscet) verisimile est illam plus gestire, ac v luptatis concipere, perfundiq. affluentius. Quo fit, proles matri sit plerunque quam patri conformic quod vires maternæ exuberantius illi sint impress argumento quod mulieres infantes diligant impe sius, summoq; studio erga illos afficiantur. Siquide præter seminis excretionem, etiam sincerissimi sa guinis scatebra, atq. irrigatione toto gestationis ten pore fœtus alitur atque augescit. Itaque Galenum ea esse sententia comperio, vt fœtum plus paulo matre suscipere, quam à patre censeat: ipsamque sp ciem, sexusque discrimen ad menstrui sanguinis a fluentiam refert: similitudinis vero rationem ad se minis vim ac facultatem. Vt enim stirpes plus conse quuntur ex vbertate soli, quam à coloni labore atc industria: sic infans omnia vberius à matre accipi Primum enim vtriusque semina vteri calore fouer contingit ac conglobari, deinde sanguine matern adolescere taciteq; ac sensim incrementa suscipere Hinc maxima amoris vis infantibus erga matre propter sympathiam, hoc est, consensum, ac natura cognationem, quodque cumulatius maternæ vire illis sint inditæ. Similiter matres totæ sunt philostor gæ, hoc est, indulgentiori affectu erga teneram æta tem quam patres, qui plerumque seueriores sunt magisque rigidi. Quod designari puto ab Euangeli sta, cum matres inducit Rachaëlis nomine deplo rantes infantium suorum calamitatem, tantumque in animo concepisse vulnus ob filiorum orbitatem, ob

Fœmina virũ, vt materia formam appetit.

Cur fere proles matri aßimiles.

Lib. 2. de sem.

Simile à satu & coloni industria.

Cur proles matri addictior.

Matth. 2.

Hier. 32.

desiderata, exstinctaque, tam chara pignora, vt
la blandimenta, nullaq; lenocinia, aut verborum
tria admiserint. Nihil enim ex Esaiæ sententia na
æ legibus repugnantius, quam quod mulier in-
tis sui obliuionem concipiat, exutoque materno
ctu ac pietate, erga vteri sui filium sit inhumana
leuiter afficiatur. Cæterum videmus & patribus
m non deesse propensionem, affectumque natu-
em illorum quoq; mentibus insidere, verū serius
s in natos exserit. Siquidem adultis illi magis affi-
ntur ac tum demum illorum rebus prospiciunt,
mmodisque consulunt, dum spem aliquam de iis
ncipere incipiunt, matres vero infantiæ potius
serescunt, & quia ab alieno, externoque subsidio
ætas dependet, eo studiosius, pauloque maiori cu-
illam fulciunt, eiusque tutelam suscipiunt, minus
idæ, magisque exorabiles, quam patres. Huius rei
ussa toties ad remunerationem, ac mutui officii
cem sacri codices inuitant, quam ciconiarum
emplo progenitoribus debent liberi, multisq; lo-
gratitudinem atque hostimentum exigunt. Pa-
m affectum videre est in gallina, quæ pullos, quos
uit, impensius amat: & quanquam gallus ouis eam
m, qua animantur, indidit, nulla tamen cura tangi-
r, nulla erga pullos affectu ducitur. Quod autem
erque conferat, ex gallinarum ouis experimenta
pimus, nam & gallinæ citra galli operam oua pa-
unt, at illa si fouere contingat gallinæ subdit, pu-
escere citius quam animari: cum oua à gallina edita
uam gallus subegit, post vndeuigesimum ob incubi-
dinem alites proferant, adeo vt pipiant etiam an-
quam testam aut putamen rumpi contingat. Hæc
itur tædiosa matrum gestatio, qua anni dodrantem
urissimo sanguine fœtum alunt ac nutriunt, amor
nique erga recens editum infantem cum simili tu-
o matri plerunque conformis ac concolor, euiden-

Cap. 49.
Cur mulier quam vir, erga natos propensior.

Matth. 25.
Ciconiæ parentibus afficiuntur.

Gallinæ incubatio.

Mulieres non segnes in elaborando fœtu.

ter euinçunt semen conferre mulieres minusque otiosas esse in elaborando formandoque fœtu, quam viros, qui ingesto semine, expletoq; concubitu, subducunt sese, ac nullam mulieri præstant operam, nullum adferunt in perficiendo fœtu adiumentum, cum interim in tanto mensium decursu, multa effingere atque elaborare debeat vteri muliebris facultas penitusque necesse est:

Æneid. 6.

Multa diu concreta modis inolescere miris.

Vnde species sexusq́ animalis, hoc est, vtri acceptam ferre conueniat, viróne an mulieri, masculi vel fœmellæ procreationem.

CAP. VII.

Deus præcipua fœcunditatis causa.

QVanquam totius vniuersitatis opifici omnia merito ferantur accepta, multa tamen fiunt ex naturæ decursu, suoque ordine incedunt, atque insito motu feruntur. Horum omnium cum Deus sit auctor, ipse pleraq; immutare solet, atque rerum ordinem & seriem inuertere, contraque naturæ legem alia forma ac specie nonnulla producere. Verbi caussa, Mulier masculæ prolis auida, in Deum sua vota dirigit fatigatque precibus atq; efflagitat, vt virilem sexum concipiat, cuius supplicationibus Deus annuit, illiusq. voluntati acquiescit, atq. obsequitur. Exemplo res erit testatior; Sara prorsus effœta, & cui iam pridem menses substiterant ex Abrahamo grandæuo prouectæque ætatis, Isacum concepit, in quem Deus totam posteritatis spem sitam esse voluit, omnesque nationes auspicatum hinc habere salutis assertæque libertatis initium. Anna itidem mœrore, tædioque sterilitatis confecta, cum precatur assidue ac fœcunditatem exposcit ardentius, Samuelē à Deo extorsit. Elisæi quoq. officiosa sedulitatis hospita ad Prophetæ preces filium cōsecuta est, quem etiam mortuum ad vitam postliminio reuocari contigit. Quin & Zacharias senilis deuexæq; ætatis, sic omnia moderante diuina

Genes. 17.

1. Reg. 1.

4. Reg. 4.

...ina dispensatione ex Elisabetha annosa ac deplo- *Luc.2.*
...æ sterilitatis Ioannem Christi præconem sustulit.
...ltiq; alii singularem sexum à Deo eblandiuntur,
...o non desit, qui in maiorum hereditatem succe-
...r, in quem opes atq; heriles facultates deuoluan-
...r. Hæc diuini esse muneris nemo potest ambigere,
...que peculiarem effectum ex Dei voluntate obtine-
... Cæterum de iis nobis instituetur sermo, quæ ex
...turalium causarum progressu emergunt, quæque
...tura vi sua insititia moliri soleat. Ipsa siquidē præ-
...rat corpus animæ moribus aptum, suumque tem-
...ramentum cuiq; accommodat. Cum autem duo
...nt principia ex quibus corpus humanum coalescit
... generatur, quęq; infanti progenitorum similitudi-
...em, atque sexum inducunt; semē quod vtriq; com-
...une: menstruus humor fœminæ solum peculiaris: *Seminis vis.*
...militudo consistit in virilis vel fœminei seminis fa-
...ltate & viribus sic vt vel vni, vel alteri assimiletur
...ro affluentia copiaque collati seminis. Sexus vero *Menstrui li-*
...iscrimen non ad semen, sed ad sanguinem menstruū *quoris facul-*
...efertur, quod mulieri tantum familiare & cogna- *tas.*
...um est: nam si semini ea vis inesset, cum virile valen-
...us sit ac calidius semper patrem sexus referret. Spe-
...ies itaque seu genus animantis tribuitur tempera-
...nento actiuarum qualitatum quæ consistunt in ca-
...ditate & frigiditate, atque ad substantiam siue na-
...uram materiæ subiectæ refertur, hoc est, ad menstrui
...anguinis confluuium. Semen autem & vim generan-
...i figurandique fœtus suppeditat, & materiam su...
...erit, menstruo itidem & simul materia inest & fa-
...ultas. Vt enim semen ad materiale principium ma-
...ime confert: sic menstruum ad potentiale condu-
...it. Est autem semen, vt Galenus ait, sanguis accura- *Lib.2.de semi-*
...e percoctus à vasis ipsum continentibus, vnde san- *ne.*
...uis non solum materia est generandi fœtus, sed &
...emen est potentia. Quod vero tum sanguis menstru-
...s habeat vtraque principia, hoc est materiam & fa-

cultatem aliquid efficiendi, omnibus iu confeſſo e
ſed ſemen quidem effectiuum fortiſſimum eſt, ma
Menſtruum materiam ſuppeditat alendi fœtus.
riale vero exiguæ molis. Menſtruum autem mater
le quidem plurimum, potentiale ſiue effectiuũ m
xime debile. Iam vero ſi materiale gignendi prin
pium iuxta quod ſpecies animalis abſoluitur, in ſo
menſtruo eſſet ſitum, fœtus vtique exacte eiuſde
cum matre ſpeciei exſiſteret quemadmodum ſi eff
ctiua vis in ſemine ſolum eſſet, ſemper patri foret
ſimilis. Quando vero vtrumque ambo principia h
bet, ac prædominatur in menſtruo quidem mater
copia, in ſemine autem facultatis & roboris, merit
vt Galenus teſtatur, ſpeciem à matre potius ſuſcip
fœtus quam à patre, etiamſi ipſius ſemen ad mat
riale principium conſerat, ſed debilius. Similitud
vero etſi imaginatio in ea re maximum momentu
obtineat, non tam ad matrem, quam patrem refe
tur, licet maior vis ſit in virili ſemine; muliebris
nim genitura, cum facultatem ex menſtruo pern
uem menſes prodeuntem aſſumſerit, tanto exſupe
rat, quanto circa primum congreſſum ſuperabatu
Proprium enim mulieris ſemini eſt, ſuam ipſius ſub
ſtãtiam magis quam virilem augere ac roborare. Si
fœmina non ſolum materiam ſuppeditat elaboran
di fœtus, ſed vim, robur, ac facultatem conceptu
perficiendi, licet muliebre ſemen virili familiare al
mentum exſiſtat humilitatis ſcilicet ac tenuitatis ra
tione, eoque ad effingendum concinnandumque ac
Simile à cera ac vda argilla.
commodatius: Vt enim ex cera molli ac fluxa, vdaq
ac tenaci argilla artificis manus quiduis poteſt effin
gere: ſic ſemen virile commiſtum confuſumque mu
liebri ſemini & menſtruo, formatione efficaciter infi
ſtit, atque hominis opificium omnibus ſuis partibus
abſoluit. Vel ſi ex natura rerum ſumi velis harum re
rum cõparationem: quod in plantis terra, hoc in c n
ceptu vterus. Vt enim plantarum ſemen terra indi
get

,vt ex ipsa nutriatur atque augescat: ita hominis Terræ atq; vteri comparatio.
nen matrem, quæ prolis desiderio afficitur, exigit:
us humore, sanguinisque ex venis irrigatione fœ-
alimentum capessit. Ex his coniicito, quanta so-
tia natura vterum in concipiendo formandoque
mine, qui insita vi sensim adolescit, tacitisque a-
bus ad perfectum robur prouehitur. In quo & il-
l inuestigatione dignum iudico, qua vi masculum,
fœmellam muliebris natura effingat atque emo-
tur, quæ facultas mulieri potius, quam viro ascri-
nda videtur abundantioris materiæ elatione, quæ
nsistit in mulieris semine & sanguine, qua toto
stationis tempore fœtus alitur atque irrigatur, in
mque molem augescit: vt enim virile semen cum
imis efficax mouendi principium est, denique in-
umentum & velut artifex, quo opificium huma-
m perficitur: muliebre tamen semen conferente,
am suas copias sanguine, vberiorem materiã sup-
ditat quam vir, eiusque adminiculo fœtus absol-
tur, suaq; specie distinguitur ita, vt vel marem vel
emellam effingat atque emoliatur.

prodigiosis monstrosisq; partubus, obiter quid designet prouerbium, Quarta luna nati, *alia ratione, quam in libello nuper à me edito, tractatum.*

CAP. VIII.

NAtura humana, eiusque partes generando homini destinatæ, si optime constitutæ sint, nec in s quicquam deficeretur, speciosa quæq; ꝓfert, sui- ae generis animal producit omnibus numeris ab- lutum. Quod si quid vitii subsit, aut perplexa con- Vnde monstrosa corpora.
fusaque sint semina, aut aliter quam res exigit, con-
oluta ac conglomerata generandi principia, multi-
ormes ac prodigiosos partus, monstrososque fœtus
formari contingit. Nõ desunt, qui ex astrorum con-
uitu, influxuq; siderũ, atque in scelerum vindictam
multa portenta prouenire contendant. Quod vt vero

consentaneum, sic ex vitiosa vteri constitutione, c
sordido corruptoq; semine atq; enormi concubit
magna ex parte hæc euenire contenderim. Vt eni
in opere fusili, si materia impura sit, minusque def
cata, si vasculum aut receptaculum obliquum, anfr
ctuosum, hiulcum, angulosum, distortum, rimosun
voluminibus implicatum, dissolutum, maleq; coha
rens, ridiculas imagines, absurdaq; simulacra, atqu
adspectu horrenda produci videmus; ita si loci mal
constituti sint, si vterus in alterum latus inclinet, in
eptaq; sit, ac mala temperata materia, nunquam na
tura decentem exactamque formam expresserit. Si
mulieres Belgicæ, potissimum quæ oras maritima
accolunt, cum tumultuosæ sint atq; inquietæ in per
agendo concubitu, alienas insuetasq; formas subin
de embryoni inducunt: nec solum molem, hoc est
rudem, informem atq; inelaboratam massam, qua
ferri aciem respuit, proferunt, sed quiddam deform
specie, quod palpitet, ac vitale exsistat, formamque
incoati operis obtineat, qualẽ artifices rudiori peni-
cillo adumbrare solent. Nautæ siquidem, quibus fe-
re sunt addictæ, vbi ex longa diutinaq; peregrinatio-
ne ouantes in portũ sunt delati, plenisque velis ostia
subeunt, confestim vxores suas ineunt, nulla habita
menstrui decursus ratione, nec obseruato interlunio
Lunæque coitu, quo tempore ob mensium defluxum
congressus noxius esse solet ac perniciosus. Nequit e-
nim semen coalescere, nec debite cum muliebri san-
guine vniri. Quo fit, vt genitura vel effluat, vel si o-
mnino cohærere contingat, non possit natura confu-
sam maleque cohærentem materiam elaborare. Nec
solum virorum incontinentia culpanda est, verum &
mulierum, quibus cum iam pridem non sit rei Ve-
nereæ facta copia, vltro se nonnunquam viris subii-
ciunt atque auide semen rapiunt, vt famelici cibum,
ac Cerberus offam. Eoque fit, vt vteri facultas aut
prorsus

Simile ab arte fusoria.

Mala matricis.

Intemperantia Veneris infanti nonia.

orſus à ſpe generandi excidat, proliſque ſucceſſu uſtretur, aut ſi quid efficere tentet, operiq; manum moliatur, monſtroſam quandam formam ab hominis ſpecie prorſus alienã embryoni inducat. Nonnunquam poſt trimeſtre ſpatium fœda illa colluuies fluit, ac fruſtulatim cõfertimq; erumpit, indigeſta ongeries, quaſi nauem ſentina exhaurire cõtingat. uic affinis eſt effluxus quidam multis torminibus eſſuriſq; mulierib. infeſtus: noſtrates, quod quar- ſilentiq. luna vi cuius menſes defluunt, conceptus coari cœperit, Lunarem partum, aut populari voce *aenkind* indigitant. Perficitur autem ſpurius hic onceptus nonnunquam citra virilem operam ex imaginaria Venere in iis, quæ admodum pruriunt, penſæque ſunt ſalaces ac laſciuæ, ſic vt ex crebro corum contuitu contactuq. muliebre ſemen cum nguine menſtruo conglobari contingat ac coaleere, ipſamque facultatem vteri, atq; inſitum calom rudimentum aliquot animãtis meditari. Verum m deſit cauſa formalis, nempe viri ſemen opificis tionem obtinens; materia, quam mulier ſuppedi t, alienam abſurdamq; formam adſciſcit. Nonnunam tale quiddam mutua viri opera cõſcitur, cum r quarta Luna, ſilentique ſidere, ac quarto à Lunæ itu die, quo menſes defluunt, mulierem ſubigit, on obſeruato naturæ curſu, vt qui fluctui obnititur, luque aduerſo nauigationem inſtituit. Id noſtras contra lunam micturire prouerbiali figura, Lati- Quarta luna natos vocant: Quod inauſpicata vi- principia habeant, præterque naturæ ordinem modum generationis primordia ſint conſequuti. uo fit vt infelicem plerunque in aggrediendis reis ſucceſſum obtineant, qui tali ratione concipiunr. Siquidem cum erumpentibus menſibus mulieri commiſcetur, ſitti fluxum contingit obducto vipeſſulo, labentemque ſanguinem reſilire, ac re-

Conceptus non naturalis eiicitur.

Virile ſemen opifex fœtus.

Vulgare prouerbium, Teghen de Mane gepiſt.

Simile à doliis vinariis.

gurgitari. Cuius experimētum capere licet ex doliis cadisq; vinariis atq; in sanguinis è naribus fluxione in quibus profluentem liquorem immisso embolo licioque contorto cohibemus ac restringimus. Hoc autem nec consultum nec necesse est promanantem sanguinē sistere, cum vtile semen tali vligini cōmixtum non possit purum putumq; hominem efformare. Materia siquidē est improba atq; inhabilis minusque apta, vt concinnam formam decētemq; figuram assequatur. Quod mihi iusta ratione, idq; ex Dei præscripto inhibuisse visus est Moses, ne quis congrediatur fœminæ huiusmodi inquinamentis conspurcatæ.

Menstruo inquinata intacta esto.

Dici enim vix queat, quid labis ac contagii his inferatur, quid detrimenti, q̄ valetudinis incommoda concipiant, qui ad eum modum constituta fœmina, cupiditatibus suis impotentius indulgent, illamque auidius amplexantur. Sensim enim serpit contagio, totumque corporis habitum inuadit, atque elephantiasi, luequ e Venerea tacite inficit. Quod equidem peragit celerius, vbi mulier contagioso aliquo morbo, quod fere prostitutis nunc vulgare est, sit imbuta. Sic enim præsentaneo veneno obuia quæque polluit, contactuque omnia fœdat. Quamobrem non est quod quisquam magnopere miretur, vnde tot monstrosi partus, tam deformes hominū species, tot passim ficosi, mutili, distorti, vari, repandisque cruribus, tot circa podicem, atque in inguine condilomata, bubones, tumidæq; mariscæ: quod ad animum vero attinet tot passim stupidi, obliuiosi, bardi, bliteri, deliri, stolidi, rationis inopes, amentes: cum non aliunde, quam ex enormi decubitu, atque intempestiua Venere hæc proueniant, vel potius ex vitioso corruptoque progenitorum semine in posteros deriuentur. Hinc secum quisque expendat, quam sint crudeles in sua pignora, qui illa tantis malis inuoluunt, quales præ ceteris existunt, qui Quarta luna, hoc est, profluente men-

Bubones inguinis, Clapooren.

Vnde in corpore & animo monstrosa species.

Quarta luna nati, vulgo Teghen de Mane gepist.

nensium illuuie, concubitum non exhorrescunt, liberisq; propagandis operam impendunt. Hoc enim efficiunt, vt quos excitant liberos, omnibus dotibus naturæq; muneribus, quibus bene nati abunde fruuntur, destitutos esse contingat. Ad nullas siquidem functiones obeundas, ad nulla munia, nullasque res præclaras sunt appositi. Quod si attentare quippiam pergant, nullum habent in rebus aggrediendis successum, nullumq; optatum aut prosperum euētum. Sunt enim inabsolutæ naturæ, vt qui naturales facultates quæque ad actionem hominibus sunt adiumento imminuta, mutilaq; habent atq; imperfecta, idque non suo, sed parentū errore, qui præter decorum cōtraq; naturę ordinem negocium procreandæ sobolis sunt aggressi. Quo effectum est, vt multa illis subducta ereptaque sint, aut saltem parce & maligne distributa, quæ aliis effuse atque affluenter obtigerunt. In animo vero non minus grauem iacturam patiuntur. Sunt enim à communi humanitatis sensu prorsus alieni, stupidi, obtusi, inertes, nec præstantia doctrinæ, nec acumine ingenii, nec inuentionis subtilitate, nec consilio aut prudentia cæteris vlla parte conferendi.

Superioribus annis me vsa est medico mulier quædā Insularis, quæ dum ex nautici generis homine conceptisset, in tantam, tamque inusitatam molem illi cœpit intumescere vterus, vt nō videretur suffectura gestando oneri, decurso exactoq; nouem mensium spatio, quod anni dodrantem conficit, accita obstetrice, primum magno conatu ac molimine massam quandam informem enixa est, quā superfœtatam post legitimum conceptum coniicio, cui vtrimq; ansæ duæ annexæ erant in brachiorū longitudinem ac modum exporrectę: palpitabat autem, illique vitale quiddam inesse visum est, vt spongiæ & vrticæ marinæ, quas nostri *Elschoutve* vocant, quorum innumeræ æstate in Oceano fluitant, exemptæque mari diffluunt, ac *Rei gestæ narratio.* *Vrtica marina.*

diutius manibus cõtrectatæ liquescunt inducto pru-
ritu ac mordaci vredine, vnde nomẽ id obtinuerunt.
Postmodum monstrum delapsum est ex vtero adun-
co rostro, longo teretique collo, oculis vibrantibus,
cauda acuminata, eximia pedum agilitate. Id post
primum lucis intuitum conclaue stridoribus implet,
atque vltro citroque discurrens, latebras persequi-
tur, tandem mulieres puluinis impetunt, ac suffocan-
do perimunt. Hoc monstri genus quoniam hirundi-
nis more, sugillando sugendoque fœtui infestum est,
ac sanguinem adimit, Sanguisugam nominant, vulgo
Suygers. Postremo mulier hæc plus satis delassata non
sine summo vitæ discrimine prolem masculam edi-
dit à monstro ita excarnificatam, vt à sacra lotione
quam minimum vitæ superesset: mulier vero ægre
refocillata, quas molestias ac torturas perpessa sit, o-
ptima fide mihi enarrauit: illique præscripsi saluber-
rimam vitæ rationem, tum quæ restaurandis firman-
disq; viribus sunt accommoda: erat n. prorsus elum-
bis atque eneruata. Hæc & pleraque alia documento
cuique esse debent, vt in congressu mutuo omnia de-
center debitoq; ordine peragantur, ne quid incom-
modi aut detrimenti naturæ contingat inferri. Qua
in parte acriter increpandi videntur iactabundi qui-
dam qui nihil non sibi permittunt in præstanda Ve-
nere, nec vllas leges sibi præscribi patiuntur mode-
randæ voluptatis. Siquidem nulla habita concoctio-
nis aut cruditatis ratione, nullo noctis aut diei dis-
crimine, neglectaq; eius rei opportunitate cum lubet,
suis cupiditatibus indulgent, ac libidini identidẽ ob-
sequuntur; tantumque inesse sibi virilis roboris ia-
ctitant, vt nulla concumbendi assuetudine satientur,
nulla continuatione lassescant, qui λειστευροι ignora-
re mihi videntur, in quem vsum genitales partes
homini sint attributæ, vt quas non in fœtificandi v-
sum ac propagandi successionem, sed ad obscœna
opera

Sanguisugæ in corpore muliebri.

Salaces notantur.

pera accommodant, atque ad sterilē infœcundam-
ue voluptatem conuertunt, sed hi tandem profusæ
frenisque libidinis pœnas persoluent, membris ar-
ticulisque podagra ac chiragra contortis.

Qua ratione masculum, qua fœminam procreare poßit, qui eius rei sit auidus: obiter ex qua causa Hermophroditi, hoc est: vtriusque sexus homines generentur.

CAP. IX.

SI quis procreandi sexus virilis sit auidus, aut deni-que fœmellæ desiderio teneatur, hoc illi in primis persuasum esse conuenit, istarum rerum successum que auspicata principia à Deo Opt. Max. impetran-da, penes quem effectus huius caussa præcipue consi-stit, fit enim nonnunquam, constantibus etiam bene-que constitutis facultatibus naturalibus, vt vel ste-rilescant homines, vel orbari prolibus contingat, quod Deus per Oseam his comminatur, qui præter ius institutū illegitimo concubitu se contaminant, at aliunde quā à Deo fœcunditatis subsidia petunt: quia, inquit, Beelphegor, hoc est, Priapi statuam ac simulacrum adierunt, atque addicti fuerunt turpitu-dini, auolabit gloria eorum ab vtero, à conceptu, à partu: Dabo eis vuluam sterilem, & vbera arentia, ra-dix eorum marcescet, nec fructum vllum proferet. Quod si genuerint, interimam amantissima vteri eo-rum. Quæ documento cuique esse debent, irato Deo omnia inauspicato tentari, atque inprosperum suc-cessum consequi. Tale quiddam minatur etiam apud Ezechielem Deus superstitiosis mulierculis: quod Adonidem, hoc est, Veneris amasium deflerent, qui ab apro dilaceratus: circa inguina, erecta statua quot annis coli cœptus esset. Cæterum si is hominibus nō sit infensus, omniaq; sinat decurrere naturæ ordine, suisq; legib. ferri, nihil vetat extrema præsidia accer-sere, ac naturæ imbecillitati adminiculari, si quando ex occulta quadam ac latenti caussa frustrari quem-

Deus prima conceptus causa.

Cap. 5. Sterilitas à Deo.

Cap. 8. Idololatria & superstitio in fœcunditatis causa.

Quæ generandi facultatem perficiant.

quam liberis, atque inanem ſubire laborem conti
gat. Duo itaque ſunt, quibus potiſſime concubi
perficitur, quæque ad liberorum propagationem ſ
adiumento: primum humor genitalis, qui parti
cerebro totoq; corpore, partim ab hepate ſangui
officina diffunditur. Deinde ſpiritus per arteria
corde promanans, cuius vi pudendum erigitur ac
geſcit, cuiuſque impulſu materia ſeminis foras
rumpit atque eiaculatur. His accedit appetitus
concubandi deſideriũ, quod vel imaginatione ex
tatur, vel ex conſpectu contuituque ac contractu
nuſtarum mulierũ accenditur. Quib⁹ præſidiis qu
quis eſt deſtitutus, eaque vel languida habet, vel i
ualida, cum primis iuenda ratio eſt, qua naturæ l
pſus atque error corrigi poſſit, viresq; naturales ta
quam luxata quadã aut collapſa reſtaurari. Vt eni

Simile appoſitum ab agricultura.

ſteriles agros cultura atque induſtria hominum fe
cundos effici videmus, ſtirpesq; atque arbores infr
ctuoſas adhibita cura vberrimos fructus producer
ita in excolendo hoc fundo ars medica ſtrenue ſua
præſtat operã, ſummoq; ſtudio naturæ vitiis med
tur, ac velut agrum ſterilem adhibito lætamine reſt
bili fœcunditate inſtaurat. Si calorem languidum, r
ras exilesque ſpiritus, ſiccitatem frigiditati coniu
ctam partium genitalium, neruorumque imbecill
tatem ad temperamentum reducit: obiter omnia
moliri tentat, quæ homini progenerandæ ſoboli
ſpem adimunt. Cæterum cum alimenta qualitate
etiam elementares immutare ſint apta atque infel
cem corporis habitum ad commodiorem transferre
neceſſe eſt, vt eiuſmodi conditionis homines cibi
vtantur, quibus natura fœcunda effici poſſit, ac pro

Quæ ſemen vi- rile accumu- lent ac Vene- rem excitent.

pagationi ſobolis idonea. Inter ea autem quæ Vene
rem excitant, ac fœminis generationi ſunt accom
moda cibi numerantur laudabilis ſucci, quiq; probe
nutriunt, ac corpus vegetum reddunt, ac ſucculen

tum,

:cuius facultatis sunt calida & humida. Conficitur enim, Galeno teste, seminis substantia ex syncera concoctaque sanguinis superfluitate, simul & flatuosa. *Materia accumulandi seminis.* Quibusque autem vis inest augendi cumulandique seminis, nonnullis efficacia incitandæ mouendæque prurriginis atque humoris propellendi. Edulia quæ materiam suppeditant, oua sunt Gallinacea, phasiani, turdæ, merulæ, ficedulæ, gallinagines, pipiones, passerculi, perdices, capi, pullastri, amygdala, nuclei pini, vuæ passæ & Corinthiacæ, vina omnia generosa, dulcia ac meraca, potissimum quæ ex vua Apiana (quam muscatulam vocant) exprimuntur. Partes verò genitales erigunt, ac prurigine afficiunt Satyrion, Eryngium, Nasturtium, Erysimum, Pastinaca, Cinara, Rapæ, Napi, Rapæ, Asparagi, Zinziber conditum, Galanga, Acorus Bulbi. Cochleæ marinæ;

Et quæ frugifero seritur vicina Priapo, *Colum. lib. 10.*
Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.

quæ (vt alia pleraque) lumbos incitant, atque homines impendio salaces efficiunt. Vt enim sclopetas ac bombardas primum puluere tormentario inferciri videmus ac globis oppleri, deinde adiecto efficaci puluisculo fumanti stupa vel ignito funali incendi, globumque violento strepitu exturbari: sic in hoc opere duo concurrere est necesse, ne irritus sit conatus, conglobati scilicet seminis copiam, & vim quandam spiritus flatuosi, qua explodi semen possit, atque in vteri recessum recondi. *Accommoda similitudo à bombardis.* Quod si huiusmodi machinæ cassæ sint atque euanidæ, aut denique nitrosus hic puluis insyncerus atque adulterinus, nullam in prosternendis mœnibus, diruendisque vallis vim obtinent, nec horribilem vllum sonum proferunt, sed exilem quendam stridorem inanemque strepitum edunt, vt lusitantium puerorum inflatæ vesicæ. *Puluis nitrosus buspoer.* Hinc nostrates Salinariæ ignauos quosdam qui incassum, nulloque operæ fructu mulieres fatigant,

Muliebre prouerbium in eunuchos.

detonare quidam dictitant, sed nullam subsequi
uiam, nec internas partes, atq; vteri recessum ro
liquore madescere, atq; irrigari. Habent siquiden
li inflatas venas, ventoque turgidas, sed semine de
tutas. Quamobrem cum vxoribus gratificari vol

Quare vxoribus gratificandum.

illasq; peculiari officio demereri, q matrimonio f
addicti, non tenui apparatu se instruant, nec in h
palæstram inermes descendant, alioqui tetricas i
experientur ac morosas, nec vlla in parte dicto
dientes. Cum autem commeatu affatim fuerint
structi, captanda oportunitas, qua possint non f
fructu se operi accingere. Quod tum demum est te
pestiuum, cum menstrua illuuies sit expurgata. Ea
quidem sentina prohibet coalescere ac ferment
semina, efficitque vt vterus sit conceptui inidone
Defluxis itaque mensibus, vteroque exacte defeca
nullo enormi concubitu, nullisque validis cócussi

Masculus quando concipi contingat.

nibus procreandis liberis insistant, completoq; op
re, mulier clementer ac placide in dextrum latus d
uoluatur, capiteque declini, ac subsidente corpore
somnum resoluatur. Hac enim ratione in dextrum
teri sinum derivari semina, ac masculum elabora
continget. Cæterum anni tempus, regio, cuiusque
tas, alimenta calorifica, maximum in hac re mom
tum obtinent. Æstas siquidem modo ne nimis feru
da sit ad masculi conceptum accommodatior, quo
semen ac sanguis menstruus ex ambientis aëris qu
litate plus caloris concipiant. Regio quoque calid
ætas adulta, plenæque pubertatis, tum hispida hirsu
taque corpora ad producendos mares magis apta. In

Mercuriali quo effectu in excitanda prole.

terim multa sunt, quæ vi specifica ac latenti abdito
que effectu his perficiendis accommoda. Sic Mercu
rialis, quam in marem ac fœminam discriminant, ef
ficacissima prædicatur in sui generis sexu proferen
do, adeo vt masculi decoctum aut succus diebus qua
tuor à primo purgationis die bibitus, pcreandi mari

vim

vtero conferat: fœminę vero ſuccus totidem die-
patique modo aſſumtus, fœmellæ proferendæ
ſuppeditet, præſertim ſi iam ſiſtentibus menſi-
ir mulieri congrediatur, amplexuque mutuo
aleſcant: hac, vt opinor, ratione, quod ille dextrum
ſinum ac cauitatem expurget, caloreq; foueat:
iniſtrũ. Quo fit, vt ſublato humore frigido, mu- *Simile à fun-*
conceptui efficiatur idonea. Vt enim in paluſtri *dinatore.*
e vliginoſo loco plantarum ſemina ſuffocantur,
facile in ſtirpem emergunt: Ita ex frigidi humo-
edundantia ſemina ſtrangulantur, adeo, vt vis ac
ltas muliebris vteri nequeat vllam ſpeciem ſe-
que emoliri. Nõ diſſimili ſunt effectu ſeſeli Maſ-
nſe, ſaluia, nux myriſtica (quã muſcatam vocant) *Quæ humidi-*
momum, xylocaſia, zeduarium, agallochum ſiue *tatem vteri ex-*
am aloes, parthenium, calaminthæ ſpecies, ormi- *purgent.*
n, dictamnum, hellenium, iridis radix, laſerpitii
us, eiuſq; generis innumera, quæ & flatus diſcu-
t, & locos ſitu denſaq; fuligine obductos abſter-
t, atque illos vt exculta noualia ſementi præpa-
; ſic alia aliis viribus efficiunt, vt vulua minus lu-
a ſit ac mucoſa, vtque ſemen tenacius inhęreſcat.
us generis ſunt ſuccini ſeu electri ſpecies, q̃ am- *Succinum*
nomine omnibus innoteſcunt, ramenta eboris, Ammer.
ux, calamita, cornu ceruinũ, rhois, vulgo ſumach,
tæ byzantinæ, ſemen myrti galbulæ, nucesq; cu-
li, thus eiuſq; cortex, maſtiche, britannica, caryo-
lata, pentaphyllon, roſæ rubræ. Quorũ nonnulla
admota, quædam intra corpus aſſumpta, vtero
ur conciliant, conſumtoque ſuperuacaneo hu-
re, rimoſam hiantemq; vuluam conſtringunt, ac
nendi ſeminis vim conferunt. Et quoniam Ciſal-
æ mulieres, vt plurimum hiſterica affectione,
vuluæ ſtrangulatu atque vteri vitiis infeſtari
nt; neceſſe eſt, vt præ cæteris his vti conſue- *Aridus vterus*
nt. Quod ſi plus iuſto areſcant loci, ac ſint retorri- *quæ exigat.*

di, medicamenta ac cibi adhibendi, quæ mod
humectent. Cæterum qui initi coniugii aliquã
dem consequi volunt, nec speratæ prolis desid
frustrari, hanc sibi legem præscribi patiantur, vt
cubitum per interualla, statisque vicibus perag
ne sit frequentior, quam res exigat, nec quam e
diat, rarior. Vtrumque enim fœcunditati æque n
um. Siquidem semen profundere immoderatiu
res exhaurit, ac spiritus depopulatur. Diutius
quam par est cohibere, atque à congressu desuesc
semen inefficax, atque euanidum, minusque viril
ficit. Oportunitas quoque eius rei spectanda, ob
uandumque tempus, quando potissime congredi
pedit, quando commodum erit, quem animo co
peris, quem meditatus sis sexum procreare. Auic
na non proletarius, nec infimæ sortis auctor, tem
modumque procreandi sexus describit: Vbi, inq
menses defluxerint sitq; absterſus vterus, quod qu
to fere die vsuuenit, aut septimo, si vir mulieri c
grediatur, à primo quum est purgata die ad quint
marem produci; à quinto vero ad octauum fœm
lam: rursus ab octauo ad duodecimum denuo mas
lum: post illum vero dierum numerum Hermoph
ditum. Horum effectuum licet nullam causam ad
rat, probabilem tamen comminisci posse videor: p
mis enim diebus elota vulua, humoreque sordi
accurate expurgato, plus caloris concipit vterus, q
virile semen potentius coalescit muliebri, atque
dextrum vteri sinum dirigitur, hepatis dextrique
renis vi attractoria, è quibus etiam sanguis calid
in alimentum futuri fœtus iis diebus deriuatur: n
que enim sinistræ partes vtpote alsiosæ ac frigi
sanguinisque inopes, statim à purgatis mensibus
liquid conferre possunt: sed serius, ac parcius sa
guis depromitur à sinistræ partis venis, quas emu
gentes vocant, quæ splenem, renemque sinistrum

Auicenna consilium in conceptione moliendo.

Auicenna sententia explicata.

Vena emulgentes quæ.

ptant, sic vt post quintum demum diem, vsque
tauum ex illis aliquid sanguinis confluat, quo
s alendus est, ita cum illæ partes vires suas ob-
censentque dextræ, ex situ loci atque alimenti
li ratione fœmella effingitur, post octauum diẽ
ræ partes rursum conferendi sanguinis munus
sumunt, atque ex illis denuo scaturire sanguis
it masculo saginando. Post hoc dierum curricu-
, quoniam ex omni parte impromiscue sanguis
struus erumpit, ac vulua ex frigidi humoris af-
u plus satis vda efficitur, semenque neutri parti
ciatur, sed in media vteri capacitate fluctuat,
mophroditum confusa inter se semina moliun-
qui conceptus modo ex dextro, modo sinistro si-
ires formamque accipit, atque vtriusque opera
ar. Hinc Androgyni nobis emergunt, seu Hermo- *Quid Hermophroditos gignat.*
oditi. Quæ vox à Mercurio ac Venere appellatio-
n sortita est. Nonnunquam vitiosus hic infamisq;
ceptus ex indecoro concubitu conflatur, cum
ter vsum ac commoditatem exercendæ Veneris *Enormis concubitus detestandus.*
supinus, mulier prona decumbit, magno plerunq;
tudinis dispendio, vt qui ex inuerso illo decubi-
herniosi efficiantur, præsertim cum distento op-
toque cibis corpore inusitata hac inconcessaue
here vtuntur.

excremento menstruo fœtus alatur, & an adolescentula concipere possint priusquam menses profluxerunt.

CAP. X.

Oncubitum admittere nonnullas duodecimo æ- *Fluxus mensiũ ostendit conceptionis argumenta.*
tatis anno, multis non sine maximo naturæ in-
nmodo ac valetudinis dispendio, vndeuigesimo
n profluere menses, quotidiana experimẽta com-
bant, itaq; sciscitantur plærique, an cum matura
aptaq; viro mulier, mensibus nondũ profluentib⁹
nceptui sit idonea: Multi in ea hærent sententia,
d fieri posse negent, nec concipere nisi à mensium

profluuio qui mihi veritati consentanea dicere[...] dentur. Cum enim adminicula desint, quæ conce[...] adiuuant, atque humore, quo fœtus alendus est, [...]rus sit destitutus: qui fieri posset, vt conceptus pe[...]ciatur? Matronæ autem nostrates, præsertim quæ [...]stetricandi munus obeunt, ab arboribus sumta si[...]litudine sic ratiocinantur. Quemadmodum n[...] stirpi fructus denegatur, quæ flosculum produ[...] nullaque arbor sterilis, quæ florescit, omnis vero [...]bor infœcunda, quæ floribus spoliata est: Sic ado[...]scentulæ quibus non efflorescunt menses, non i[...]plentur, nec vterus concepto semine in fructum [...]tumescit, aut protuberat. Prouectioribus autem ta[...]tisper inesse propagandæ sobolis facultatem, vires[...] fœtificandi insitas, dum menses profluunt. Quum [...]nim huius excrementi confluuium homini gerend[...] materiam suppeditet, maris semine, coaguli ferme[...]tique more, hoc in sese conglomerante, fit, vt nec a[...]te humoris illius effluxum nec cum fluere desiit, m[...]lier possit concipere: nimirum nutrimento, quo fœ[...]tus alitur atque augescit, destituta. Ceterum hic ali[...] suboritur quæstio: sit ne menstruum vtile excremen[...]tum alendoque fœtui accommodum; an fœda tan[...]tum illuuies, quæ stato tempore certisque periodi[...] ceu sentina exhauriatur. Scio equidem ita videri Pli[...]nio, ac plerisque aliis, qui menstruo vim noxi[...] attribuunt, idque exaggerant in immensum ac mir[...] modis hoc virus exagitant. Sic Iuuenalis arrept[...] hin infectandi argumento, viros in mulieres odium concitat, illudque tota Satyra agit ex professo, vt cō[...]cepta illarum despicientia, nunquam se alligari con[...]iugio patiantur. Noui equidem quam sordida res si[...] menstruo proluuies, & quas noxas inferat supra legi[...]timum tempus cohabita huiusmodi sentina, magna[...]que ratione ex Dei præscripto inhibuisse Mosen, ne vir mulieri cogrediatur tali vligine coinquinatæ. Sic

Simile à florentibus arbustis.

Mensibus desinentibus desinit fœcunditas.

Menstrui profluuium in quē vsum.

Satyr. 6.

Leuit. 18. & 20.

&

norrhœos, hoc eſt, ſanguinis profluuio obno- *Deuter.23.*
polluto ſque ex hominum conſortio ablegat,
riquepræcipit. Similiter Eſaias, quo extremas
nequeabominandas ſordes indicaret: Omnes,
it, iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtrui il-
:,inguiniſque tabe ac ſanie contaminatus. Quæ *Menſtruatis*
tſi vera eſſe conſtet, idque legislator ex ſupre- *abſtinendum.*
aminis conſulto, rectiſſime præſcripſerit, ne
n fœdo congreſſu inquinari, aut quicquam labis
ntagij contrahere contingat: non conuincunt
n ſuperuacaneam eſſe huius humoris ſcaturi-
m, nec quicquam ad fœtus nutritionem adfer-
omenti: cum Hippocrates profeſſionis medicæ
litor, eiuſque affectator Galenus, multis locis
icentur, ſanguine menſtruo fœtum ali, eiuſque
enis defluxu infantem incrementa ſuſcipere.
Galenus: Sanguis,inquit,ſemenque genitale,ge- *De tuenda va-*
tionis noſtræ primordia exſiſtunt, quæ ex ipſis *letudine.*
cipiis tanquam radice oriuntur. Sanguis ceu
ries quædam apta concinnaque, & artifici ad
uis ſequax: Semen opificis rationem obtinens.
ſus in commentariis Aphoriſmorum: Sanguis *Lib.1. Aphor.*
ſtruus alterum generationis noſtræ principi- *14.*
natura humidum eſt. Huc ſpectat Aphoriſmus
ocratis: Mulieri vterum geſtanti ſi purgatio-
ant, impoſſibile eſt, fœtum eſſe ſanum. Subdu-
enim ille ſanguis, qui alimenti ratione a toto
ore in vterum dirigitur. Si igitur profluentes
ſes vires infanti eripiunt, illumque alimento
rantur, neceſſe eſt vt quando cohibentur ac
iſtunt, proſint, eoque geſtationis tempore
imenta ſuppeditent. Quod ſi nihil conferant,
ex iis quicquam aſſumatur in fœtus nutricatio *Lacte made-*
: quid cedo cauſæ eſt, quod grauidis ac lactanti- *ſcunt vbera, v-*
inoffenſe citraque vllum incommodum men- *bi menſes ſub-*
ubſiſtunt? Cuius non alia adferri ratio poteſt, *ſiſtunt.*

quam quod in lactis vbertatem absumatur, vel al
do fœtui sit vsui. Quo autem hæc quæstio plenius
plicari possit, Dilemma hoc subiiciam. Si menstr

Dilemma au-ctoris de men-struo profluuio.

nihil conferunt ad fœtus alimentum, concipere m
lieres possunt, etiamsi illa non profluant, cum na
ra ex venis sanguinem possit elicere in fœtus alim
niam. Si vero conferunt, atque alendo fouendoq;
fantri sunt adiumento, concipere non possunt nisi
fluant. Aristoteles autem diserte hunc modum v

Hist. anim.

soluit: Conceptus, inquit, mulierum a profluuio m
struorum sua natura contingit, & quæ his carent, s
riles magna ex parte existunt. Verum fieri potest
aliquæ etiam sine eorum profluuio concipiant. vi
licet quibus tantū humoris in vtero colligitur, qua
tum restare solet iis quæ purgantur. Siquidem no
nullis in vtero humor inhæret, sed non tantus, vt
rumpat ac foras profluat, qui tamen sufficere pos
ad nutriendum fœtum. Pleræque etiam dum men
profluunt, imprægnantur, postea concipere nequ
unt, quibus vulua statim à purgatione comprimitu

De vul. se.

nec amplius dehiscunt loci. Id ipsum Galenus dil
cide his verbis explanat: Vasa vuluæ, quæ in parte
interiorem penetrant, ex quibus menses profluun
cum mulier cōceptura est, ora aperiunt. Concepti
nis vero tempus est inceptis iam mensibus, vel præ
pue cessantibus. Quamquam enim reliquo etiā pu
gationis tempore aperta hæc ora sint, non tamen c
cipere vllo modo mulier potest, cum semen neque
in vtero contineri, sed ab influentis sanguinis cop
eluatur. At desinentibus, vel incipientibus me
struis, & ora aperta sunt, & menstruum non confe
tim, sed paucum ac sensim effluit, quasi humore qu
dam rosido insudante, quo vterus madescit: vnde
ficitur, vt ad asperitatem vuluæ semen adhæreat,
tisque alimenti & sanguinis confluentis stillicid
consequatur. Ante enim quam menses se proferun

cone

ceptus ob id fieri nequit, quia alimẽto caret, nec
en adhæreſcit: nã eo tempore occluſis vaſis vul-
euis relinquitur, ſemen propter læuorem ac vi-
m politiẽ defluit, nec vniri poteſt ac coaleſcere:
era ſiquidẽ ac ſcabra magis, quã exterſa ad coale-
ndum ac ferruminandum ſunt idonea. Hinc ſcor- *Cur ſcorta non concipiunt.*
quæ crebrius ſe viris ſubiiciunt, atque identidem
agitari patiuntur, non concipiunt. Quo ſpectat
Hippocratis ſententia: Quæ humidos habent v- *Lib. 5. Aphor. 62.*
os, non concipiunt: exſtinguitur enim in his ge-
ura, vt plantarum ſemina in paluſtri atque vligi-
o loco. Similiter, quæ ſiccos aridoſq; habent vte-
pgignendis quoq; prolibus ſunt inhabiles. Neceſ-
ſt n. locos ſanguine modico madeſcere, ac men-
i ſtillicidio ſubinde irrigari. Quã firmis autem ra-
nibus nitantur, quamq; validis argumentis opi-
nẽ ſuã fulciant, qui menſtruis ad fœtus nutritio-
vllam vim ineſſe negant: non diſcutio. Conſtite-
ſane illis opinionis ſuæ ratio: ego numquã in ani-
induxero, inutilem eſſe hunc humorẽ, nec quic-
i prodeſſe ad fœtus generationem. Cum enim o-
ibus ex æquo, quæ inculpata valetudine vtuntur,
o tempore menſes decurrunt, quid aliud ſtatui
eſt, quam in vſum aliquem depromi hunc humo-
n nec veneni naturam obtinere, niſi vltra legitimũ
pus in corpore reſideat, aut ex morbo, aliove vi-
cohibeatur. Sic in plethoricis, hoc eſt, qui pleni-
lini humorumque redundantiæ obnoxii ſunt ſin-
rus etiã ſanguis, niſi perſpiretur, putreſcit ac ſyn-
on inducit, febreſque alias contagio affines, in *Continua febres.*
ibus exanthemata multaq; papularum, ac vario-
ũ genera in extima corporis parte erumpunt. Sic
lemus ædes diu occluſas, flatibus ventiſque minus *Simile ab ædibus occluſis.*
poſitas graueolentiam, ſitumq; contrahere. Cum
tur menſtruum ſit excretio redundantis ſangui-
, qui ob ſexus imbecillitatem nec calore conco-

qui, nec exercitio discuti queat ac dissipari: neces-
est illud ex Lunari concitatione atque impulsu,
tempore erumpere, eiusq; defluxu corpus expurg-
vel si sisti contingat ac cohiberi, corruptelam ind-
re, virusque naturã asciscere. Quod ipsum non fit
nutrientibus, vel prægnantibus, magno argume-
humorem illum opportuno tempore vsui esse al-
doque fœtui non inutilẽ, non eum qui vtero diu
inhærens computrescit, sed qui à conceptu ex ve-
distillat in vterum, totoque gestationis tempore a-
menta subministrat. Quo fit, vt si loci dehiscant
menses profundi contingat, infans aut non sit vital-
aut valetudinarius existat.

Quæ menstrua venenata.

Animam non à parentibus proseminari, sed infundi diuinit- omnis q; interitus ac corruptelæ esse expertem: tum quoto- stationis die inducatur.

CAP. XI.

NVlla re magis accenditur atque inflammatur
amorem, ac venerationem opificis humanus
nimus, nulla re propius sibi innotescit, quam cum
intime explorat, mentisque præstantiam fixius co-
templatur: hac n. ratione efficitur vt homo in Deu-
mentẽ erigat, atq; in illius notitiã perducatur, calc-
tisq; sordib. ac vitiorũ cœno meminisse incipiat se d-
uinitatis esse consortẽ. Nec sane exigui momenti r-
est aut oscitanter, lenique ac suspensa, vt aiunt, ma-
transigenda, q͂ homo ab opifice spiraculum vitæ ac-
ceperit, atq; ad imaginem, Deiq; similitudinẽ sit co-
formatus. Cuius muneris dignitatẽ ac prærogatiua-
nemo in figura formaq; corporis sitã existimet, sed i-
parte hominis interna, hoc est, in anima rationali c-
stitutam; quę cum sit spiritus ætherius, aut substanti-
incorporea ex diuinæ mentis archetypo depromta,
hoc homini præstat, vt Deo sit similis, diuinæque e-
sentię particeps. Corpus autẽ quoniã ex conc. etion-
materiæ massaq; terrea conflauit opifex, mortale &
caducum

Qua ratione mens in Deum erigatur.

Homo Dei imago.

ucū pro tempore se sustinuit: Animam vero cum
e suoq; inspiratu nobis indidit, interitus, omnisq.
ruptelæ immunem esse voluit, atque expertem.
uidem cum imago Deique essentia sit æterna, at-
anima ex illa dimanauerit, necesse est perēniter
subsistere, eandemque cum sua origine naturam
tiri, hoc est, esse immortalem, atq; ęternitati desti-
iam. Et quamquam nonnihil labefactata sit animę
minusque expresse refert architecti imaginem,
n tamen prorsus exstincta est, cum vulnus manu
ti illi inflictum Seruatoris munificentia sit ob-
tum, eiusque virtute restaurata omnia, quæ pri-
hominis vitio collapsa erant, ac fœde deformata. *Deus collapsæ naturæ instaurator.*
od si quis huius diuini muneris vires experiri,
sque excellentiam spectandam sibi exhiberi ve-
in se ipse descendat, suamque mentem in consiliū
hibeat, ac sedulo excutiat; profecto inueniet exi-
as amplissimasque dotes atque egregia ornamen- *Animæ dotes & ornamenta.*
quibus cuiusque mens affatim est instructa: Ratio-
m, intelligentiam, iudicium, delectumque rerum,
enii agilitatem, memoriam, tum pleraque alia
æ euidenter euincunt præstantiorem esse animā, *Mentis vis & præstantia.*
am vt corporea censeri debeat, aut corruptioni
noxia. Hæc vna est, quæ corpus viuificat, regit ac
oderatur, illudque variis actionibus instruit, mul-
que muniis exercet. Quo fit vt ex multiplici effe-
u, diuersisque operationibus varias appellationes
rtiatur. Siquidem, vt Augustinus ait, cum corpus a- *De spiritu & anima, cap. 4.*
nat vitaque imbuit, Anima dicitur: dum vult, Ani-
us: dum scientia ornata est, ac iudicandi peri-
m exercet, Mens: dum recolit ac reminiscitur,
emoria: dum ratiocinatur, ac singula discernit,
atio: dum contemplationi insistit, Spiritus: dum
ntiendi vim obtinet, Sensus: Quæ omnia animæ *Mentis sedes.*
ficia sunt, quibus potentiam suam declarat, suas
ue actiones exsequitur. Hæc in celsissima parte

corporis collocata, cœloq; proxima vim suam in
liquas partes efficaciter diffundit. Nō est illa dem
sa in sanguine, non à progenitoribus aut facultate
minali deriuata, sed ab omni materiæ concretio
omnique labe corporea aliena, recens à Deo creat
pificio suo iam confirmato infunditur, non mut
titia, aut aliunde adscita, vt statuūt Pythagorei Dr
dæ, qui absurdam quandam μετεμψύχωσιν, hoc
transanimationē induxerunt, qua persuadere con
sunt, animas à morte alterius in aliena corpora
migrare, nō hominum modo, sed pecudum etiam
belluarum: Quod sic expressit Ouid. Metamorph.

Mens atque anima incorporea.

Inepta animarum transmutatio.

Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis habitant domibus, viuuntq; receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc,
Hac venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllo.

Hinc superstitionis huius affectatores esum carniu
sibi interdixerunt, nefas arbitrati ex vllo animant
genere quicq deguſtare, ne, vt festiuiter ac falsè Te
tullianus, bubulā de aliquo proauo quisquā obsone
Quæ persuasio Christianæ professionis hominib
prorsus reiicienda, cū Orthodoxi certo statuant, s
cuique animā attribui, eamq; tum demū infundi, c
fœtus omnibus suis membris articulisq; fuerit de
neatus, quod fere quinto ac quadragesimo à conc
ptu die fieri assolet, præsertim marib⁹ vbi nouo mē
lucis huius auspicia sunt accepturi. Fœminis siquid
quarū natura magis flaccida, ad quinquagesimū die
formationis tempus porrigitur. Et quanquam no
omnino certo fixoq. dierum numero hæc terminar
possint. Hippocrates tamen exactissime ad calculum
reuocauit, quo tempore infantis effigies formaq; ab
soluitur, quo motū accipit, quo natiuitatē consequi
tur. In libro siquidem de natura fœtus: si marem, in

Tertulliani falsum dictū.

Animam rationalem quādo homo concipit.

quit

t, trigesimo die perfici contingat, motum accipit *Quoto dierum numero fœtus absoluitur.*
agesimo, mensesq; septimo in lucem prodit. Quod
uinto & trigesimo die formam acceperit, motu
itur septuagesimo, menseq; octauo nascendi pri-
rdia accipit. Si vero die quadragesimo quinto le-
mam formã adeptus fuerit, nonagesimo die mo-
ur, ac nono mense natiuitatem consequitur. Ex
o dierum mensiumq; decursu ac serie, liquido ap-
et formationis diem duplicatum motus diem cõ-
uere, motionis vero triplicatum, nascẽdi tempus
nmonstrare. Verbi causa, vbi trigesimus quintus
mam perficit, is duplicatus, diem motus septua-
imũ constituit, qui rursus triplicatus bis centum
osq; dies seu septem menses conficit, si cuiq; mẽ-
iginta dierum numerum assignes. Pari modo de
iquis ratiocinandum. Cæterum cum fœmina tar- *Fœmella tardius masculo perficitur.*
is perficiatur, sitq; eius gestatio productior, paulo
aersius subducitur ratio. Illa siquidem trigesimo
rtio die formata, motũ accipit septuagesimo, men-
que septimo nascitur. Cum vero quadragesimo à
ceptu die illã formari contingit, octogesimo mo-
potitur, atq; octauo mense in lucem producitur.
uod si quinto supra quadragesimum die confor-
etur, motum accipit nonagesimo, menseque nono
uptionem molitur: porro cui quinquagesimo die
rma absoluitur, centesimo moueri incipit, ac deci-
o mense eluctatur, lucisque beneficio perfruitur.
æc prolixius à me enarrata sunt, quo quisque intel-
gat animam rationalem tum demum infundi, cum
etus absolutã formã sit adeptus, suisq; lineamentis
acte distinctus. Neque n. anima primo mense for-
ationi fœtus insistit, sed facultas vteri, ac vitalis vis
minis magna solertia operi elaborando incumbũt, *Rudimenta humana formationis.*
sensim ad distincta membra, exactamque formam
rouehunt. Primis siquidem sex diebus in oui spe-
em semina conglobantur, lactisque cremorem re-

ferunt, ac fibræ quædam tenuissimo contextu tel[illegible]
ranearum non absimiles producuntur; deinde sub[illegible]
quentibus nouē diebus sanguinem & spiritū subm[illegible]
nistrant acetabula ac venæ vmbilicares, ex quo p[illegible]
mū effigiantur membra organica, quæq. nutriti[illegible]
sunt accōmoda, vtpote hepar, cor, splen, pulmon[illegible]
cerebrum, quæ à primo conceptus momento ad [illegible]
cimum octauū perficiuntur: postmodū ad quartū [illegible]
quadragesimum diē ceteræ partes cōformantur, f[illegible]
tusq. vitalis esse, ac sentire incipit, licet ob imbec[illegible]
litatē aut non moueatur, aut tanta debilitate, vt p[illegible]
stās id sentiscere nequeat. Hoc itaq. tēpore anima r[illegible]
tionalis vterū subire creditur, ac naturales facul[illegible]
tes seu potentias sua vi imbuere, totūq. opificiū pe[illegible]
Quæst. 32. ficere. Quod ipsum Augustinus Moysis testimon[illegible]
Exod. 20. cōprobat: si quis, inqt, percusserit mulierem vteru[illegible]
gerentem, & abortierit, si fœtus format* fuerit, d[illegible]
animam pro anima: Si vero informatus fuerit, mu[illegible]
ctetur pecunia. Quo cōuincit animā nō inesse fœt[illegible]
nec hominis nomē ꝓmereri, nisi omnib. lineamen[illegible]
tis sit cōsummatus exactamq. formam consequutu[illegible]
Cum itaq. iam formato corpore inferatur, non est [illegible]
quisq existimet in conceptu illā cum semine deriu[illegible]
ri. Siquidem si semini rationalis anima, q̄ perennite[illegible]
subsistit inesset, aut cum illo ꝓflueret, multæ, vt ill[illegible]
ait, quotidiano effluxu seminis animæ euanescerent[illegible]
Quamobrem nō ex Adamo aut progenitoribus ill[illegible]
propagatam credi par est; sed singulis momētis crea[illegible]
ri infundiq; diuinitus. Quod hoc dicto stabiliri po[illegible]
Ioan. 5. se video: Pater meus adhucusq; temporis operatur, &
ego operor. Quo subindicat Deum Opt. Max. & ill[illegible]
æqualem eiusdemq; essentiæ filium creandis conser[illegible]
uandisq; hominum animis occupatū, illisque produ-
cendis intentum, quibus quodq; animal subsistit, vi-
Psal. 35. tamq; propagat ac tuetur. Quo spectat illud Psalmo-
graphi: Homines & iumenta saluat Dominus, hoc

animalia quæ sustentat Deus, suaque vbertate pa-
ac saturat. Qui cum vnice erga genus humanum
ciantur peculiari munere ac dotibus hoc opificiũ
truxit. Alia n. ratio hominum, q̃ belluarum, longe-
illorum conditio præstantior. Siquidem homini- *Dauid locus*
rationem mentemque indidit, & q̃ reliquis ani- *explicatur.*
ntibus negatũ in conditoris agnitionem perduxit,
que diuinitate afflauit. Quam munificentiam cũ
nosceret Iob, ipse, inquit, docet nos supra iumenta *Iob.38.*
ræ & supra volucres aëreas erudit nos quo indicat
mines præstare ceteris animantibus, ac Deum suas
tes ac munera illis cumulatius impressisse. Hoc
oq; singulari donatiuo, summiq; principis mune-
honorario sunt destituti, inelaborati, imperfectiq;
tus, effluxus denique præmaturi, abortusq; præ-
oper, ac præter humanam speciẽ enormiter mon-
osi. Quorũ nonnulla licet palpitent, illisque vitale
iddam inesse videatur, non tamen ab anima ratio-
li id consequuti, sed à facultate formatrice, ac spi-
u gignitiuo, quæ semini ac sanguini menstruo in- *Embryo primis*
nt. Hæc n. primis quadraginta diebus conceptum a- *mensibus ho-*
nt ac vegetãt, formamq; hominis emoliuntur. Ha- *minis nomen.*
nt quoq; reliquæ animãtes spiritũ vitalẽ reliquas- *promeretur.*
ue animæ potentias, vegetantẽ & sentientem quas
seminis facultate sanguinisq; effluxu consequun-
r, atq; illis in vtero augescunt, illorumq; beneficio
ta potiuntur. Quo spectat illud Leuitici: Anima o- *Leuit.17.*
nis carnis in sanguine ejus est. Vita siquidẽ atque a-
mantis cuiusq; spiritus in sanguine subsistit, eoq; a-
tur ac fouetur, vt elychnii flãma affuso oleo. Quam
imæ vim vt optime nouit Galen⁹, ita ingenue igno-
re se fatetur, Animæ rationalis substãtia quænã sit: *Anima quid.*
ndeque profecta. Qui si meliori philosophia fuisset
nbutus, nihil addubitasset pronũtiare Animã diui-
æ mentis esse scintillã, ac spiraculũ q̃ hominẽ à bel-
uis discernit, atq; immortalitati asserit: propriã autẽ

Anima singulis diuersa. singulis animam insitam, ac suo cuique corpori peculiarem, cum multa demonstrent, cum maxime ta in hominum moribus, ingeniis, iudiciis opinio bus, effectibusque dissimilitudo & disparitas indic re mihi videntur. Siquidem quot homines, tot se tentiæ; & quod Horatius ait:

Lib. 2. Sermonum. *Millia quot capitum viuunt totidem studiorum.*

Satyr. 1. *Mille hominum species & rerum discolor vsus:*

Pers. Sat. 5. *Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*

Quæ non aliunde mihi prouenire videntur, q̃ ex d uersæ conditionis animis, ac multiplici cordis vari tate & discrimine. Finxit n. Deus sigillatim, vt ait D.

Psal. 32. uid, corda mentesq; hominum, ac suam cuique ind lem attribuit, suæq; naturæ ac conditionis anima

Sap. 8. consignauit. Hinc Salomon sibi plaudit & gratulatu ꝙ animum felicem sortitus sit, corpusq; incontam natum, animæ moribus congruens & accommodum Qua autem in parte collocetur anima, q̃ & sedem oc cupet, multi veterum in quæstionem vocant. Philo sophi cordis meditulliū illi assignant. Quod designa

Prouerb. 4. re videtur Sapiēs, cum inquit: Omni cura custodi co

Anima domicilium. tuum, quoniam ex ipso vita procedit. At Medici qu exactius naturæ opera sunt perscrutati in cerebro il lam constituunt, ex quo omnes sensus ac facultate animæ, omnesq; actiones procedunt. Huius tamē vi per singulas corporis partes diffusā, omnia membra

Vera apoplectica. calore fouet ac viuificat, suisque viribus instruit. Co vero tanq̃ vitæ fontē peculiari vi imbuit per arterias καρωτίδας seu soporarias iugulum perreptātes, quibus præcisis sterilescunt homines, vel oppletis apoplexia feriuntur. necesse est enim vias esse quasdam atq; arteriarum venarumque decursus per quos humores spiritusq; cum animales tum vitales, vtroq; citroq; possint commeare, ac calorē natiuum ab anima

Simile à calenti foco. concipere. Verum triclineum quamlibet spatiosum luculento gurgite calefacit, ac cœnaculum hypocausti

halitu

ituac tepore quaquauerſum impletur, ita corpus
mæ vires vndiq. diffuſas efficaciter percipit, ſuas-
eoperationes illius munere exercet. Anima ſiqui-
m licet vni loco affixa prædicetur, vim tamẽ ſuam
ge lateq. diffundit, atque in qualibet parte corpo-
ſe profert ſuaque officia cuiq. membro diſtribuit.
oculi, aures, nares, lingua, pedũ, manuumq. arti-
li animi ſunt inſtrumenta, quorum miniſterio vti-
r. Quod ſi inſtrumenta & quæ illi inſeruiunt orga-
vel vitiata ſunt, vel inepta, vel impedita minus ex-
e animæ munia perficiuntur. Quod in fatuis, ſeni-
lis, infantibus, quiq; emotæ mentis exſiſtunt, eue-
e perſpicimus, in quorum nonnullis vel ſerius ſe
ultates animæ proferunt, vel prorſus exſtinguun-
r. Vt n. ignis cineribus obductus non emicat, ac ſol
nſa atraque nube obiecta minus lucis exhibet: ita
ima humidæ aut vitioſæ materiæ immerſa caliginẽ
andam concipit, quæ menti offuſa rationis lumen
uſcat. Et quamquam in ætate puerili minus illa e-
ceat, quam in adulta, non eſt tamen ꝙ quiſquam
ſtimet illi ſuam ineſſe infantiam, ac ſenſim incre-
enta ſumere, acceſſuq; ætatis augeſcere, tum mor-
ſenioque imminui. Cum ſua vi, ſuisque dotibus
ipſo vitæ primordio maneat inſtructa: Nec enim
a ipſius ſubſtantia aliquid detrimenti accipit, ſed
ſtrument atque organi ineptitudo efficit, quo mi-
s functiones ſuas obeat, ſuaque munia exſequatur.
ua de re ſequenti capite fuſius tractare inſtitui, quo
rporis animæq; facultates plenius innoteſcant, &
iam inter ſe conſentiant, mutuisque morbis affici-
tur cuique pateat.

Membra animi inſtrumenta.

Simile à ſopito igne.

In pueris anima imperfecta inſtrumenti ratione.

nima, tametſi ſit incorporea, nec ex concretione materiæ, aut elementis conſtet; affectibus tamen expoſita eſt ſuaq́; ſentit perturbationes & pathemata, quæ in corpus redundant.

CAP. XII.

CVm anima ſuas functiones & munia per corpus

obeatatque exsequatur, idq; domicilium circumf[...]
Simile à testudine & cochlea. rat, vt affixam testam cochlea fieri magna ex parte solet: vt affecto corpore anima quoq; afficiatur. no[n] quidem affectu primario, vt plerisque visum est, se[d] per consensum ac legẽ consortii. Tanta est enim in[ter] sympathia, eaque affinitas & cognatio, vt vitia quæ[-] dam virtutesque animi in corpus, & corporis in animum dimanent, ac transfundantur. Siquidem cum anima corporeis organis vtatur, q̃ multifariã noxii[s] humoribus vel affici contingit, vel vitiari, fit vt corruptis vitiatisque instrumentis, vel etiam impeditis nequeat illa pro dignitate vim suam explicare,

Horat. Sermon. lib. 1.

sic corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægrauat vna.
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Sap 9. Quod cum Sapienti quoque Hebræo ante Horatium esset perspectum: Corpus, inquit, corruptioni obnoxium adgrauat animam ac terrenum domicilium mentem deprimit, obruitq; sensum multa meditantem. Et quanquam animæ substantia nihil vitii, nihilque labis aut contagii ex concretione corporis contrahere creditur, vt tamen solis radiis officit, tenebrasque offundit densa nubes, vtque oculis obiecto varii coloris vitro aliter quam re vera exsistũt, omnia apparent, nimirum cærulea, flaua, viridantia, cyanea, rubentia; ita lumen rationis offuscat, mentemque obnubilat corporis intemperies efficitque vt animæ actiones deterius perficiantur. Sic ebrii ac deliri gemina conspectare se credunt, cum vnica res sit obuia. Sic melancholici absurda imaginantur, sibique somnia fingunt. Cholerici irritãtur ac temere exardescunt, crebro scilicet humoris noxii fuligine oppresso. Quas autem iacturas quæve incommoda mẽti inferant humores corporis præter leuiusculos aliquot formidandi morbi declarant Lethargus, apoplexia, paralysis, spasmus, mania, phrenitis, epilepsia, qui

Simile à splendore Solis.

Simile à variis coloris conspicillis.

Humores menti infesti.

tam

t valide omnes cũ corporis tum animæ vires con-
sunt, vt homo totus sibi excidat, omnisq; vis men-
prorsus obruatur. Animus itidem si qua labe deti-
tur, atque vel odii, vel iræ zelotypiæ, æmulationis,
idiæ, obtrectationis veneno sit imbutus, corpus
pque in mutuum discrimen pertrahit, pariquè
lo inuoluit. Ne commemorem interim reliquas
mæ cupiditates: quarum impotentissimæ cogita-
nes somnos aliaque per quietem visa perturbant.
hil enim, teste Fabio, tam occupatum, tam multi- *Lib.1.cap.1.*
me, tam inquietum, tot denique ac tam variis af- *Mala mens in-*
tibus concisum ac laceratum, quam mala mens, *quietat.*
o vt nec valetudini, nec honestis vllis artibus va-
re aut liceat, aut libeat. Quippe quibus nō somnus
delassatis placidissima, non quæ ægroto, mœren-
ue animo Medicus, oratio, non cibus denique aut
tus qui corpus alit ac vegetat, suauis est. Quæ enim
esse possit animi tranquillitas, quæ mentis securi-
& constantia?

quos diri conscia facti, *Iuuenal. Satyr. 14.*
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum,
Pœna etenim vehemens, ac multo sæuior illis,
Quas vel Caeditius grauis inuenit, aut Radamanthus.
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

uo spectat illud Esaiæ: Impii cor tanquam mare æ- *Cap.17.*
uat, cuius fluctus redundant in lutum, & conculca-
onem: nulla siquidem pax nec vnquam pacata mēs
mpiis, dicit Dominus. Cum mala mens sæpe læta ex-
stat, secura nunquam. Hæ autem affectiones ani-
orum tam sunt violentæ ac feroces, tantæque in
ferendis malis sæuitiæ, vt quæ menti latenter in-
erent, etiam foris se proferant, suisque se indiciis
odant. Et quemadmodum animi puritas, mentis- *Vultus animi*
ue integritas in oculis, in vultu, colore, lineamen *index.*
s elucet, totoque se habitu ostentat, ita animus

Cap.3. *Esaiæ locus explicatus.*

funestus vitiisq; obsitus se palā exerit ac foras erum-pit. Quod Esaias indicat, cum inquit: Agnitio vult[us] eorum respondet eis, hoc est, species externusq. cor-poris habitus improbos illos esse arguit ac sceler[a]-tos, nec nisi fraudes, imposturas, insidias, seditione[s] omniaq; hostilia meditari. Cui cōsonat illa Salom[o]-nis sententia: Stultorum oculi passim oberrant: In fa-cie prudentis lucet sapientia, vultus siquidem hom[i]-nis est certissimus mentis index quæque in abdito in-timoque animi recessu delitescunt, in apertum pro-fert. Sic Catilinæ, vt Salustius ait, color exsangui[s] fœdi oculi, citus modo, modo tardus incessus, pro[r]-sus in facie, vultuq; vecordia inerat: animus impur[us] diis hominibusque infestus, nec quietibus sedari, ne[c] vigiliis potuit: ita conscientia mentem anxietate [&] formidine exagitabat. Nec enim vllum quamlibe[t] leue aut exile animi vitium est, quin in externo habi[-]tu certa argumenta exhibeat. Siquidem odium, ira, metus, excandescentia, tristitia, amor, inuidia, prodi-tio; furandiq. ac prædandi studium in vultu relucent ac foris primaq. fronte se proferunt. Sic Diogenes a-liquando conspicatus exsangui giluoq. colore iuue-nem, aut amare illū, aut inuidere pnuntiauit: Inuid[i] enim cum aliena virtute discruciātur, contabescunt, ac medullarum, ossiumque putredinem concipiunt. Alium quendam cum ex amore pallescere videret: in proprio quidem corpore mortuum illum dictitabat, viuere autem in alieno. Quæ commonstrant vitia v-triusque partis vltro citroq; commeare, atque alterā alterius incommodo affici, mutuisq. malis infestari. Cyprianus autem corpus extra culpam vindicat, nec sustinet illi quicquam impingi. Quotquot enim in homine pullulāt vitia, animæ imputat, quæ sola sen-tit, viuit & mouetur. Corpore vero sic animam vti asserit, vt fabrum malleo vel incude, in quo format omnium turpitudinum idola, fingitque quælibet cupi-

Eccles.8. *Prouerb.17.* *Diogenis sentētia de iuuene pallido.* *Prouerb.14.* *Amantes pallescunt.* *In prologo de virtute Christ.* *Corpus animi instrumentum.*

piditatum ſimulacra. Neq; enim, vt is ſtetuit caro, *Corpus animæ vi ad actiones impellitur.*
peccati dictatrix, aut malitię inuĕtrix, nec ipſa co-
atus format, agendaque diſponit; ſed ſpiritus eſt
ſicina, qui per eam quæcumq; affectauerit, peragit.
uod vero caro aduerſus ſpiritum, & aduerſus carnē
iritus contendere dicitur, improprie dictum arbi-
tur. Quia ſolius animæ lis iſta eſt, quæ ſecum ipſa
atur, & cum proprio arbitrio litigat. Siquidem de-
derii ſui veneno mens ebria, corpus contumeliis
plicat, ac iunctis amplexibus ambo in mortiferas
auitates delapſi obdormiunt. Quæ tametſi acute
i vero diſſeruntur, paulo tamen aſſentiri par eſt,
i corporis molem officere cenſet animæ actioni-
s, illiusque conatibus eſſe impedimento. Caro ſi- *Galat. 6.*
uidem, vt is ait, concupiſcit aduerſus ſpiritū, ſpiri-
s autē aduerſus carnem; hæc autem inter ſe mutuo
uerſantur, vt non quæcunq; vult homo, eadem fa-
at. Oneri eſt enim terreſtre domicilium animæ il-
mque remoratur, quo minus concepta mentis per-
ciat. Et quemadmodum equus calcitroſus ſeſſori *Simile ab equo calcitroſo.*
inus obſequitur, illumque excuſiſſe laborat: ita
rpus animæ ad præclara inſtiganti obluctatur ac
oiam inijcit, ſemperq; ob inſitam naturæ prauita-
m mancipiū hoc reſtactarium exiſtit ductori ſuo,
inusque obſequioſum. Quod Chriſtus Apoſtolis
ormitantib⁹ ac ſomniculoſis inculcat, cum inquit:
piritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.
aro ſiquidem ad ſpiritus monita ac vellicationes
bſurdeſcit, minusque expedite iuſſa eius exequitur.
t enim qui aliquo iter inſtituit, alacriter quo illi *Simile ab onuſto baiulo.*
eſtinatum eſt properat, ſed plus ſatis ſuffarcinatus
tque oneribus clitellisq; depreſſus, cunctātius pro-
reditur, ac contra animi votum ſerius iter abſoluit,
netamque aſſequitur: ſic anima ſarcina corporis de-
rauata, ſumma mole ſua ad metam contendit, at-
que ægre iter inceptum peragit. Quamobrem non

eſt quod quiſquam exiſtimet corpus omnino oti
ſum, ſed naturales corporis facultates & potenti
quique illi inhærent humores, vel vſui eſſe, vel det
mento animi actionibus, mutuamque præſtare op
ram. Fruſtra enim ac præter meritum corpus cum
nima vel gaudii, vel cruciatus æterni foret particep
niſi in multis ſe præberet ſociam ac miniſtrum. S

Simile à vapide dolio.

ſane corpus animæ vas ac domicilium, ſit receptac
lum, ſit officina, ſitque organum aut inſtrumentum
vel denique hoſpitiũ, ex eo tamen aliquid labis co
trahit: vt vinum generoſum ex lagena obducta ſit
olidoq; ac mucido dolio ſaporem vitioſum. Quod
quicquid eſt hominis, omnesque eius functiones an
mæ attribuendæ: neceſſe eſt in illam affectus cader
ac paſſionibus obnoxiam, nullaq; in parte aut ſalte
mitius culpandum corpus. Auguſtinus certe non eſ

Anima affectibus obnoxia.

omnino animam ab affectibus immunẽ, huiuſmo
argumentis conuincere tentat. Omne quod mœror
mœtu, triſtitia, indignatione, vindictæ cupiditate a
ficitur, paſſibile eſt: Anima cum voluntatis, votiq
compos non ſit, ſuoque deſiderio fruſtratur, dolo
afficitur: Ergo paſſiua eſſe conuincitur: qui mihi a
gute ratiocinari videtur. Si enim anima alligata co
pori, doloris omniſq; affectionis foret expers, nulle
apud inferos ſentiret cruciatus, nulla tormẽta. Quo

Luc. 16.

aliter ſe habere commonſtrant Euangelicæ conci
nis ſeries de diuite epulone qui cum flammis crucia
retur, æſtuantem linguam refrigerari cupit ſibiqu
aliquod doloris lenimen adhiberi. Quæ figurate
parabolicos intelligenda, ne quis ſubſtantias incor
poreas membrorũ vti miniſterio exiſtimet. Scriptur
ſiquidem ad captũ humanæ mentis ſe accommoda
aſcitisq; appoſitis verbis, ac petita ex natura rerum
ſimilitudine Dei erga probos fauorem ac munificen

Tropi Scripturæ de Dei membris.

tiam declarat: aduerſus improbos vero vltionẽ ac ſce
lerum vindictam. Simili loquẽdi tropo ſacri codice

De

o indignationem, iram, zelum, gemitus, suspiria, ...em denique, vultũ, oculos, manus, brachia attri- ...unt, quod non alia ratione assequi possit humana ...becillitas immensam supremi numinis vim, ac po- ...tiam, nisi populari more ea nobis inculcaret. Cũ ...que constet Scripturæ testimonio animas solutas ...poribus, ac damnationi destinatas, tormentis affi- ...qui fieri possit vt corpori alligatæ, atque humanis ...ibus impeditæ non eadem perpetiantur? Equidẽ ...hi persuadeo animas, vtpote cœlitus delapsas non ...ingui, nec sentire interitum: sed tamen diuexari, ...carnificinam perpeti, mentisque stimulos ac con- ...entię morsus persentiscere. Quod ipsum post Esai- ...indicat Christus, cum inquit: Vermis eorum non ...ritur, & ignis non exstinguitur. Vt enim caries, vt- ...e teredines ac vermiculi lignum, quamlibet du- ...m erodunt, vt denique ignis in obuia quæque vim ...im exserit: sic animam consciæ mentis stimuli cõ- ...diunt, internæque furiæ illam vrunt, pungunt, ac ...aniant. Cum animus auaritia feruet, vindictæ cu- ...iditate accẽditur, ira inflammatur, inuidia tabescit, ...ore vritur, mœrore contrahitur: nemo est, opinor, ...i non quiduis paratus sit & facere & pati, quam ...em in intimis præcordiis subire carnificinam, tan- ...que in abditissimo animi recessu perferre lanie- ...m. Multo enim sæuior longeque atrocior est ani- ...e, quam corporis cruciatus ac tortura. Quod inter- ...gationis schemate quo animo actiores ingereret a- ...leos, sic expressit Persius:

An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Aut magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureas subter ceruices terruit; Imus,
Imus præcipites, quam si sibi dicat & intus
Palleat. infelix quod proxima nesciat vxor.

...ia itaque ratione affligitur, aliter sentit, tactuque ...icitur animo, quam corpus dum vapulat, dum

Deo quaratione membra attribuuntur.

Cap. 66.
Marc. 9.
Simile à carioso ligno.

Animi cruciatus, quam corporis sæuior.

flagris ſcuticiſq; ſubigitur, dum vulnus accipit, d
membra luxantur, dum illi faces ac tormenta adm
uentur. Siquidē anima rationalis, vtpote ſpiritus i
corporeus, latētes experitur vexationes ac tortur
anxietatem, formidinem, zelotypiam, inuidentia
odium, indignationem, mentiſque inquietudinem
conſcientiæ remorſum. Quos affectus, vel, vt veri
dicam perturbationes ſi diutius animo inhærere c
tingat, illaſque nec ratione diſcuti, nec diuino præ
dio ſuperari, non ſolū mentem, ſed corpus quoq; ſ
uiſſime diſcruciant. Itaque alterum alterius legib
tenetur, ſibiq; mutuo ſunt obſtricti. Hoc tamen pr
rogatiuæ, idque honoris ac dignitatis anima obtin
vt multa per ſe, corpus vero nihil abſq; eius vi & ag

Anima multa agit abſq; corporis adminiculo.

ratione efficere poſſit. Dupliciter itaq; anima ſuas f
cultates perficit: quaſdā per organa, nonnullas ab
his, nulloq; corporis adminiculo. Sic quæ intellect
ac ratione, mentiſque iudicio peraguntur, ſolius an
mæ munera ſunt. Operationes autē manuales abſqu
corporis miniſterio exequi nequit. Siquidem arch
tecturam, cæmentariam, picturā, plaſticen, pigmen
tariam, arteſq; alias in vſum hominum excogitata
animo quidē menteque homo concipit, ſed manibu
ea perficit, atq; inſtrumenta corpori attributa iis ac

Anima quando corporis miniſterio indiget.

commodat. Cæterū cum anima contemplationi re
rum inſiſtit, cum præterita memoria repetit, cum
futura meditatur, iiſque præſentia connectit, dum
ratiocinatur, dum occulta inueſtigat, atque abdit
quæq; perquirit ac rimatur, cum in ecſtaſi cōſtituta

2. Cor. 12.

ſubductaq; in ſublime vt Paulus, arcanorum fit par
ticeps, genuina inſitaque à Deo vi vtitur, nulloque
corporis eget adiumento, niſi ea in actum proferre
velit. Tunc enim corpus animæ aſſiſtit, vt indiuiduu
comes & collega, cuius opera ac ſubſidio ſuas fun
ctiones exſequitur. Quod ſi diuturnior ſit vel cri
or, vel intentior in rem quampiam agitatio, fit vt cor

pus

vtpote animæ viribus destitutum elanguescat
e emoriatur. Quod obseruare licet in iis qui in-
festiuis lucubrationibus sunt dediti, aut libris
inenter affixi, quibus corpus sensim gracilescit
e extenuatur, spiritusque vitales imminuuntur.

Mentis intentio corpus attenuat.

cunque ergo animum nullum sentire affectum,
isque rebus permoueri censent, sed illæsa mẽte,
asque concipiente plagas anima, obiecti tantum,
niq. vitiati ratione affici, non admodum veritati
sentanea mihi dicere videntur. Quid enim sibi
angor ille Seruatoris, atque æstuatio; qui con-
a supplicii quod subeundum erat atrocitate, im-
sique beneficij ingratitudine atq; obliuione hu-
na quadam imbecillitate in hanc vocẽ moribun-
erupit: Tristis est anima mea vsque ad mortem:
aque veluti patri blandiens deprecatur. Et quan-
m nondũ illi insultaret, aut manus inferret inso-
tia militaris, tota tamen mente & cogitatione in
minens periculum defluxus, tanto horrore ac tre-
atione concussus est, vt affectus sanguineum su-
em expresserit, toto corpore confertim atq. effu-
promanantem sic vt vtriq. parti acerbitas illa do-
s sit communicata, atque ex animo in corpus re-
ndare ceperit. Nec est, quod quis opinetur in hu-
modi tædio ac pauore animam vitalem ac vege-
tem, tum spiritus naturales tantum affici, imo
s hominis potior discrimini obiicitur, in eamque
a vis mali decumbit quæ tamen originis suæ me-
r, vires colligit, ac cœlesti fulta præsidio, intrepi-
infractoq. animo aduersus pericula subsistens, di-
itus solamen accipit. Huiusmodi affectib. etiam
iæ virginis mens multipliciter agitata est. Illius
uidem cum spiritus tum anima, alias lætitia alias
lore perfusa est: illud denunciato per Angelũ con-
tu, partuque mirifico, pastorum concursu, ac Ma-
gũ adoratione: istud, vt à Simeone fatidicatum erat,

Christi pauor omnius argumentum.

Matth. 26.

Christus in corpore & animo cruciatus fuit.

Maria doloribus concussa.

erecto in crucem filio;experta est. Possem equide magnam connectere seriem eorū,qui in maximis c lamitatibus constituti, acerbissimum animi vuln conceperint: exempla suppeditant tot vatum exam na, inter quos Helias, Heliseus, Dauid, Hieremi Moses, Esaias, Ionas, Zacharias, & præter martyru aliquot myriades, indefessus ille fidei nostræ asse tor & propugnator Paulus suo agnothetæ seu rem neratori strennā operā præstiterunt, qui præter co poris incōmoda, summasq. angustias ac detrimen animam circumferebant acerrimis doloribus exu ceratam. Quisq. autem secum ipse expendat, quan obsederit illorum animos angustia, qs menti inh serit mœror, quæ trepidatio: cum pulsi patria, des tuti affinium ac cognatorum solatio ludibriis, cont meliis, flagris expoliti, afflicti, pressi, conculcati, pr scripti, per loca auia atque hominibus inaccessa, h stium sæuitiam euitare sunt coacti, suæq. saluti atqu incolumitati consulere. Quod si anima, q̄ homin à belluis secernit, omnis affectionis sit expers, nulli que vel solatiis capitur, vel doloribus afficitur: qui sibi volunt plorabundæ hæ voces? Quare tristis es a nima mea,& quare conturbas me? Defecit in saluta ri tuo anima mea: Renuit consolari anima mea. Ru sus dum refocillatur, ac Dei fauorē percipit. Introit anima mea in requiem tuam: etenim Dominus be nefecit tibi: Benedic anima mea Domino, & omni quæ intra me sunt nomini sancto eius. Adhæsit ani ma mea post te, me suscepit dextera tua. Quib. etiam si innumerata congeras, non designari tantum puto naturales animæ facultates & potentias breui inter ituras: sed illam, quæ rationis, quæque diuinitatis est particeps, à cuius vi oēs actiones corporis procedunt omnesq; functiones perficiuntur. Cui parti insita est ab opifice συντήρησις, h. e. conseruandæ exsequen dæque legis naturæ amor & notitia, virtutum vitio-
sumque

Vates calamitatib. expositi.

Anima licet incorporea doloribus agitatur.

Rom. 1.
Synteresis quid.

nq. discrimen. Quæ vis, teste Paulo, hoc efficit et- n in animis eorum, qui à Deo sunt alieni, vt naturæ ctu à malis resiliant, ac virtutem amplectantur. Si- idem illa animi pars, in qua elucet imago Dei, ac profert naturæ integritas, detestatur damnatq. ne- iter facta, ac se cupit præstare inculpatam ac im- obis moribus, omnique scelere immunem, quan- am hæc naturæ vis nonnihil labefactata est & con- ssa, sic vt quę mens concepit, voluntas non sincere, n promte, non alacriter exsequatur. Huic affinis nscientia, quæ mentem hominis latenter à Deo tigatam arguit atq; accusat, incussoque terrore ac lerum recordatione ante actam vitam detestatur, nceptoq; emandatioris vitæ proposito, malorum nitentia ducitur. Ita vltrix illa conscientia homi- aurem vellicat, ac maleficia iam pridem patrata ulis obiicit, quibus facile conuinci posse video a- nam affectibus esse expositam, ac perturbationi- s subinde inquietari. Siquidem dulcia percipit & ara, ipsaq; dilatat sese, ac gestis rebus prosperis, ntrahitur aduersis. Nec tantum homines sed men- quoq; angelicæ suos quodammodo affectus ob- ent, indolescunt enim malis hominum, seseque ciant, cum hi à probitate ac virtute desciscunt, antur vero atque exhilarescunt, cum improbi se frugem conferunt. Econtra mali Genii homini- infesti sunt, illosque mendaciis onerant contu- liis impetunt, insectantur, odioque parricidali sequuntur. Quæ cum in aërias incorporeasq; sub- ntias cadunt, qui fieri possit, vt non eadem homi- m animæ percipiant?

Natura instinctus.

Conscientia quid in mente efficiat.

Esai. 35.

Mali Genii hominibus infesti.

nimas hominum non omni ex parte esse æquales, nec pari onditione, ac dignitate, sed aliam alia præstantiorem.

CAP. XIII.

QVanquam paulo ante nonnulla à me sunt cõme- morata, quæ huic argumento congruunt, quæq;,

hoc paradoxon stabilire possint: operæ pretium ta
facturus videor, si singulari capite hoc thema ill
strare pergam. Plerique in ea hærent sententia, vt
nimas hominum eiusdem esse conditionis, eadem
dignitate ac præstantia existimēt, nec inter sapien
stolidique aut improbi animam quicquam interess
vllamque statuendum discrimen, sed organi tantu
ratione impediri actiones, ac facultates animæ viti
se perfici. Ego vero nullo contentionis, aut contr
dicendi studio aliter se rem habere mihi persuade
Quanquam enim non ignorem ob morbi sæuitien
ob capiti inflictum vulnus, ob casum denique & co
cussionem affecto cerebro mentem obstupescere,
mniumq; rerum induci obliuionem: non consequ
tur tamen omnibus animam esse parem, aut omn
quod ad iudicandi vim, ad ratiocinandi iudicandi
peritiam attinet æqualem esse sortitos. Neque eni
cuiusque anima q̃libet accurate fuerit exculta, qua
tumuis strenuam operā adhiberi contingat, artiun
disciplinarum, omnisque doctrinæ atque erudition
ęque est capax, pariq; docilitate ac solertia. Cū pler
que inepti sint, minusq; appositi ad perdiscendas a
tes atq; inuita Minerua, repugnanteq; natura plera
que aggrediantur. Vt autem faces & funalia alia ali
magis splendescūt, lucisq; plus exhibent, vtq; e ign
ta quæque alia aliis sunt magis vrentia: sic animæ cu
iusque splēdor dissimili ratione elucescit, variaque
proferunt mentium discrimina. Et quemadmodu
mentes Angelicæ ordine, dignitate, officiis, ministe
riis inter se differunt ꝙ Seraphin, Cherubin, Thron
Potestates, Virtutes, Archangeli, totaque Geniorum
hierarchia demonstrat: ita in animis hominum dis
crimen statui posse video. In eo autem omnes con
ueniunt, quod corpus mortale & caducum sunt con
sequuti: quod formam humanam nacti, licet non
nulli ferino sint aspectu belluisque affines: quod o
mnibu

Inter animas discrimen.

Simile ab ignitis facibus.

Inter Angelos discrimen.

ibus inditus procreationis ardor: quod iisdem na-
ræ legibus tenentur: quod similis illos rationis vis
citat: quod animæ essentia, formaque substantiæ à
o sit creata: quod immortalitati destinantur, o-
nesque vno spiritu imbuuntur. Sed quoniam non
que valenter se in omnes exserit vis diuinitatis, nec
nnes eius muneris sunt æque capaces, tantique be-
ficii plerique se præbent indignos, fit vt alia vi atq;
ectu suas actiones proferant animæ, nec sint in præ-
nti rerum statu, cōditione, dignitate, ordine pares,
c in altera etiam vita futuri æquales, pariq; gloria
ustrandi. Sic enim Propheta Daniel eius rei nobis
dem facit: Quotquot in puluere dormiunt, euigila-
unt, alii in vitam sempiternam, alii in opprobrium,
dedecus, in pœnam, alii in condemnationem. Qui
tem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firma-
enti; & qui ad iustitiam erudierint multos, quasi
ellæ in perpetuas æternitates. Quod discrimen in-
r substātias incorporeas Paulum etiam obseruasse
mperio desumta ex sideribus similitudine. Vt e-
m sidera alia aliis sunt illustriora, variaque se exhi-
ent corporum discrimina: sic magna in animis ho-
inum differētia, vtque in resurrectione altera alte-
us anima futura est magis gloriosa. Constituit au-
m Deus (vt Gregor. Nyssenus testatur) secundum a-
malium species, diuersas animarum differētias, ac
ique corpori conuenientem assignauit. Sic brutis
nimantibus non rationalem intelligentiam, sed na-
uralem industriam inseuit, qua insidias, damna, pe-
cula, omniaque vitæ incommoda declinent. Itaque
ota species animantium vna inclinatione mouetur.
epus enim omnis pauidus & meticulosus, Canis
uisque sagax atque insectandis feris industrius, Vul-
es omnes subdolæ sunt, astutæ, insidiosæ; Lupus
uiuis ferus, ac prædæ auidus; Simia quælibet hu-
anas gesticulationes exprimit. Quod ipsum in

Animarum disparitas.

Cap. 12.

2. de Anima.

Bruta non ratione, sed ductu naturæ feruntur.

homine non consequitur. Siquidem infinitæ sunt hu-
manarum actionum rationes ac modi, nec omni ho-
mini vna operatio, vnaq; intẽtio, vt animantib', quo-
rum actiones à sola natura cientur, q̃ in omnibus pa-
ratione decurrit. At rationalis actus, qui proprie hu-
manæ mentis est, singulis diuersus, ac pro animæ con-
ditione alius alii. Vnde emergit tanta in hominum a-
1.Cor.12. nimis opinionum varietas. Vt itaque ex Pauli senten-
tia vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad id, ꝙ expe-
dit, ac variæ hominibus sunt delegatæ functiones a[c]
Ephes.4. munia, quæ Deus pro suo arbitrio cuique distribuit,
diuidens suum spiritum cuique vt vult: ita sua cuiq;
propria ac peculiaris anima, q̃ ab vno opifice profe-
cta est, sed non pari dignitate prædita, non eadem in-
telligentia ac rerum cognitione imbuta, sic tamen v[t]
virtutum vitiorumq; sit capax, atque insita vi optima
quæque amplecti posset, ac vitare noxia, licet inuali-
de ea perficiat, vbi diuino præsidio sit destituta. Qua-
propter non absurda mihi videtur illa Aristotelis cõ-
Mens tabula rasa. paratio, qua mentẽ hominis assimilẽ facit tabulæ ra-
sæ nullisq; expolitæ picturis, sed q̃ accommoda est, a-
ptaq; vt quiduis in ea adumbrari possit, ac delineari,
aut vitiorum monstra aut virtutum simulacra. Quo
2.Tim.2. spectat illud D. Pauli: Vt in opulenta magnificaq. do-
Simile ab am-pluadibus. mo non solum vasa aurea & argentea sunt, verum &
lignea & testacea, quorum illa honesto vsui destinan-
tur; ista sordido, parumque honesto: Sic Deus in hoc
mundi theatrum varias corporum ac animorum dif-
ferentias produxit, variisque personis illas induit, ac
diuersis instruxit ornamentis, non tamen sine spe ex-
cellentioris muneris assequendi. Neque n. cuiquam
ademtus est conatus, aut industria, qua eniti posset
ad præstãtissima, & cõsectari optima: imo ad illa huic
adminiculatur remunerator, ac cunctantem impel-
Nemo culpam in Deo transferat. lit. Sic qui sua culpa sordescit ac vitiorum cœno ob-
ductus est, expolire se potest, absterisq. sordibus ef-
fici

vas honorificum,atq; vsibus præclaris accommo-
m. Assignauit siquidem Deus Opt.Max.cuique pe-
liarem corporis habitum, suæq; naturæ congruen-
n animam, quæ tamen multis modis immutari
t apta. Desciscit enim nonnunquam homo,ac de-
nerat ab integritate, suique præstantia, seu cor-
s seu animam spectes, atque originis suæ oblitus,
dibus, lutoq; vitiorum inuoluitur: nonnunquam
o latenter à Deo instigatus ex malis, quibus erat
inctus, eluctatur, atq. ad virtutem, ad ꝓbitatem,
honesta quæq; nititur. Cuius rei documenta su-
re licet in filio prodigo ac decoctore, & Saule. O- *Luc.15.*
ibus itaq; sua mens suaq. anima obtigit, sed quæ
ino munere, cuiusq. afflatu multiplices dotes,va-
que charismata concipit: licet non æque valenter
nium mentes spiritus diuinus impleat. Accipiunt
idem omnes de vberrimo eius fonte, sed alius alio
uentius. Quod talentorũ distributio nobis incul *Quid talenti*
, qua in obeunda negociatione salutis nostræ di- *& minæ distri-*
entiã & industriam nostram, licet inualidã, acuit *butio designet.*
q. exstimulat, & Dei dotes amplificãdas augendas- *Matth.25.*
e præcipit. Vni n. quinque,alteri duo,tertio vnum
rtitus est, cuiq. pro ingenii sui captu, vtque operis
ius Chorago expedire, atq; è re vsuque esse visum
, expensi acceptiq. rationem suo tempore exactu-
. Sic Paulus Timotheum cõmonefacit omnibusq. *2.Cap.1.*
is nomine aurem vellicat, vt functionem suã curæ
beant, vt donum spiritus, tanquam ignem sopitũ *Simile à sopito*
mq; euanescentem exsuscitent, vt excusso veterno *igne.*
legatum munus sedulo exsequi studeant. Hoc e-
m à suis exigit Deus, vt quisq. suam Spartam exor-
t,vt minam concreditam adaugeat, & cum fœno-
refundat. Et quoniam non pariter otiosos esse
s, nec intermittere industriam, sed continentes
cubias agere, atq; indefesso labore insistere nun-
nationi, Negotiamini(inquit) donec veniã. Quod *Luc.19.*

Negotiatio Euangelica. cum organum electionis Paulus sedulo inculcare
liis, id ipse omnibus modis præstare studuit, sic v
legatione sibi commissa ceteris magis feruidus f
rit, atque in Apostolici muneris functione obeu
Simile à natura rerum. alacrior, viuidiorque. Vt itaque in gemmis, anima
tibus, herbis, sideribus discrimen est, ac flos alius a
odoratior, ac gemma alia rutilantior: ita in anin
hominum euenit, quæ peculiari quadam vi ac fac
tate instructæ, varias operationes, diuersosque ef
Simile ab astris & semine. fectus proferunt. Quemadmodum enim (vt Paulus a
1. Cor. 15. suo cuique semini vis insita, atque alia caro pec
dum, alia hominum aliaque species ac decor corp
ribus cœlestibus alia terrenis: alius Solis fulgor, ali
Lunæ, alius alterius sideris splendor: ita corpus h
minum aliud alio præstantius, habituque magis g
neroso: ipsaque anima cum in hac statione vitæque
huius decursu, tum in resurrectione pro sua sorte
meritis (quæ quisque ad Deum referre debet, nul
philautia suique fiducia) dignitate & conditione
potior, gloriaque superior. Magna siquidem cum
præsenti seculo tum in futuro inter probos impr
bosque disparitas ac dissimilitudo multumq; diue
Psalm. 1. sa conditio. Impii enim in medio iustorum non su
sistent: sed vt quisquiliæ aliaque venti ludibria, dis
pabuntur. Itaque Paulus ex natura rerum multa oc
Simile à rebus odoratis. lis nostris obiicit, quorum intuitu atque obseruatio
ne arcana diuinitatis nobis innotescunt. Sic in nego
2. Cor. 2. cio Christi ab odore ac fragrantia rerum corporali
similitudinem desumit. Vt enim effluxus atque ex
spiratio stirpium effectu se prodit, ipsumque cor ve
reficit, vel offendit: sic anima, ex qua emanat salubri
halitus, aut insalubris, Christum vel suauiter afficit
vel penitus offendit,

Æneid. 6. *Igneus est equidem vigor, & cœlestis origo*
Omni animæ.

Simile ab vrentibus rebus. Sed vt ignis alius alio calidior, ac pro nutrimento, sub-
iecto-

ꝑque fomite vrentior: ex oleo ſiquidẽ, ſulphure, mine naphtha (quam Petroleum vocant) inflam- ſcit ardentius, ita anima pro ſua facultate ac viri- proque acceptis dotibus vim ſuam in corpus ex- t, eſtque in proferendis actionibus vel agilior, vel iſſior; ſic tamen vt corporis habitus ac conſtitu- quam κρᾶσιν Græci vocant, eiuſque organa ani- ſubſeruiant. Par eſt ratio in malis geniis, quorum s alio nocentior, hominique magis infeſtus. Sic Euangelio Beelzebub princeps dæmoniorum ominatur, tanquam in malis inferendis præpo- s ac magnarum virium. Sic Euangelicæ narratio- ſeries malos Genios nocendi ſtudio ac malignita- diſcernit. Is enim, qui minus virium obtinebat ad turbandam conuellendamque hominis mentem ciſcit ſibi ſeptem deteriores ſe, ac collatis viribus illam occupauit, vt ſublata ſit omnis emendatio- vitæ ſpes, omniſq; ademtus ad ſaniorem mentem itus. Quod ſi fas ſit corporea conferre incorpo- : Vt ſtannum, plumbum, argentum, aurum, æs, cu- um, orichalcum, omniſq; generis metalla ſuas ſor- concipiunt, ſuamq; ſcoriam atq; æruginem con- liunt; vtq; agri inculti, ſqualore ac ſitu obducun- , iisque zizania, ac infelix lolium innaſcuntur: ita mæ ſubſtantia ſua vitia contrahit, ipſaque exculta endore virtutum niteſcit; neglecta vero vitiorum igine denſeſcit atque obſcuratur. Nec eſt quod iſquam opifici ſuo obloquatur, aut cum illo ex- ſtulet, vt ignauus ille, qui acceptum talentum de- lerat, cum ad omnes odor Seruatoris dimanet, im- eſſaque ſint cuiq; diuinitatis veſtigia, ſic vt genti- s etiam à Deo alienis indita ſit inſcriptaque naturę , cuius inſtinctu mens illorum Dei notitiam con- it, ipſaque conſcientia atteſtatur, ac ratio dictat, æ ſectari, quæ vitare conueniat, quantumq; inho- ſti honeſtique ſit diſcrimen. Quiſque itaque effi-

Geniorum malorum diſcrimen.
Matth. 12.
Simile à metallis.
Eſaia 1.
Simile ab incultis agris.
Deo ſe quiſque ſubmittat.
Rom. 2.

Naturæ lex cuique impressa. cere curet, ne in vanum incassumque hoc munus accepisse videatur, nec Deo, cuius arbitrio omnia decurrunt, obmurmuret, quod minus præstantem animam sit consecutus: sed quam obtinuit foueat, illique vt agro sterili ac ieiuno culturam adhibeat, sparsoque verbi Dei lætamine sementi præparet. Ipse infirmis conatibus, promptæque voluntati non est defuturus. Nihil autem animæ salubrius, magisque frugiferum, quam continenter sacrarum literarum meditationi insistere. Hæc siquidem vitiis medetur, hæc morbos expugnat, hæc animi mœrorem diluit, mentique offusam caliginem discutit. Nullum est remedium sanandis restaurandisq. exulceratis mentibus efficacius, magisque præsentaneum, nullus morsus tam virulentus, nullũ vulnus tam lethale, quod hoc medicamine non sanescat atque obducatur.

Simile à cultura agrorum.

Hortatio ad amplectendam doctrinam cœlestem.

Hor. lib. 1. Epist.

Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, meri vinosus amator?
Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo culturæ patentem accommodet aurem.

Verbi Dei fructus & vtilitas. Hæc commoda præstat Philosophia, non humana quidem, vt Horatius existimabat, sed cœlestis & diuina, quæ naturam luxatam ac collapsam integritati pristinæ restituit, quæ fiduciam erga Deum in nobis excitat, illique nos conciliat, quæ animi tranquillitatem adfert, mentemque firmam ac stabilem: qua nihil homini in hoc turbulento vitæ salo optabilius. Quo spectat illud Pauli, quo nullus in hac palæstra exercitatior: Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ hominem iustum efficit, vt integer sit homo diuinus ad omnia officia pietatis accommodus.

2. Tim. 3.

De

De animæ immortalitate, atq; indubitata certaq́; corporis humani resurrectione: tum qua ratione ac modo id perfici contingat. Denique quanta ex tanto munere mentis erectio in Deum, quantaq́; morituro fiducia consequenda salutis.

CAP. XIV.

NIhil homini calamitoso, morbisque ac malis innumeris exposito in huius æui decursu plus adfert commodi, depulsoque mortis metu plus præbet solatii ac fiduciæ, quam vt subinde contempletur alterius vitæ beatitudinem ac felicitatē; eiusq; rei potiundæ spem certā atq; indubitatam concipiat. Quæ consistit in animæ immortalitate, ac corporis resurrectione totius fidei nostræ basi solida atq; inconcussa. Inanis siquidem foret labor omnis noster, atque irritus conatus: omnisque vitæ nostræ ratio, cultus, institutum, religio euanida, atq; imposturæ affinis: si tanto, tamque salutari bono frustrari nos, atque ab alterius vitæ exspectatione decidere contingat. Quo mirari subit quorundam stupiditatem, qui non aliter spirare homines, quam bruta existiment, quique animas penitus exstingui, nec à morte quidquam hominis superesse contendunt: Qui cum in naturæ operibus prorsus cœcutiant atque hallucinentur, Deique potentiam vel non agnoscant, vel ex rebus conditis non obseruent, fit vt mens illorum assequi aut rationem inire nequeat, qui effici possit, vt anima sit æterna, ac nunquam interitura, ipsumque corpus rediuiuum sit futurum, suæque integritati aliquando restituendum. Cum autem Deus hominem immortalem esse, ac perpetuo illum subsistere voluit, ad imaginem & similitudinem sui illum condidit. Quod si homo Dei imaginem refert, eiusque similitudinem exprimit: necesse est, eandem cum origine sua naturam consequi atque æternitatis fore consortē. Huius muneris dignitatem ac præstantiam nō sunt sortitæ reliquæ animantes: cum nulla in

Meditatio alterius vitæ quid efficiat.

In quo consistat hominis securitas.

Alia hominis alia animantium conditio.

Genes. 1.

Homo Dei imaginem refert.

his ſe proferant diuinitatis veſtigia; nulla mens vige-
Animantes mente deſtituta.
at, deſit ratio, memoria, intellectus, iudicium, artes,
diſciplinæ, rerumque peritia deſideretur, quæ homi-
nibus Dei munere affatim ſunt attributa. Quapro-
pter piaculum eſt id ſtatuere mortale eſſe ac caducũ,
quod a Dei ſubſtantia prodiit, quodque à diuina mẽ-
te homini eſt inſpiratum. Vt igitur Deus æternus, o-
Anima hominis diuinitatis particeps.
mnisque interitus expers: ita anima quoque huma-
na tanquam diuinæ eſſentiæ particeps æterna, atque
ab omni corruptione immunis. Cæterum cum Deus
hominis gratia omnia condidit, ſolus homo Dei cauſ-
ſa, atque illi conformis eſt creatus, eoque effectum
eſt, vt Deus à mundi exordiis mirifice erga illum affi-
ci cœperit, illoque ſe oblectare, atque eius familiari-
tate & conſuetudine perfrui exoptauerit, adeo vt hu-
ius cauſa humanitati vniri ſuſtinuerit, atque immor-
talis mortali agglutinari: quo diuina naturæ humanæ
Deus homine vnice afficitur.
coaleſcat atque vniatur, humana diuinę. Cuius rei fi-
dem ſuo hoc teſtimonio adſtruit Dei Patris ſapientia
Prouerb. 8.
Chriſtus, qui hanc nobis ſalutem peperit: Dominus
Dei amor & propenſio erga hominem.
poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequã quic-
quam faceret; ab initio atque ab æterno extiti; quan-
do præparabat cœlos, aderam: quando certa lege &
gyro vallabat abyſſos, quando æthera firmabat ſur-
ſum, & terram deorſum, cum eo eram cuncta compo-
nens, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo
omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ
meæ eſſe cum filiis hominum. Quæ φιλανθρωπία,
Tim. 3.
hoc eſt, vt Paulus ait, amor ac propenſio erga homi-
nes, hoc efficit, vt omnia nobis per Chriſtum ſint
communicata, vt par ſit cum illo noſtra conditio, ſi-
milis ſors, æqualis hereditas: eoque fit vt quidquid
in CHRISTO expreſſum eſt, in homine quoque ſit
Hebr. 3.
exprimendum. Ipſe æternus eſt, ac perenniter ſub-
ſiſtit: id illius beneficio conſequitur homo: Ipſe pri-
mus reſurrexit deuicta morte, auctor, princeps, ac
pri-

primitiæ tanti triumphi: illius virtute cæteri omnes sunt suscitandi. Quamobrem nemo sibi tam sit iniquus, aut in tanti muneris auctorem ingratus, vt nominis huius honorem sibi vel inuideat, vel ab se reijciat. Quis enim tam stupidus, qui se ab interitu vindicare non cupiat, ac perenniter subsistere exoptet potius, quam perpetua morte sopiri, sublataque omni emergendi spe, in sempiternam mortem deuolui? Scio equidem nonnullis plausibilem videri hanc de animæ immortalitate persuasionem: ac corpus in eandem sortem recipi, pariq. futurum conditione, aut aliquando reuicturum prorsus abnuunt. Verum hi naturam hominis, totiusque conficiendi ædificii rationem non penitus excutiunt, nec in illum defigunt oculos, qui homini lucis huius auctor extitit, & cuius virtute vitæ auspicia est consequutus. Siquidem cum anima & corpus indiuulse inter se connexa hominem constituant, necesse est, vt totus homo, hoc est, & anima immortalitate potiatur, & corpus per resurrectionis mysterium eiusdem muneris sit futurum particeps. Neque enim admittet ratio formationis hominis, vt alterum sine altero suo fine, cui destinatum est, potiatur: vtque dimidiatus homo, aut altera modo pars beatitudinem consequatur: necesse est igitur, conditique operis ratio exposcit, vt corpus aliquando reuiuiscat, ac postliminio coniunctum animæ pari sit futurum cum illa conditione, eiusdemque muneris consors. Cum enim Deus formando homini esset intentus: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quibus verbis non alteram modo partem designauit, sed totum hominem, qui ex corpore & anima conflatus est. Hæc enim duo vnita & conglutinata hominem conficiunt: quæ cum sint discreta ac diuulsa hominem dissolui contingit ac nominis huius honore destitui. Quapropter mihi ratio exige-

Nemo non immortalitatem vel affectat vel meditatur.

Multi animæ immortalitatē statuunt, pauci resurrectionem.

Validum argumentum resurrectionis.

re videtur, vt vtraq; pars eundē finem consequatur, s. vel beatitudinem, si vita innocēter sit transacta: vel damnationem, si nequiter: nec profecto foret rationi consentaneum, vt ab illa fœlicitatis spe corpus excideret, cū huius æui molestias æque perferat. Siquidē animæ causa nonnunquā flagris scuticisq. subigitur, plagas accipit ac cruciatus, dolores cōcipit, periclitatur, vitæque discrimen subit: sic vt illas animæ potentias sentientē ac vegetantē, quæ brutis ēt communis, pertundi contingat ac dilaniari. In sententiis n. dictis, persuasionibus, opinionib. iudiciis nonnunq̄ suo incōmodo animæ acquiescit atq. obsequitur, seque in omnibus sociū præbet & ministrū. Itaq; non immerito iniuria affici corpus videretur nisi eodem beneficio vtatur. Est quidē corpus animæ instrumentum, quo actiones suas pficit, ac functiones suas exsequitur: sed alia ratione, corpore animato ac sensili vtitur anima, quam opifex, aut architectus serra, malleo, securi: cum singula membra aptissime officiis suis sint distincta, multisq. vsibus possint accommodari. Hoc autem discrimen inter corpus & animam statui posse video, quod inter Solem & Lunam. Ista enim licet lumen à Sole mutuetur, non tamen omnino propria vi destituta est, fertur enim peculiari motu suumque circulum absoluit: lumen autem à Sole concipit, vt speculum, vtque lebetes ac pelues perpolitæ ex opposita face splendorem, nullum vero lumen exhibet, nisi à Sole illustrata, sed tamen otiosa censeri nequit: cum menstruum cursum perficiat, suaque cœli spatia nullo Solis adminiculo metiatur. Sic anima corpori quidem vires suppeditat, at illi non desunt insitæ facultates & potentiæ naturales, quatuor humorū qualitates, quibus efficitur omnium functionum capax, atque ad quiduis exsequendum appositum. Et quemadmodum Sol sua patitur deliquia; Lunæque interuentu occultatur. Similiter & Luna terræ obiectu

Corpus animi causa periclitari.

Corpus quomodo animi instrumentum.

Elegans comparatio à Sole & Luna desumta.

Simile à perpolito speculo.

biectu *eclipsin*, defectumque percipit. Ille cum per neam eclipticam decurrit in eodem gradu: ista in ppositis: ita corpus & anima sua percipiunt detrimenta ac deliquia, & pars altera alteri nonnunquam el prodest vel officit. Cum itaq. tantus sit in his cōnsus, tam fida societas, illaq; tantisper, dum in hac itæ statione excubias agunt mutuas operas tradūt; ar est, vt corpus per resurrectionem innouatū eiusem muneris sit particeps, atq. in eundē municipaum admittatur. Qua autem ratione id perfici conngat, si quis, vt Thomas ac Nicodemus ob ingenii irditatem assequi nequit, ne Deo vel suam potenam detrahat, vel illi diffidat; sed oculos mentemq. n tanti opificis opera dirigat, abunde multa est perpecturus, quæ illi non deesse vires declarabunt, non olum instaurandi hominis, verum & quiduis eorū, uæ animo destinauit, perficiendi. Collustremus cœum, hoc sideribus vndiq. exornatum, illiq. subiacenem terræ globum, ex qua pullulant tot speciosi, frarantesq; flosculi, tot stirpes salubres, cum esui, tum nedendis corporib. accommodæ, tot in maris gurite piscium genera, tot in aëre ac terra alites, tot peora partim ad vescendum, partim ad cultus agrorū olumq. hominem tanti operis ac muneris dominaorem ac præfectum. Quæ initio Dei verbo ex nihia, nullaq. subiecta materia creata, stabiliter perseerant ac subsistunt, suasq. vicissitudines, ortus, proressus, incrementa obtinent. Cum itaq. tam sit imnensa conditoris vis & potentia: quis illi vires deesse dictitabit erigendi, restaurandiq. collapsa, qui adniranda quæq. ex nihilo construxit? Quod si corpus ominis nullo negotio ex nihilo creauit opifex: uanto illi facilius erit mortuū restituere, atq. in viam reuocare? non quidem ex nihilo, sed ex materia gnata ac familiari, quæ vel in cineres reuoluta est, l alio quouis modo in auras euanuit. Vt autem ar-

Eclipsis solis & lunæ animæ & corpori comparata.

Consensus corporis & animæ.

Natura rerum resurrectionem adstruit.

Conditoris maiestas & amplitudo.

Simile ab opere fusili.

tifex opus fusile confractum atq; imminutum e-
dem materia restaurat, formamque inducit præ-
tiorem: ita Deus corpus in terram resolutũ suo t-
pore reuocabit in vitam, eadem quidem, qua-
specie, sed omni labe, omnique terrena concreti-
sublata. Hoc itaque honoris deferamus immens-
pifici Deo, eamque potentiam illi afferamus, vt qu-
uis eorum quælibet, efficere illum posse confi-
mur, nec quisquam ex sua imbecillitate aut ig-
rantia illud æstimet aut metiatur: cum minutissi-
à nobis comprehendi nequeant, prorsusque inge-
nostri captum excedant. Quod si hæc mundi spec-
cula totiusq; naturæ ordo ac series nõ sit satis effic-
ad excitandas hominũ mentes, nec vllæ rationes sa-
firmæ ac solidæ ad declarandã Dei vim ac potentia-
saltem in se quisq. descendat, ac mentis suę dignita-
ac præstantiã sedulo excutiat, ꝓfecto intelliget atq-
experietur, quanta sit humani animi mentisq. exce-
lentia, quanta deniq; illius vis & potentia, q homi-
hoc munus indulsit. Mihi vero humana mens non-
mnino gemmis videtur absimilis, quæ præter id q-
spectu grata sint, atq; oculis blandiantur, tum inte-
nas vires, effectusque efficaces obtinent, ac latente-
quas attritu & cõfricatione proferunt: vt Succinum
Gagates, Magnes agitata ac concalefacta festuca-
floccos, quisquilias, ferrum violenter ad se rapiun-
Sic animæ vis exuscitata ac concussa vim suam exse-
rit, vtq. ignis sopitus ac cineribus obductus emicat
sensimque scintillare incipit. Et quanquam diuin-
virtus passim se profert, atque in tanto naturæ arti-
ficio omnium se oculis exhibet, adeo vt humanus a-
nimus expleri ac satiari nequeat: in nulla tamen re
DEI vis atque amplitudo magis elucet, aut expres-
sius se declarat, quam in animo menteque hominis,
quæ ab archetypo diuinitatis est depromta. Qua-
propter non est, quod quisquam eam opinionẽ con-
cipiat,

Deus omnipotens in eo quod vult.

4. Esdr. 4.

Mentis cum gemmis comparatio.

Simile à gemmarum efficacia.

ipiat, vt id existimet aliquando interiturum, quod b essentia diuinitatis dimanauit, tantisque dotibus st excultum. Quo mihi non absurde ratiocinari vietur Plato: Quidquid non constat ex elementis, est mmortale, atq; interitus expers: Anima non constat x elementis, nec ex materiæ concretione conflatur, ed diuinitus originem est sortita: Igitur non est oboxia corruptioni. Nec sane tanta inesset hominum nimis vis, & acumen ingenii, præstantia doctrinæ, nuentionis subtilitas, cognitio rerum, Dei vel amor el notitia: nisi anima à terreno concretu aliena, diuinitatis esset particeps, atque æternitati destinata. Quæ persuasio priscorum etiam animos occupauit: quibus insitum erat, teste Cicerone, esse à morte sensum, neque excessu vitæ sic deleri hominem, vt unditus interiret. Idque tum multis aliis, tum cerimoniis sepulcrorum intelligi licet: Quas nec tanta ura coluissent, nec tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum animis, mortem non delere omnia, sed quandam esse migrationem, commutationemque vitæ melioris. Nec sane quisquam potest esse tam rudis, tam ferinis moribus, qui in cœlum attollens oculos, tametsi nesciat cuius Dei prouidentia regitur hoc omne quod spectamus, aliquod amen esse numen intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, ordine, vtilitate, constantia, quod fulcit ac moderatur omnia. Cum itaque Deus Optimus Maximus, qui nihil temere aut fortuito est molitus, tantarum rerum vni homini principatum attribuit, absurdum videri posset, vt is ad nihilum sit redigendus, totusq; spectet ad interitum. Longe profecto melius consuluit generi humano naturæ parens, quam vt id gigneret atque educaret, quod cum perpessurus esset extremos labores, tum incideret in mortis sempiternum malum, portum potius commonstrauit, ac fidam tutamq; stationem, in qua post

Mens humana diuinitatis exemplar.

In Thad.

Tusc. I.

Ethnici immortalitatem admittunt.

Cicer. de Diuin.

Homini rerum principatus attributus.

exactos huius æui labores liceat conquiescere. I
Coloss.3. Paulus omnia studia, curasq. nostras sursum spe
Hebr.2. re vult, erectaq; mente in supernam ciuitatem
lestia meditari. Quod si huius tantum seculi fin
vita nostra terminatur, nec vltra producitur, n
homine calamitosius, nihil abiectius, prorsusq;
qua opulentorum atque inopum conditio. Cum
delitiis adfluant, rerumq. omnium copia perfr
tur: isti malis omnibus expositi nullam habituri
post hanc vitam spem, nullum solatium. Quam
1.Cor.15. rem optime ratiocinatur Paulus: *Si in hac tant*
Solidæ Pauli rationes in asserenda immortalitate. vita spem fixã in Christum habemus, nihil Chris
næ professionis hominibus miserius, multoq. po
illorum conditio qui à Christo alieni suauiter
uiunt, seseq; molliter curant, quam Christianoru
qui vana spe ludificari malis se diuexari patiunt
omniumq. ludibrium esse sustinent, ac reiectame
tum. Quod si quidquid est hominis perit, totaq. s
Animi carnificina mentem vellicat. morte finitur, quid sibi vult anxius ille mentis e
ciatus, atq. animi carnificina? quid scelerum vlt
conscientia? quid ingruente tempestate aliqua p
uor & trepitatio? rursus quid securitas, animiq
tranquillitas, & constantia? Nonne illa pœnam su
metuentis post hanc vitã: ista præmia spectantis,
malorum lenimen, vitæq. ex Dei præscripto exac
non sine certa spe, remunerationem? Quæ res effeci
vt Paulus exhortatus Timotheum suæ disciplinæ a
sectatorem ad pergendam muneris Apostolici fu
ctionem, ad quã erat adsciscẽdus, desumto ab ath
tis ac pugilibus exemplo, confidenter pronuntiari
1.Tim.4. Certamẽ bonum certaui, cursum consummaui, fid
seruaui: quod superest, reposita est mihi corona iu
stitiæ, quã reddet Dominus iustus iudex, non solum
aũt mihi, sed quotquot illi fidunt, illiusq. promissio
nibus nituntur. Quamobrem nõ est quod quisquam
ab hac spe decidat, mentemque sinat à tanta felici

tati

nis exſpectatione dimoueri. Huius enim rei verita-
m ſua cuiq; mens dictat, intellectus percipit, ratio
nfirmat, natura rerum loquitur: adde quod omni-
s inſita ſit immortalitatis honeſta ambitio, & qui-
iſque memoriam ſui quam maxime longam eſſi-
re cupiat, eamq; apud poſteros durare perenniter, *De cognit. vera vita.*
nulla vetuſtate aboleri. Quæ vna ratio validiſſi-
a Auguſtino ac Ciceroni creditur, qua conuinci *Tuſc. lib. I.*
ſſit, animam eſſe immortalem, nec vnquam inter-
ıram. Hæc ſiquidem perſuaſio magnos addit ſti-
ulos magnaq; incitamenta ac virtutem, ac ꝓpoſi-
præmiis ad præclariſſima quæq; mentem exſtim u-
t. Et quanquam hæc & pleraq; alia non exigant ra-
onũ ſuffragia, nec diuina (vt Paulus ait) conſiſtant I. Cor. 2.
perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, non tamen
pprobandus illorum conatus atque induſtria, qui
brias rationes adferunt; quo illorum animis er-
r eximi poſſet, qui contemptis ſcripturæ teſtimo- *Quatenus eruenda Deitatis arcana.*
is ægre ferunt animę immortalitatẽ, ac reſurrectio-
s fidem hominibus inculcari. In ceteris vero non
nſultum arbitror diuina curioſius perſcrutari: ac
cri codices frenũ iniiciunt humanæ temeritati quæ
uere tentat acceſſu adituq; difficilia, atq; vnde non
cile reſilire ac referre pedem licet. Cuius rei docu-
entũ Iob, Eſdras, ac præcipue Paulus exhibuit qui
o erat progreſſus, vt exclamare ſit coactus: O alti- *Rom. II.*
ıdo diuitiarum ſapientiæ & cognitionis Dei, quã in
rutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ
us? Quis enim cognouit mentem Domini? aut quis
li fuit a conſiliis? Quoniam ex illo, & per illum, &
ı illo omnia. Ceterum ne quis ſe diuelli patiatur, ab
oc ſolido fundamento, in quo tota ſpes hominis
ecumbit, totiuſq. ſalutis cardo vertitur, Paulus acri- *I. Cor. 15.*
er vrget ac inculcat reſurrectionem, quæ & animæ
mmortalitatẽ complectitur, eiuſq. rei fidem, certi-
udinem, rationem, modumq. exprimit, ex natura

Quomodo homines resuscitandi. rerum desumta similitudine. Natura enim om rerum artifex inimitabilis, & cuius vim nemo cte exprimere, aut ementiri potest, multa parit at effingit, quæ Dei potentiam in omnibus effica demonstrant, atq; in elaborandis fingendisque re simulacris, virtutem declarant. Quod si admira *Simile à pictura.* artificem ob insignem aliquam concinneque d ctam tabulam, aut rem quandã affabre elaborat vt Gaditanus fecit perfecta Liuii historia: qua magis illum suspicere ac venerari par est, qui tam penda rerum miracula oculis mentique homin obiicit, quorum nec numerus iniri potest, nec rat Nam vt ex minutissimus naturæ rebus corporis mani innouatio comprobetur: Quis non obseru ex cicada iam vetula atq; exolescente proiecto e uio prosilire recens atq; agile, argutumq; insecti nus? ex segni ac moribunda eruca papilionem pic *Simile ex naturæ rerum.* ratum ac volitantẽ? ex formicis alatam muscã? Q bombyx vermiculus, qui serica texit, nonne sig renascentis vitæ commonstrat, dum mortua reui *Phœnix resurrectionis typus.* scit? Phœnix Lactantii carmine celebrata an ne re uiua resurrectionis specimen nobis exhibet? Quid *Cicero de Senect.* psa veris amœnitas grataque recurrentis anni vici tudo? nonne resurrectionem repræsentãt, mentes nostras in spem immortalitatis erigunt? Quem ve terræ vis ac natura non oblectet? quæ cum grem mollito ac subacto semen sparsum acceperit, pr mum inoccatum cohibet, deinde tepefactum vap re & complexu suo elicit herbescentem viriditaten quæ fibris nixa stirpium sensim adolescit, culmoqu erecto geniculato, vaginis iam quasi pubescẽs inclu ditur, è quibus cum emerserit, frugẽ fundit spicæ or *Stirpes renascentes resurrectionem commonstrant.* dine instructam, & contra auium minorum morsun munitur vallo aristarum. Omitto vim ipsam omniũ quæ ex terra pullulant: Siquidem ex fici tantulo gra no, ex acino vinacco aut ceterarum stirpium minu

tissimis

nis ſeminibus tantos truncos, ramoſq. ac fron-
n pompam ꝓcreari perſpicimus: malleoli, plan-
armenta, radices, ꝓpagines, inſitiones, nonne ea
iunt, vt non abſurda videri poſſit corporis huma-
nouatio? Hanc tam admirandā naturæ vim poſt 1. Theſſ. 7.
eronem Chryſoſtomus exaggerat in immenſum, Homil. 7.
erram omnium parentem ſummis præconiis ef-
. Omnium enim rerum vita ex terræ vligine ex-
; herbæ, arbores, floſculi, multiformes & varii *Terra poſt Deū rerum parens.*
maque arte elaborati, non ſine eximia odoris
itate ex ſoli vbertate ortus atq. incrementa ſu-
unt. Aër craſſus in aquam denſeſcit, quæ cœlitus
pſa terram irrigat, eadem rurſus Solis calore ex-
iata rareſcit, atq. in aërem commutatur: multa-
eius generis varias mutationes ſuſtinent, quæ
ninus admirationis adferunt quam reſurrectio.
bi cauſa, vitis ex terræ humiditate non ſolū pam- *Natura artificium.*
os & capreolos guſtu peracerbos, ſed ſalubrem
m ſuccum, vuaſq. ſapidas producit. Palma ſcabra
or & cortioſa dactylos profert dulces, vinoſos,
ulentos. Iam vero ſemen vnde homo concipi- *Ex hominis ſtructura exemplum.*
, quomodo in aures, in manus, in brachia, in cor,
monem, neruos, arterias, carnē, oſſa, cartilagines,
mbranas figuretur, quis poſſit ratione conſequi;
n multa ſunt in corpore humano qualitatum, hu-
rum, potentiarum, virtutum, factionum diſcri-
na, ex vnico ſemine conſtituta. An ne tibi inex-
cabile videtur, quomodo humidum & molle in os
rum ac frigidum ſolideſcit, quomodo in ſangui-
n rubicundum ac florulentum cibi alterentur? in
nas, arterias, neruos, muſculos, ligamenta, tendi-
s alimenta cōmutentur ac ſolideſcant? Cum itaq;
n multa quotidie natura moliatur, quorum mens
mana rationem aſſequi nequeat: quis neg[illegible]
[illegible]are poſſe totius vniuerſitatis opifice[illegible] in reſu-
[illegible]ndis erigend[illegible]ſque corporibus. [illegible] natura Dei *Natura Dei ministra.*

miniſtra quotidie facit in fouendo eliciendoqu
trefacto ſemine. Vident id madefact[um] repul
ſcere, atq; in ſpecioſam ſtirpem denſamq. fron
emergere, & non credunt hominē humo cond
reuicturum, ſuoq; nitori aliquando reſtituen
Exemplare-ſurrectionis ex Cypriano. Itaq; Cyprianus, cui ſymbolum adſcriptum eſt,
exemplo ex natura ſeminum reſurrectionis fi
illuſtrat: Si quis, inquit diuerſa ſemina in vnum c
miſceat, atque hæc indiſcreta ſeminet, vel paſſi
terram ſpargat, nonne cuiuſque ſeminis ſatio c
petenti tempore ſecundum naturæ ſuæ ſpeciem
men producit, & culmum ſuæ formæ, ſuiq. corp
reparat? Ita quoq; carnis ſubſtantia quamuis v
ac diuerſe ſparſa ſit, cum Deo viſum erit, reduc
in vitā, illa ſpecie quā mors abſtulerat. atq; ita f
vnicuiq; animæ non confuſum, non adſcititium
extraneum corpus, ſed ſuum quod habuerat, ſi
ſtituendum, vt conſequenter poſſit pro præſenti
tæ certamine cum anima ſua caro pudica coron
vel impudica puniri. Quapropter non videtur n
Paulus magis appoſita propinquaq. imagine re
Simile à ſparſo ſemine. rectionis typum potuiſſe figurare, quam ſparſi ſe
nis ſubactiq. ſcrobis ſimilitudine. Quod eſt n. in
tura ſemen humo condere, hoc eſt in reſurrecti
cadauer ſepelire: quod illic enaſci atq. in viuā ſti
emergere, id homini reuiuiſcere. Committitur te
corpus putredini obnoxium: at idem reuiuiſcet ſi
lata omni naturæ imbellicitate: defoditur in terra
variis affectibus, calamitatibus, morbiſq; expoſitu
reſurget alacre, viuidum, erectum, purumq. ac pu
Exemplum ab exhauſto corpore. atq. ab omni labe defecatum. Exemplo res erit lu
dior: Ægroto qui graui morbo cōflictatur, color d
floreſcit efficiturq. luridus, muſtelinus, ſqualidu
giluus, cadauerosus, totūque corpus adeo gracileſc
atq. extenuatur, vt exhauſto vitali ſucco agnoſci n
queat. At is adhibitis medicamentis, ac ſalubri vict
ratior

ione reuiuiſcit, fitque pinguis ac nitidus, cuteque
n ſuauiter curata, vt Mangonio excultus atque ex-
litus videri poſſit. Sic in reſurrectione idē corpus
erget, ſed illuſtrius, & in quo nulla apparebunt
acretæ labis aut corruptelæ veteris veſtigia. Hoc
emplar in Chriſto primum incoatum eſt, qui nulla
efficacius diuinitatem ſuam declarauit, quam re-
rectionis triumpho. Id ipſum in omnibus eius vir-
e eſt exprimendum. Qui, vt Paulus ait, transfor- *Philipp. 2.*
bit corpus noſtrum humile, ac conforme reddet
pori ſuo glorioſo ſecundū efficaciam, qua poteſt
am ſibi ſubiicere omnia. Quamobrem non vult
s diſcrutiari metu mortis Apoſtolus, nec impotē- *1. Theſſ. 4.*
s luctu ac lamentis confici. Quandoquidem qui
Chriſto obdormiſcunt, Dei verbo ſunt reſuſcitan-
ſempiterno æuo cum illo fruituri: quod ita futu-
prædixit Seruator: Veniet hora qua omnes qui in *Ioan. 5.*
onumentis ſunt, audient vocem eius, ac ꝓdibunt;
i bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui vero
ala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.
uibus verbis ſolatium adfert deiectis afflictiſque *Diffidentia &*
entibus, ne malis ſuccumbant: impiis vero ac de- *fiducia quid ef-*
oratis hominibus terrorem incutit ac trepidatio- *ficiant.*
em, vt qui nullum prorſus ſibi ſcelerum finem ſta-
erent, niſi poſt hanc vitam perſoluerentur pietatis
q. impietatis præmia. Vnde Iob in extrema calami- *Cap. 14. 21.*
te conſtitutus & cui ad ſummam miſeriā nihil eſ-
t reliqui hac certa ſpe ſe ipſe ſolatur: Scio quod re-
emtor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſur-
ecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Seruato-
em meum, quem conſpecturus ſum ego ipſe, & non
lius, repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo, hoc eſt nemo
xcutiet mihi hanc fiduciam & certitudinem. Cum
aque tota ſpes ac fiducia conſequendæ ſalutis o- *Reſurrectio la-*
aneque in extremis ſolatium in reſurrectionis fide *bantes fulcit.*
onſiſtat, hanc præcipue opponamus inſultib. ac ter-

ricula mentis, quibus mentes noſtras ſubruere t
tant,ac labefactare Dæmones,in eoq; ſpem fixam
beamus, q tantæ libertatis nobis auctor atq; aſſer
exſtitit. In maximam autem ſpem ac ſalutis fiduci
erexit hominũ mentes diu expectata Seruatoris n
tiuitas, multum contulit eius inter homines conu
ſatio, morum integritas, doctrina, mors deniq; ip
us,quam noſtra cauſa ſubiit,atq; ab interitu nos vi
dicauit: verum hoc effecit reſurrectionis veritas,
parto de morte triumpho ac victoria,nemo de ꝓm
ſa ſalute poſſit ambigere ſed firmam ſpem concipe
audeat,in ſe quoq; omnia perficienda, quæ in capi
ſunt expreſſa exhibitaque.Itaque tota fides noſtra i
lius reſurrectione nititur, per quam Chriſtus mor
expugnauit,eiuſq; aculeum, hoc eſt,peccatum,qu
à Deo nos auerſos reddidit atque alienos, confec
Proinde cũ tantam felicitatem per mortem Seruat
ris ac reſurrectionem ſimus conſequuti,non ſinam
nos à recta ſemita dimoueri,ſed demus operã,vt ta
torum honorum fructum percipiamus,atq; in illu
continenter defigamus oculos,q ſingulari ſuo fauor
ac miſericordia,per Chriſtum excitatum à morte,re
genuit nos in ſpem viuam, vitæque nunquam interi
turæ reſtituit, atque hereditatem immortalem con
ſignauit, condonans nobis omnia delicta, obliterat
expunctoque quod aduerſus nos erat, chirographo.
Huius beneficii memoria animo noſtro aſſidue ob-
uerſari debet, potiſſime quando poſtremus confli-
ctus nobis adeundus eſt, in quo deteſtatis omnibus
anteactæ vitæ flagitiis, opponamus Satanæ, morti,
peccato, inferno, immenſam Dei Patris miſericor-
diam per fiduciam in Chriſtum, per quem nobis cer-
to obuia parataque eſt ſalus omniumque peccato-
rum remiſſio ac reconciliatio in ſanguine illius. Per
hunc acceſſum aditumque habemus ad Patrem. Ipſe
eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Sic enim dilexit
Deus

Natiuitas Chriſti quid efficit.

Reſurrectio quid homini contulit.

1. Pet. 1.

Coloſ. 2.

Reſurrectio ſemper in animum reuocanda.

Ioan. 3.

us mundum, vt filium suum vnigenitum impēde-
nobis redimēdis, vt omnis qui credit in eum, qui-
e illi fidit, ac promissioni illius innititur non per-
sed vitam æternam assequatur: Quæ fiducia exsu- *Fiducia in*
at, erigitque mentes nostras, vt pferant veros fru- *Christum men-*
s per opera caritatis, qua summo amore prosequi- *tes erigit.*
r Deum, & propter hunc proximū. Quod autem *Matth. 25.*
tat fides, exsequitur caritas. Fides enim non otio-
ignit caritatem caritas vicissim alit fidem. Sic in
uarum lampadibus exstinguitur lumen fidei, oleo
itatis deficiente. Hæc itaque fides, fiduciaque pro- *Fides caritate*
issæ misericordiæ, quæ cordi nostro infusa est per *stipata.*
ritum sanctum, excitanda fouendaq; in nobis, vt
r Christi Mediatoris meritum clamemus, Abba,
ter. Spiritus enim adoptionis atq; arrhabo heredi-
is nostræ in redemtionem acquisitæ possessionis e- *Galat. 4.*
it nos ac consolatur, mentique trepidationem, ac
nscientiæ terrorem eximit, efficitq; vt fauorem, vt
esentiā, vt misericordiam Dei agnoscamus, & con-
quamur redemtionem ac reconciliationem bene-
io Iesu Christi, quem proposuit Deus propitiato- *In Deum per*
n per fidem in sanguine illius. Itaq; iustificati fide, *Christum diri-*
cem consequimur, ac pacatam conscientiam, men- *gendi oculi.*
nque tranquillam ac securam, sic vt discussa omni
fidētia ac desperatione, conceptaq; certa resurre-
onis atque immortalitatis spe, ne quidquam hæsi-
ntes de parta salute, alacriter hinc emigremus in
strā sedem ac supernā patriā, perenni gaudio cum
ertatis nostræ assertore fruituri. Quæ ne mentibus
stris aliquando excidant, tantique beneficii ac pi-
oris exolescat recordatio, aut obrepat obliuio,
œnam Dominicam ac sacram Synaxin instituit: qua *Synaxis.*
binde recolimus ac refricamus omnium actorum
emoriam, vt crebra meditatione noui fœderis eri-
tur atq; inardescat mens nostra in illius reueren-
am, sumtoque corpore & sanguine ipsius, illo vnia-

mur, ac certam ſpem atq; fiduciam concipiamu[...]
ritatis ac miſericordiæ immenſæ, qua non dubita[...]
vitam ſuã nobis redimendis impendere. Quod ip[...]
monumentum cum aſſidue, tum maxime ſub fin[...]
vitæ, morteq. iam imminente adhibere, menteq[...]
animo concipere conuenit, vt tranquillitas in ani[...]
noſtris, ſummaque in illum fiducia mentibus noſ[...]
inhæreſcat, ac continenter illi gratias agamus [...]
inæſtimabili effuſi ſanguinis munere, quo omn[...]
peccati labem nobis exemit, excuſſoq. mortis terr[...]
Eucharistia. re ac ſublata ſæuiſſimi hoſtis tyrannide in libertate[...]
captiuos aſſeruit. Hoc itaque myſtico pane ac ſacr[...]
ſancto ſymbolo certi reddimur Chriſto nos eſſe in[...]
tos, illiq. vnitos atque arctiſſimo dilectionis vincu[...]
Hebr.8. connexos. Quo efficitur vt certiſſima ſpe tamqua[...]
ſcipione fulti ea nos aſſecuturos confidamus, qu[...]
concepit ac perſuaſit afflatu ſpiritus fides, ex qua t[...]
quam radice, caritatis rami pullulant qui vberrim[...]
Iacob.2. operum fructus proferunt. Illi enim viuacem eſſe f[...]
dem teſtantur, nec vlla ſui parte mutilam aut claud[...]
Habendus delectus operum. cantem. Bonis ſiquidem Deoq; acceptis operibus fi[...]
des ſolida nunquam deſtituta eſt, ſed ornata, vt ſpe[...]
cioſa arbor fronde ac fructibus. Cum itaque virtute[...]
iſtæ heroicæ, ac diuinitus inſpiratæ, quæ ita inter ſ[...]
cohærent ac conſentiunt vt ſe diuelli non patiantur[...]
ad ſalutem ſint neceſſariæ, in iis ſedulo exercend[...]
mens eſt: quo poſt exactas huius æui moleſtias, poſ[...]
approbatam atq; exſertam fidei noſtræ profeſſionẽ[...]
Iuſtificatio impii ex Dei iuſtitia. quam Deus à nobis exigit, in eaque nos exercet, eas
opes, illam hereditatem, illa præmia conſequamur,
Ezech.18. quæ Deus iis conſignauit, qui in vitæ huius certami-
Hebr.4. ne delegato munere probe ſunt defuncti: in quo ſi
erratum eſt, nihil ſaluti magis proximum, quam ere-
cta in Deum mente, immenſæ illius miſericordiæ, ſe
totum committere. Freti itaque illius clementia, ac
ſpe miſericordiæ, quã nulli reſipiſcenti denegat, fulti

acceda-

edamus cum ficucia ad thronum gratiæ ipsius, vt
nsequamur misericordiam in tempore opportu-
. Atque illud Prophetæ continenter, atque ex inti-
o cordis affectu exorabilis placabilisq; iudicis au-
us insonemus. Non intres in iudicium cum seruo *Psal.148.*
o Domine, quoniam non iustificabitur in conspe- *Psal.119.*
u tuo omnis viuens: Si iniquitates obseruaueris *Diffidentia ex-*
omine, quis sustinebit? Verum apud te propitiatio *cutienda ani-*
, & copiosa apud te redemtio. *mis.*

n prodigiosis monstrosisque partubus atque abortiuis anima rationalis indita, sintq; resurrectionis futuri participes, obiter, qua ex caussa excitentur monstra.

CAP. XV.

QVicunque formam humanã obtinent, sumtoque
à primo parente nascendi ordine, ratione ac mo-
o ab vtroque sexu sunt prosеminati; licet monstrosa
nt specie deformique habitu, animæ rationalis mu-
ere potiuntur, decursoq; æui huius curriculo futuri
unt resurrectionis participes. Qui vero nihil homi-
is præ se ferunt, atque ex alterius animantis com-
nistione sunt conflati, suasq; actiones aliter, quam
omines exercent, nec immortales sunt futuri, nec
nnouati corporis honore illustrandi. Sic Fauni, Sa-
yri, Lemures, Centauri, Striges, Tritones, Sirenes,
Harpyiæ, & si qua alia fabulosa vetustas commenta
st, nec animam rationalem obtinent, nec resurre-
tionis beneficio potientur. Sunt quidem inter tot *Deformitas non*
ominum myriades plerique enormi corpore, adspe- *priuat quen-*
tu tetro atq; horrido, rostro suillo, rictu indecenti: *quam hominis*
ed hi omnes tametsi naturali hominis forma defle- *nomine.*
erint, in hominum tamen numerum referuntur.
Loquuntur enim, ratiocinantur, iudicant, remini-
cũtur, aliaq; animæ munia obeunt, ac suas actiones
umano more peragunt, licet ab hominis dignitate
ac præstantia, insitaq; naturæ vi nonnihil degenerẽt,

Vnde monstrosa species.

Contrahitur autem multifariam monstrosus corporis habitus. Siquidem pauor, metus, consternatio, fluxus siderum, excrementi seminalis vel defectus vel redundantia, imaginationes gestantium, variaque simulacra, quæ animo menteq; concipiũtur, corpus deformant, atq; alienas species, figurasque absurdas sexui imprimunt. Nonnunquam totius naturæ ordo inuertitur, cũ vel semina vitiata sunt, vel instrumenta inepta, sic vt naturales facultates, propagandæ fingendæque sobolis suum opificiũ exactè elaborare nequeant.

Simile ab artificis industria.

Vt enim artifex quamlibet industrius opus feliciter incoatum perficere nequit, vbi vel materia improba est, vel instrumenta retusa. Sic natura destituta facultatum suarum viribus, vel materiam nacta inidoneam, omnia vitiose agit, suoq; fine frustratur. Non desunt qui data opera nonnullas corporis partes aliter, quam natura instituit, informant.

De aëre & locis.

Sic in Asia, Hippocrate teste, Μακροκέφαλοι erant: quorum capita in oblongam formam figurabant nutrices: id enim visum est illis insigne ac generosæ indolis argumentum, vt Persis nasus aquilinus. Quo tandem effectum est, vt etiamsi cessaret, atque intermitteretur premendi capitis consuetudo: natura tamen dũ formationi fœtus insisteret, cũ inueterata inolitaq; consuetudine conspiraret, & quæ quisq; artificiose adhibitaq. industria moliretur: ipsa natura sponte exprimeret. Alimenta quoq; ipsaq; ambientis aëris qualitas nonnullarum partium deformitatem pariunt.

Regiones corporis & animi conditiones immutant.

Sic qui frigida humidaque loca occupant, sunt capiones, ventricosi, obeso corpore, labris tumidis, buccis protuberantibus. Pleræq; regiones pigmæos producunt, arimaspos, nanos, pumiliones, coactæque breuitatis homunculos. Aliç gutturosos strumisq. deformatos, simis naribus, varis repandisq; cruribus. Verũ licet in his multa desiderentur membraque vel distorta sint vel enormiter cõstituta: quia tamẽ ex hominib. sunt

progna-

ognati ac vis aliqua rationis in his viget, iisdemque turæ legibus ducuntur, animam rationalem iis in- se Orthodoxi statuunt ac resurrectionis fore con- rtes. Cuius vis hoc effectura est, vt deformia quæq; pectuq; horrida, dignam homine venustatem cõse- iantur, membraq; hiulca, distorta, luxata, incurua, utila, in suã integritatẽ sint restauranda. Et quamq̃ nonnullis rationis vigor minus elucet propter or- ni ineptitudinem, vt in pueris, seniculis, ebriis, de- antibus, quibus vel impedita est animæ vis vel op- essa: singulis tamẽ anima rationalis infusa est: quæ- ue imminuta sunt, resurrectionis munere continget npleri. Imperfecti vero partus atq; abortiui, omnes- ue effluxus, quib⁹ aut nulla est, aut perexigua mem- orum delineatio, quod animæ rationalis munere nt destituti, hominis nomen non promerentur: eo- ue nec resuscitandi. Medici autẽ inter abortum ef- uxumque discrimen statuunt. Effluxus siquidem , cum semina primum aliquot dies conglobata ob eri læuorem ac lubricitatẽ præmature effluunt ac elabuntur, sic vt informe quiddam profluat, ac ru- mentũ futuri fœtus, operisq; incoati adumbratio, uod ipsum deperit atque excutitur: vt semina, fœ- usque arbutei in frugiperda arbore. Abortus vero embra exacte plerumque conformata demonstrat, ui vbi duos & quadraginta dies impleuerit, animæ tionalis, vitæq. munere potitur. Quo fit, vt si erum- it, obortaque subita aliqua consternatione excutia- ur, in vitam aliquando sit reuocãdus. Licet n. multa illo desiderentur, iustaque magnitudo denegetur, mnia tamen in resurrectione sunt implenda, quæ mpore erant accessura. Et quemadmodum pueri ulta habent potestate, quæ progressu temporis, ac- essuque ætatis se proferunt: vt sunt dentes, vngues, pilli, iustaque moles ac statura corporis, quę facul- te seminis sensim augescunt ac perficiuntur: sic in

Resurrectio corpora indecora restituet.

Abortus & effluxus discrimen.

Simile à puerorum incremento.

resurrectione omnia corporis detrimēta, omnesq; partes inabsolutæ perficiētur. Quisquis igitur ex humano semine, non ex fœda aliqua putrique vligine, aut vitiosi humoris concursu & confluuio prognatus est, tametsi monstroso sit corpore, ac deformi specie, à morte postliminio in vitam reuocandus est, sublato omni vitio, membrisq; omnibus vigore resurrectionis in suam integritatem decenter redactis. Siquidem immensus ille rerum opifex:

Prudentius.

Qui reparat corpus, non reddet debile quidquam.
Nam si debilitas redit, instauratio non est.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
Quod truncauit edax senium populante veterno,
Omne reuertenti reparata in membra redibit.

Deo nihil impossibile.

Id enim illi admodum procliue erit, minimeq; operosum, qui ex nihilo omnia constituit. Plus est enim, Augustino teste, homines creare quam collapsos erigere, ac denuo in vitam reuocare. Plus est efficere, vt existat, quod nunquam fuit, quam reparare quod aliquando extitit. Nec Deo perit terrena materies, cui facile est reuocare in pristinam naturam, quod in halitus, in auram, atque aëra euanuit, quodque vel absumsit macies, vel fames exhausit, vel morbi depopulati sunt, vel exustione in cineres sit reuolutū, vel in elementa, ac corporis alieni substantiā transierit.

Simile ab ære alieno.

Reddetur n. caro illi homini à quo decisa est tanquam mutuum atque æs alienum. Hanc tam efficacem vim experientur, qui hominis nomen promerentur, eoque monstra quæ ex hominibus proseminata sunt atque eandem cum hominibus naturam obtinent, huius diuini muneris futuri sunt consortes.

Humores atque alimenta corporis habitum mentisq; statum manifesto immutare, atque hinc affectuum origo ac conscientiæ stimuli emergunt: obiter quid melancholia efficiat, & qua quisque ratione illi mederi queat.

CAP. XVII.

Nem

NEmo est mortalium qui affectibus non ducatur, ... suaq; percipiat πάθήματα, seu perturbationes, ... lius alio est concitatior, atque ad concipiendos a... i motus propensior. Siquidem qui inculpato sunt ... poris habitu ac temperanter victus vitæque ra... nem instituunt, perturbationibus minus solent ... uietari. Sic Socrates ea animi tranquillitate ac ... nstantia fuisse memoratur, vt domi forisque sem... r eodem vultu, eadem mentis alacritate exstiterit, ... et morosam vxorē perpeti sit coactus: quod ipsum ... n alia ratione obtinuit, quam frugalitate, summa... e temperantia. Hinc Cicero omnium perturbatio... m fontem, intemperantiam cōstituit, quæ est à to... mente atque recta ratione defectio, adeo vt nullo ... odo appetitiones animi regi, aut in officio contine... queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat ... nnes enormes appetitiones, atque efficit, vt hæ re... æ rationi pareant, conseruatque moderata iudicia ... entis, sic huic inimica intemperantia omnem ani... i statum inflammat, conturbat, incitat. Quo fit, vt ... nnes corporis morbi, mentisque errores ex ea pul... lent. Vt enim, dum sanguis & pituita redundant, ... it vbi vtraque bilis adaucta est, ægrotationes, mor... que in corpore nascuntur, sic prauarum opinionū ... nturbatio, earumque inter se repugnantia animū ... nitate spoliat, ac corpus in mutuam perniciē per... ahit. Ita siquidem, excandescentia, obtrectatio, me... us, pauor, mœstitia, æmulatio, si quando venis me... ullisq; insederint, atq; intimos mentis recessus oc... parint, corpori quoq; infesta sunt, illique teterri... os morbos inferunt. Corporis itidem morbis ani... um p consensum, ac lege cōsortii afficiūt. Et quanq̃ ... biecta, multæque externæ caussæ motus turbulen... s in homine concitent, præcipua tamē caussa atque ... rigo in corde, necnon in humorib⁹ spiritibusq; cōsi... it, qui si moderati sint, nec aliena qualitate imbuti,

Nemo non affectibus vrgetur.

Socrates cur affectibus minus obnoxius.

Tuscul. 4.

Temperantia.

Affectuum in anima tyrannis.

Affectuum origo. minus feruescit animus, pauloque mens est sedat
Ita si sanguis sincerus sit ac defecatus, si æquabile
peramentum, corpusq; valetudine inoffensa, segn
irritari hominem contingit, minusq; vel ira, vel m
tu, vel vindictæ cupiditate diuexari, aut si aliquo
fectu concutiatur, vt nemo prorsus ἀπαθὴς atque
affectibus alienus, confestim adhibita in consiliu
ratione, mentisque iudicio, omnis animi feruor r
tescit, æstuq; sedatur. Cuius rei documentum sum
Dauidis & Periclis moderatio. licet ex Dauide ac Pericle, quibus cum improb' q
dam insultaret, ac conuicia ingereret, non odio ill
aut vindicta, sed humanitatis officio sunt prosecu
Concipit quidem cor ex his quæ foris obiiciunt
varios animi motus, sed plerumque nullis obiectis
mulacris in violentos affectus erumpit, ac subeun
animum latenti tacitaque cogitatione vel illatæ c
tumeliæ, vel accepti incommodi indignatione, me
ipsa feruescit, atque intra se tumultuatur. Magni i
que refert in affectuū differentiis, quale cuiusq; te
peramentum existat, quibus humoribus corpus
oppletum, quæ spirituum qui ex humoribus gen
rantur, qualitas. Siquidem qui calido sunt siccoque
Statura pusilla cur iracunda. corporis habitu, celerius incandescunt, præsertim
qui improcero pusilloque corpore existunt, quib
oblata etiam futili quauis, nulliusq; momenti occa
sione citissime bilis accenditur, quæ propter loci an
gustiam, minimumque organorū interuallum, men
tem confestim corripit, atque vt humiles casas, ac tu
guriola, inflammat accenditque. Eadem ratione hu
iusmodi constitutionis homines præ cæteris ingenio
Simile à fomitibus ignitis. mentisque iudicio pollent, quod spiritus coacti, mi
nusq; diffusi aut dissipati acrius vires suas exerant. V
autē nutrimenta ac fomites alia aliis promtius flam
mam concipiunt atque inardescunt, tum quædam
serius, quædam citius sopiuntur; ita in spiritibus atq
humoribus fieri assolet, quorum nonnulli diutur

nos,

s, tenacesque affectus pariunt: nonnulli euanidos *Biliosi hominis natura.*
pitoq; perituros. Quo fit, vt cholerici sint feruidi,
imoq. concitato. Atque vt stipulæ ac stramenta ci-
ime ignescunt: sic isti ob calidi humoris tenuita-
n, ac subitam inflammationem impotentius in-
ndescunt, sed iis confestim deferuescit ira, atq. ef-
iuntur placabiles. Melancholici vero tardius irri- *Melancholici natura.*
ntur, verum accensis serius senescit ira, prorsusque
it implacabiles, atque iniuriarum tenaces. Phleg-
atici autem vtpote frigidæ humentisq. naturæ, nul- *Pituitosi conditio.*
m propemodum sentiunt animi motũ, nec magno-
re vllis rebus permouentur. Quo fit, vt ignaui exsi-
ntatq. inertes, nec ad vllas res p̄claras appositi; sic
apte illis prouerbium possit accõmodari: Mentem
n habere, qui non habet irã. Sanguinei calidæ hu- *Prouerbium in ignauos.*
idæq. naturæ nulla re graui ac seria, nullis curis de-
mentur, sed toti in iocos, cantilenas, fabulas, vrba- *Sanguinei hominu natura.*
tates ac dicteria effusi nihil aliud q̃ voluptates ac
litias consectantur. Quæ hominum conditiones ac
scrimina pro humorũ qualitate ac mixtura, p̱ am-
entis aëris ac loci natura subinde mutantur, men-
sque hominum multifariam afficiunt, eoq; persua-
m habeo affectionum caussam humoribus etiam
signandam. Siquidẽ affecto corde excitari spiritus
ntingit, atq. humores ebullire, mentemq. hominis
lorum agitatione, tanquam funali faceq. subdita a-
ius inflammari. Vt enim principe ductoreque exer- *Simil à militia duce.*
tus irritato, milites præsidiarii, eiusq; stipatores cõ-
stim se in pedes erigunt, hostem inuasuri. Sic per-
rbatione aliqua, affectuq. animi ingruente vna cũ
orde commoueri humores, ac spiritus exsilire con-
ngit, atq. in ira, pudore, verecundia, immoderata
etitia foras erumpere. In metu vero, pauore, mœsti-
a, non sine graui valetudinis dispendio sese recon-
ere, atq. intro reuocari: adeo vt sanguis modo dese-
at destituatq. cor, modo sui affluentia illud strangu-

let opprimatq. Sic multi immodica lætitia de re
exſtincti ſunt: nonnulli ex inopinata conſternati
Qui puſillanimes ac meticuloſi. ſubitoq; pauore interierunt. Quod his potiſſim
euenit, qui affectibus ſuis moderari nequeũt, ne
ratione obſiſtere aut moderi: vt ſunt fere infirm
ris ſexus homines, mulierculæ, infantes, ſenic
ἀναχωρῆται, quiq; à primis annis ab hominum c
ſortio ſemoti, vitã ſolitariam ſunt amplexi, quo
lor languidus, ſpiritus animalis tenuis atque e
puſillanimos efficit trepidos, meticuloſos animi
deiectioris, quam vt ſe fortes præbere poſſint in
Multa corporis habitum immutare. luctandis propulſandiſq; aduerſis. Cæterum ætas
iuſq; cœli temperies, influxus ſiderum, educatio
tæq; inſtitutum, ac mos gentilitius maximum r
mentum in affectuum morũq; differentiis obtine
Si n. ſingulas rationes colluſtres, ſi omnium genti
naturã, ſtudia ac propenſiones excutias: cõperies
uerſa viuendi inſtituta, varia ingeniorum, affectio
morumq; diſcrimina. Magni itaq; refert, qua qui
ætate, qua educatione, quo ſidere cœloq. natus, q
li temperamento ac corporis conſtitutione exſiſt
quorum denique conuictu & conſuetudine vtat
quæ humorum tum copia, tum qualitas. Hæc en
Ex humoribus emergunt mores. magna ex parte animi mores conſtituunt. Sic quib
ſanguis craſſus eſt, feroces plerumque ſunt, impro
moribus, inhoſpitales, inhumani, & qui nullos ſe
tiunt vel admittunt conſcientiæ ſtimulos, nullo ta
guntur metu, nulla ducuntur religionis reuerent
Quot genus hominum inhumanum. nullo pietatis, nulloq; mouentur humanitatis af
ctu, cuius generis ſunt nautæ, aulœdi, aurigæ, baiu
vectores, & quotquot malitiæ ſunt aſſueti, qui c
ſanguinis craſſitiem, denſoſq. ac turbulẽtos ſpiritu
conſcientiam incraſſatam habent, mentemq. de
ſiſſimis vitiis obſcuratam. Quod ſi qua ſuboriatur ſ
nioris mentis ſcintilla, aut ſi quas habẽt virtutes, q
huic vitæ inſtituto ſe dediderunt, illas vel obruun

grauibus vitiis commaculant. Cum enim omnẽ
tem in pessima quæque consumserint, improbi-
vitæ iam ex consuetudine in naturam illis abiit.
Hannibali, auctore Liuio, inhumana crudelitas, *Lib.1.belli Punici.*
fidia plusquam Punica, nihil veri, nihil sancti, nul-
Diuum metus, nullum iusiurandum, nulla reli-
. Siquidem ex Lucani sententia *Lib.4.*

Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur.
Venalesq; manus. ibi fas, vbi maxima merces.

æ ingeniorum, morumque atque affectuum va-
tas commonstrare mihi videtur, motus atque ani-
cuiusque propensiones in multas esse causas re-
endas. Quanquam enim obiecta, ipsumque cor, ac *Quæ affectus exasperant.*
embrana nutritioni, gignendisque spiritibus desti-
ta organa sunt, atque affectuum conceptacula: hu-
ores tamen corpori infixi, calor immodicus, influ-
s siderum, alimentorum facultates, ambientis aë-
qualitas, vini immodicus vsus faces accendunt,
que in perturbanda mente, concitandisque omnis
neris affectibus præbent seminaria. Hinc elice,
id noxæ rationi mentique inferatur, vbi organa, v-
spiritus, vbi humores aliquid vitii, aut labis con-
axerint. Eo enim fit, vt homo à sui dignitate ac præ-
antia desciscat, atque in belluam degeneret. Quod
tes Regius deplorat: Homo cum in honore es- *Psal.4.*
t constitutus non id curæ habuit: reputatus est
m iumentis insipientibus, illisque factus est assi-
ilis. Exstinguitur enim ratio, mentisque lumen
bruitur vitiosis affectibus impeditum. Vt enim *Simile à fassibus.*
chni ac faculæ minus lucis exhibent, loculo infer-
lucernario imposito, parumque nitido: ita mens
ominis tenebris corporis offusa minus splendescit,
auloque segnius vires suas exserit. Est quidem hu-
anæ naturæ insitum, vt sanguinei exhilarescant:
elancholici mœrore contrahantur: desides sint
c veternosi phlegmatici: iracundi cholerici. Sed

Affectus quã-do mitiores. omnes hi affectus moderati sunt minusq. vitiosi, humores intra mediocritate consistunt, nulaqu lıena qualitate sunt vitiati. Quod si qualitas, cop iis augeatur, aut è temperie deflexerint, miris dis hominem affici contingit, atq. è recta ratione flecti. Et quanquam qualitates elementares, hu *Sidera & humores vim, non necessitatem inferunt.* res deniq. ac spiritus nemini ad actionem necess imponunt, vt nec siderũ aspectus: eam tamen vi permouendis affectibus obtinent, vt homines ol ctante etiam inuitaq. ratione, tanquam tempes quadam ad perturbationũ scopulos illidantur. Q lis est enim aëris marisq. intemperies, quales vini moderate sumti violentia: talis est humoris chole ac melancholici vis plus satis adaucta. Quis auten *Omnes affectibus obnoxii.* sese intime excutiat, suamque naturam accurate ploret, turbulentos animi motus, atq. enormes petus non subinde percipit, adeo, vt sit modo vel i tatior, morosior, inuidentior, lasciuior, vel in ali atque alium affectum pro humorum intemperie clinatior. Quod si eam sustinet mutationem hu nus animus, vbi paulum modo degenerarint à gen na natura humores, vt momento temporis mens riis affectibus rapiatur, quid futurũ speramus vbi extremum prauitatis ac malitiæ sunt progressi atq principes partes impetum fecerunt? Cuius nobis perimenta proferunt funestaq. spectacula exhibe maniaci, furiosi, lymphati, phrenetici, melancholi quiq. alienatione mentis, vel desipientia deliriog *Corpus & animam mutuis morbis affici.* tentantur, quibus cum morbi corporis in mente redundent, formidandis horrendisq. malis homin excruciant. Quamobrem qui sibi suæque valetudi optime consultum cupiunt, temperanter vitæ rati *Vt studiosi quique melancholiam excutiãt.* nem instituant: ne ex humorum fuligine mente alienis absurdisq. imaginationibus diuexari conti gat atq. à sedibus suis dimoueri. Hæc autem his p tissimum inculcanda, qui munia publica obeunt,

lit

is intempestiuius sunt addicti: quod hi magna ex
e melancholia soleant infestari: Qui humor tam-
mentem acuat, vt vinum moderate haustum, i-
tamen plus satis auctus, vitioq; aliquo imbutus
imo incommodo mentem afficit, adeo vt Cice-
Tusc. 1.
stinuerit tardioris esse ingenii potius, quam in-
iosus ac melancholicus. Huiusmodi autem cor-
Melancholia vnde contrahitur.
is habitum nonnulli natura nacti sunt, plurimi ex
iis diuersisq; causis contraxerunt, ab eo prius a
i. Non desunt qui ex iugi studio atq. intempesti-
ucubratione huc deuenerunt: alii ex metu, soli-
dine, mœrore, tristitia huc sunt delapsi: plerique
æmorrhoidum, mensiumq; suppresso profluuio,
subsistente consueta aliqua vacuatione huc sunt
ati: quibus cum atra densaque fuligine cerebrum
leatur, mentem absurdis imaginationibus diue-
i contingit, eamq; mutationem sustinere, ac vio-
tiã perpeti, vt aliquando spectatæ probitatis, sum-
que existimationis viri ad funestum vitæ exitum
gantur, adeo vt mirari subeat tantam inesse vim
ferociã humori melancholico, vt oppressa ratione
ntem cuiquam possit eripere. Porro vt atra den-
Simile à nube caliginosa.
ue nubes soli offusa radios eius intercipit, ac lu-
n offuscat: sic humor melancholicus mentem ob-
bilat, atque ad noxia quæque impellit. Ingerunt
idem se prauis humoribus mali Genii, atque atræ
Mali Genii melancholia incumbunt.
i præcipue se immiscent, quod is humor, vbi na-
ræ limites excedit, ad pessima quæque perpetran-
sit accommodus. Concipiunt enim huiusmodi
nstitutiones homines graues acresque motus, ac
uturnos affectus propter humoris tenacitatem,
i ægre liquescit ac dissoluitur. Quo fit, vt prauæ
Melancholici vnde absurda imaginantur.
gitationes & conceptus diu animo inhæreant, quæ
nnunquam in effectum erumpunt adeo, vt notos
notosq; indiscriminatim adoriantur, & cum aliis,
m sibiipsis sint infesti. Sic etiam cholericis faces

miniſtrant, ſed hi irritati non ſe, ſed alios impetu[nt]. Quod autem horum cauſa in humoribus conſiſ[tat] nec omnino in malis Geniis, licet frigidam illi ſ[uf]fundant; vel hinc colligi poteſt, quod maniaci, m[e]lancholici, quique alienatæ mentis exiſtunt hæmo[r]rhoidum menſiumq; quæ ſubſtiterant, affluuio ſ[o]leant liberari, atque ad ſaniorem mentem reduci, [a]uerſa ſcilicet humorum fuligine, quæ imagination[em] ac ſpiritus animales vitiabat. Cui his Aphoriſm. Hi[p]pocrates fidem adſtruit: Inſanientibus ſi varices a[ut] hæmorrhoides ſuperueniunt, morbo liberantur, d[e]riuante natura humores à parte principe ad abiect[as] atq; ignobiles. Rurſus Maniacis ac renum paſſion[i]bus obnoxiis, hæmorrhoides innatæ ſalubres. Cum [e]nim is humor ſiue in hypochondriis & ſplene conſ[i]ſtat, ſiue in toto corpore, parteque aliqua aceruetu[r], tetro atque inſuaui halitu cerebrum impleat, m[e]tum, triſtitiam, mœrorem, luctuoſa ſuſpiria, cord[is] adſtrictionem, aurium ſibilum adfert, atque oppreſ[ſa] ratione, luceque mentis exſtincta, quaſi rebus prope modum deploratis, modo inexoptatæ mortis ſpem modo in eius metum atq; horrorem coniicit. Quam obrem ex Galeni ſententia, ineunte vere atque au[c]tumno is humor placide ac ſenſim expurgandus e[ſt] vomitu, ructu, deiectione, flatibus, venæ ſectione, menſium denique atque hæmorrhoidum irritata ex cretione. Quiſquis autem huic malo obnoxius eſt acriter illi, ſummaque cura obſiſtat, atque obluct[e]tur, nec vllo modo foueat imaginationes tacito ob repentes animo, blandas quidem initio atque amabi les, ſed quæ adeo inualeſcant, vt ægre excuti queant aut ſopiri:

Lib. 6. Aphoriſm. 21.

Tetri vapores cerebro infeſti.

Melancholia vt expugnetur.

Virg. 3. Georg.

Alitur enim vitium viuitq; tegendo,
Dum medicas adhibere manus nec tollere curas.

Quod ſi incōmoda, aduerſitates, infortunia, parumq; proſperi rerū ſucceſſus hoc malum inuexerint: huic infra-

ctum inuictumq; animi robur opponas, ac ver- *Mens verbo Dei fulcienda.*
ei, eiusq; fiducia te fulcias quibus terribiles vi-
rmas, variaq. imaginationum monstra minimo
cio conficies. His enim præsidiis substiterunt
tatissimi quique heroes, qui tametsi rebus pro-
odum desperatis calamitatum finem morte ac-
rari cuperent. non tamen dolorum impatientia
oppressi. Sic Helias malorum tædio mortẽ exo- *3. Reg. 19.*
at. Sic Dauid inimicorum insidiis toties impe-
s, saluti subinde diffidebat: Iob desperabundus *Cap. 7.*
i potius sustinuit, ac quocunq. fato abrumpere
m, quam tam atrocia perpeti. Christus denique
dentis hominis more nostraq; caussa in se trans-
desertum se à patre queritur. Sed omnes hi me-
um spe ac fiducia, omnem animi trepidationem
iffidentiam, erecta in Deum mente, discusserunt.
c autem ex Ciceronis sententia omnibus persua- *In Somn. Scip.*
esse conuenit, Animum retinendum in excuba-
ne ac custodia corporis, nec iniussu, contraq; im-
ium eius à quo nobis ille datus est, emigrandum,
ionemq. deserendam, ne munus humanum assi-
tum à Deo defugisse videamur. Quo mihi præ-
re concionari visus est Iosephus, vt quidquid mali *Bell. Iud. lib. 3.*
bis obtigerit, alacri atq; infracto animo perfera-
s. Nec committendum quis ducat vt indecore ac
ter hominis dignitatem, contraq; naturæ ordinẽ
æ finẽ imponat. Quod si quis ex morbo aut men-
alienatione ad funestum vitæ exitum deuenerit, *Melancholici commiseratione digni.*
mo istiusmodi conditionis hominibus insultet,
t in illos sit seuerior, verum illorum miseriæ in-
lescat potius, vicemq; deploret, cum non sint sui
potes, atq; à ratione mentisq; iudicio exciderint:
o fit vt ratio illis inuertatur, atq. in delectu rerum
orsus hallucinentur ac cœcutiant. Cum enim ima-
nationis virtute corrupta, absurda quædam animo
uersentur, confuse de rebus statuunt, vitiose ratio-

Ab obiectis vi-nu simile.

cinantur ac iudicant. Simile enim quiddam me
euenit, quod oculis, vbi varii diuersiq; coloris cõ
cilla obiiciuntur, quibus omnia vel cærulea, vel r
bra, flaua, viridantia, vel deniq; eius coloris, quo
trum suffusum est, apparent, sic vt aliter se profera
species obiectaq; rerum, quam reuera exsistunt. Hi

Febricitantes & ebrii cur delirent.

ebrii atq; irati gemina conspectare se credunt, cu
vnum tantum sit obuium. Sic ex febre delirantib
varia spectra animo obuersari videntur, ac corrup
imaginatione, vitiatisq; organis multa spectacula

Spiritus corporei mentem inquietant.

mente offerunt ob prauorum humorum ac spirit
agitationem, qui vltro citroq; commeant, sinusq
cerebri oberrant. Spiritus itaq; atq; humores max
mum momentum obtinent in perturbanda men
ciendisq; affectibus, atq; inferendis conscientiæ s
mulis. Qui si sinceri existant, nec vlla contagion
inquinati, placidis moribus hominem esse conti
git, minimeq; querulũ aut morosum: Sin turbulen
ac labe aliqua imbuti, varii cientur animi motus, a
fectusq; tumultuosi exoriuntur ac turbulenti. Pro
inde cum corpus atq; anima iuxta afficiantur, dand
in primis opera vt animi inquietudo mentisq; æstu
tio verborum lenociniis ac blandimentis sopiatu
Siquidem ex prouerbiali sententia: Animo ægrot
medicus oratio: tractandusque istiusmodi hominum

Simile ab efferatis belluis.

animus, vt exigit natura rei, vt corporis habitus, v
humorum qualitas exposcit. Quemadmodum enim
feræ atque immanes belluæ cura atque officio homi
num mansuescunt ac cicurantur, ita placide tractar
postulat istorum animus, vt qui seuerioribus ac mi
nacibus verbis exasperetur. Nonnunquam tamen, vt
in corporum morbis sectiones, cauteria atque vstio
nes adhibemus: sic aliquando acrius instandum, ac
salubri increpatione coercendi improbi illorum
conatus, ad quos per interualla restagnante humore
noxio, solent incitari. Corpori vero non minor cura
adhi-

benda eſt. Sed meminerit, qui curationem inſti-
ne humorem illū validis medicamentis irritare
at. ſed ſenſim ac placide, ſummaque dexteritate
rficiat. Neque enim confertim ſentinam exhau-
conſultum eſt. Siquidem agitatus is humor me-
im quandam exhalat, ac nidoris graueolentiam,
cerebrum incredibiliter offenditur, ac mens ab-
a phantaſmata concipit. In primis autē excitan-
iritus olfactoriolis ac faſciculis manualibus, a-
umq; corpus optimi cibi ſuccis, atq; in molliter
icta culcitra, placido ſomno fouendum eſt. Porro
nium citiſſime alit vinum minimumque negotii
uræ faceſſit. Cæterum in eo exhibendo, quanquā
cum ſit diſcutiendi mœroris præſidium, delectus *Delectus vini.*
endus eſt, curandumq; vt tempeſtiue, atq; vt cu-
q; ætas, naturæ conditio, conſuetudo vitæ, regio
git, præſcribatur. Neque enim ſemper vinum tri-
iam melācholicis eximit, aut mœrorem diſcutit,
nonnunquam adauget, malumq; exaſperat, ac
rudeſcere facit, præſertim vbi vitioſis humoribus
pus eſt oppletum. Quocirca ante inaniri debet *Aphor.*
q; appoſitis remediis expurgari, antequam vlla vi-
s ratio inſtituatur. Impura n. corpora quanto ma-
nutrias, tanto magis lædes. Cum autem vini na- *Vina vitioſa*
ra varia ſit, ac differentia multiplex, nec quoduis *mentem per-*
que generoſum, obſeruandū vt optimū bibere con- *turbant.*
eſcant, & ꝙ nulla re vitioſa ſit conditū, quale ple-
mq; œnopolæ ac caupones magno valetudinis de-
imento offerunt calce, gypſo, bitumine, orminio,
lgo ſcarlea, eruca, ſilueſtri myrto adulteratum. Sic
ni aliquot genera animi impetus non modo non
nſopiunt, ſed recrudeſcere faciunt, atq; denuo ex-
cerari. Hinc plebei noſtrates ex vini Pictauienſis
tu, quod mordaces fumos cerebro inferat, moroſi
ficiuntur, calcitroſi, iracundi, implacabiles, ſic vt
xentur aſſidue, ſuaſque vxores crebro pulſent,
pugnis ſubigant. Quod ipſum illis facere religio

eſt, vbi Rhenanum, aut aliud generoſæ naturæ vin hauſerint. Tunc enim blandiores ſunt, atque oſc potius, quam fuſtibus impetunt. Quamobrem m lancholici, laſſi, ſiticuloſi, quique arido ſunt cor *Lib.1. Epiſt.1.* ris habitu, ex Horatii præſcripto

Generoſum & lene requirant,
Quod curas abigat; quod cum ſpe diuite manet
In venas animumq́ meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.

Lib.21.c.25. Quo ſpectat illud Plinii: omnis animi aſperitas d ciori ſucco mitigatur, lenit tranſitũ ſpiritus, ac m liores efficit meatus. Experimenta in ſe quiſque pere poteſt. Nullus enim non ira, luctu, mœrore, m ſtitia aliquando conficitur. Sic in laſſitudine, ſiti, edia, intempeſtiua vigilia pronior quiſq; ad iram. S *In Cur.* fames & mora, ex Plauti ſententia, bilem in nar concitat. Sed ea oblato cibo confeſtim miteſcit ſedatur. Quo fit vt ſaturi ieiunis minus efferueſcan *Inedia bilem accendit.* quod corpus cibo potuq. irrigatum, minus ſicceſca ac calore natiuo tepefacto corpus ad concipienda iracundiam minus eſt propenſum. Incumbunt eni naturales facultates concoctioni, ac flaua bilis, qu impranſis ebullire ſolet, infuſis humoribus diluitu Sic lebetes, ſartagines, ac frixoria magis igneſcun nidoremq. grauiorem naribus offundunt, vbi liquo aut innatans pinguedo immodico calore abſumitu ac torreſcit. Omnia ſiquidem, quæ vel humore ve pinguedine deſtituta ſunt, ollis adhæreſcunt, atqu *Prouerbium populare ex male cocto cibo.* nidoroſos halitus effundunt, ſic vt populari loco dic ſoleat: Ex eadem olla elixa atque aſſa depromi. Quo circa conſulte mihi facere videtur macilenti quiqu *Inedia macilentis noxia.* ſicco temperamento exſiſtunt, quod minus diu ieiu ni perſiſtãt, ac calori natiuo fomenta miniſtrent. Sic ceſcit enim corpus intempeſtiua diuturnaque inedia quæ humidum nutrimentum, quod radicale vocant, de populatur: qua de re nobis alias habitus eſt ſermo.

Herba

as mutationibus obnoxias, tum viribus, formaq; destitui, si nouos subinde cultus adhibeas.

CAP. XVII.

Veruntur medicorum pleriq; herbarum descriptiones esse fallaces, earumq. virtutes inefficaatque euanidas, multaq; passim obuia apud vetequæ parum aptæ, si nostris conferantur, suo noi ac descriptioni respondent, eoque diuersas esse bas contendunt, licet nostro æuo idem nomen ineant. Sic hyssopum nostratē, fabas, pentaphyl-,phu, tipham, cerealem, farraginem, secale, oly-,alia existimant: quia veterum descriptionibus per omnia congruunt. Equidem vt nemini pacinari volo, aut illorum errorem tueri, qui in herum censu & cognitione prorsus sunt hallucinati: nonnullos existimo non satis ad rationis amussim nia exigere. Tametsi enim in tanta herbarum vatate, & mutatione singula in certam classem reri nequeant, nec illis certam assignare nomenclaram, procliue est veterum descriptioni congruenn, non putandum tamen prorsus esse alias, quam teres descripserunt, aut ab effectibus quos illi atbuerunt, penitus alienas. Huic enim varietati, si a subest, causam præbuit ipsa natura, quæ subinde utat faciem, ac lasciuit in progignendis stirpibus, opagandisque plantariis, sic vt nonnunquam à pante aliud produxisse videatur. Accedit his artifiım solertia, ne dicam calliditas, quæ mixtis meditisq; seminibus edocuit speciosius nitidiusq; quæam adolescere atque adspectu amœniore magisque dblandiente. Hinc illa variegata, ac versicolor floulorum politura, quæ cum in multis, tum maxime n veronica seu viola altili, q̃ caryophylleam nostri ocant perspicitur, q̃ tam varia ac versicolore specie ouenit cultorũ industria ac mangonio, vt nulla parte eterum descriptioni respondeat, eoq; illis incogni-

Herbas mutationi obnoxias, ac degeneres.

Caryophyllea Belgis flos spectatissimus.

tam plerique censent. Sic Calathiana autumni m
nus; æranthemos, cyanos fumenticiæ messi pecul
ris, non tam cœruleo, cœlestique colore prouentu
quam candido, rubro, purpureo, vermiculato.
Caltha illa luteola Virgilio depicta, singulis men
Calendis duplicato florũ ambitu ac denso foliore
Oculus Christi. stipatu oculos oblectat, concinniter in orbem cir
nata, Διὸς ἄνθος & lychnis coronaria rutilanti co
co, ac tenero modo murice tincta rubescit, modo n
ueo colore adspectum recreat, multiplice folioru
congerie orbiculata: in quem modum Leucoia, be
lius flos, hesperis, omnesque violæ matronales effl
rescunt. Ista superioribus seculis elaborasse hort
Georg. lib. 1. rum cultores indicat Virgilius:

Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Vt quamuis igni exiguo properata maderent.

Et quanq̃ cessat cultoris industria, ac conferendi a
tificium herbæ ipsæ sponte aliam induunt faciem,
colorem, si formam, si proceritatẽ, si vires spectes. I
partim fit occulta vi siderum, partim ætate & tempo
rum decursu, vt ea quæ stabilia apparebant & peren
niter duratura, vertantur in aliam speciem quasi (v
De ratione concionan. Erasmus ait) naturæ curiositas cauerit, ne qua sit cer
ta herbarum notitia, q̃ posteris indubitata fide trans
mitti possit, sed exigat subinde inquisitionem eorum
quæ vel mutari vel renasci quotidie videmus: sic na
tura hominum acuit industriam, ac veternũ excutit

siquidem pater ipse colendi.
Haud facilem esse viam voluit, primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpore graui passus sua membra veterno,
Quo varius vsus meditando extunderet artes.
Paulatim & sulcis frumenti exquireret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

Accedi

redit his cœli ſtatus ſolique natura, ac regionum ietas,q̃ etiam hominibus crines & colorẽ, totiusq. poris habitũ immutant. Stirpes n. pro loci natura qualitate, & aëris ambientis conditione nunc pro-rius adoleſcunt, nunc humilius: quædã multis flo-ribus: pleræque nullo agnato frutice ac propagine imo proſiliunt: alia pro terræ habitu, diluto lacteo-e virore, alia ſaturata vergentique ad atrum viridi-te. Vt enim pueri, quibus nutrices alimenta ſubdu-nt, aut ea parcius adminiſtrant, graciles ſcunt, atque tenuantur, coloreque exſangui efficiuntur, ac mi-us florido. Sic herbæ ſolo macro, ieiuno ac ſiticulo-enatæ, ſqualoſæ fiunt, adſpectuque triſti atque ina-mœno. Hinc videre eſt herbas in parietinis, prærup-tisque ſaxis enatas vix dodrantem altas, eaſdẽ ſolo fecundo ac reſtibili commiſſas ſeſquicubitum exce-dere, ac lõge lateque ramos propagare. Sic bugloſſus & ſymphyrum, vulgo Conſolida maior candidis flo-culis ſępius conſpiciuntur. Sic garyophyllea vel cul-tus ſtudio, vel vbertate ſoli, candidum, rubicundum, variegatum florem oſtentat vnius culmi, ſtaminisque productu. Sic violarum color purpureus aliquando in cyaneum ac cœruleum elangueſcit. Simili ratione nonnullarum ſtirpium folia minus crenata ſerrataq. exſiſtunt, atque acanacea, hoc eſt, quæ ſpinis horrent pro editioris decliuiorisque loci natura miteſcunt, ſpinisque minus infeſta ſunt. Huc refert quod expe-rientia quotidiana commonſtrat herbas fœtusque ar-boreos nõ ſolũ ſpeciem demutare, ſi locũ auramque nacta ſint accommodam, ſed etiam melioreſcere, fru-ctusque proferre ſalubres, cũ paulo ante lethales edi-diſſent. Quod de Perſica planta in Ægyptum transla-ta præter Plin. Galen. commemorat. Cuius rei expe-rimentum hiſce verſibus expreſſit Columella:

Armeniusq́; & cerioli, prunisq́; Damaſci,
Stipantur calathi & pomis quæ barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt, patriis armata venenis.

Loci ſitus mutationem herbis induuit.

Simile ab impuberum ſagina.

2. de alim. & 3. de ſympt. cauſis.

At nunc expositi paruo discrimine lethi
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.
Quin etiam eiusdem gentis de nomine ducta
Exiguo properant mitescere Persica malo.

Gal. de alimen. facult.

Hoc enim pomi genus, nisi ex aduerso solis radiis expositum, non maturescit, succiq; frigidi ac hum ratione cito computrescit, noxamque ventriculo fert, nisi primis mensis inferatur. Multa itaque m tur natura rerum industria hominum exculta ac c docefacta. Siquidem vuæ acini absque vinaceis p ueniunt fisso malleolo exemtaque medulla, sic ta vt inter colligandum gemma non lædatur. Citissi enim latere accurate commissa coalescunt. Mesp

Vt nonnulla absque nucleis proueniant.

quoque Persica, palmulæ, cerasa, pruna, lapidosaq corna absque officulis industria curaque hominum proueniunt, si tenellam scilicet arborem ad binos p des rescissam, vsque ad radicem findas, abrasaq. atq excauata scalpro vtriusq; partis medulla, confesti seiunctas partes vinculo constringas, superioremq partem ac diuisuras laterum fimo, vel argilla, cera obducas, ac charta madida munias, elapso anno o ducta cicatrice omnia coaluisse perspicies: hanc a borem surculis, qui fructum non tulerunt, inseres sine officulis poma proferet. Quod ipsum ex Theo phrasti consilio, in vite sum emolitus, nec spem fru stratus est euentus. Inoculatio quoq;, insitio, empla stratio naturæ solertiam, cultorumq; industriã com

Insitionis tres species.

monstrant. Illa siquidem efficiunt, vt stirpes, exut natiua indole, aliam faciem formamque adsciscant

Simile ab hominum natura & educatione.

atque aliæ in alias promte demutẽtur. Vt enim vide mus homines pro ingeniorũ varietate, atque educa tionis cura non solum diuersa sortiri ingenia, alios mores ac studia, animæque propensiones obtinere, sed corpus aliud alio vel exilius, vel procerius, colore, vel florido, vel exsangui, cuteq; vel glabra, vel hispida hirsutaq; forma: tamen humana nõ penitus destitui,

ui, licet nonnulli feritatem quandã præ se ferant. in herbis vsuuenire solet, quæ ob similes causas n vnam seruant faciem ac vigorem, licet non ita mutentur, vt tota species formaque iis intereat. nper enim aliqua parte nomini suo respondẽt, ef-tusque obtinent terræ, in quam radices agunt, pe-iares atq; incolarum naturis aptas accommodas-e. Multa siquidem aduehuntur ex Insulis Fortuna-, quas Canarias vocant, quæ cœlo nostro assueta n easdem per omnia vires reseruant, nec eadem ecie ac figura, eaq; magnitudine prosiliunt, sed ta-en non penitus genuinam auitamq; naturam exu-t, licet nonnihil à veteri insitaque vi ac generosita-desciscant. Quod in spondylio, quæ plebeiis An-lica dicitur, in laserpitio vel silphio Cisalpino, quæ iuiali voce Osteritium ac magistrantia dicitur, a-maduerti potest. Quæ licet ob soli malignitatem, actumque cœli frigidum, à Theophrasti ac Diosco-dis descriptione variant, easdem tamen esse herbas, resque obtinere effectus compertum est; licet ob ris intemperiem vires illis nonnihil languescant defatiscant. Cum enim cuique regioni certæ her-arum species sint peculiares ac propriæ, suisque na-libus singulæ stirpes delectentur: fieri nequit, vt a-o translata in suo vigore persistant. Aliæ siquidem pacis vmbrosisq; vallibus gaudent, nonnullæ apri-is solique peruiis, sunt quæ palustri atque vliginoso, oloq; irriguo delectentur, quædam glarioso aridoq; c sabuloso: quas si alio transferas, ac diuersam cœli artem spectare cogas, magnam virium ac specierum artem ademeris. Sic Iris in Illyrico, Helleborus in Anticyra, absinthium in Ponto, & apud Santones præstantius proueniunt. Sic portulaca marina, em-petron, brassica maritima, quam soldanellam vocãt, oceani crepidines, ac maris margines persequitur, alsoque tractu delectatur. Sic alia aliis locis lauda-iora exsistunt, ac propriis natalibus felicius proue-

Angelica illiq; affines herba.

Herba suis quaque locis delectantur.

Qua herba maritimo tractu delectãtur.

aliquot eruditi, qui subterraneorum hãc congerie
quæ ex terræ visceribus, tanquam fœtus ex vtero
ruitur, ex arborum truncis congestã ac concretã
stiment, prostratis conuulsisq. syluis inundante
Moer *quid Belgis.* no, ac paulatim alluuione superinductã terram
inualido inducti argumento, ꝙ sudes & sarmẽta
viuæ cannæq; palustres atq; arundines iis glebis
esse conspiciantur. Verum nõ satis exacte obserua
illos comperio fodinas ac terræ cuiusq. viscera, cũ
iam in ære, auro, argento, cæterisq. metallis ramos
venosamq. propaginem & productũ spectemus, q
in imis terræ viscerib. consequuntur vegetabili q
dam vi influxuque siderum. Neque enim iners
Natura artificium. otiosa est natura, sed multa magnaque molitur,
que effingit, exornatq. non solum terræ superficie
sed occultos etiam abditosq. sinus atque intimos
cessus. Hinc iaspis, porphyritis & marmora spo
segmentata sunt, & vermiculato emblemate te
latim variegata. Sic nux myristica seu muscata int
cursantibus interueniis striata est, quod ipsum in
triis mensis, nostroque robore, tum alterius gene
lignis assulatim dissectis perspicimus, quę multipli
venarum discursu, multisq. lituris ac mæandris
Camelot. dulata splendescunt. Quemadmodum vestes, q
Damast. ex hircinis caprinisque pellibus confici solent, tu
prætextæ togæ ac scutulatæ. Cuiusmodi plurima
ruuntur ex imis terræ penetralibus tam concinne
affabre elaborata, quasi à cælatore sculptoreque i
Corallus frutex. ducta foret effigies. Sic corallium in maris Ligu
ci profundo frondescit ac fructificat, quod reib
extractum confestim lapidescit, coloremque ads
scit vel nigrum vel rubrum, aut, si minus excocta
humiditas, candidum. Sic in ea parte Galliæ Belg
Steencolen. cæ, quam Eburones, Menapii, ac Sicambri occupan
λιθάνθρακες, hoc est, carbones lapidei effodiuntu
bituminis indurati natura, quib. indigenæ non solu
ferru

rum molliunt, ſed luculentos etiam ignes in ædi-
s exſtruunt, qui ſemel atque iterum exſtincti poſt-
inio igneſcunt admoti foco. Et cum cetera omnia
o inflammeſcant, iſti affuſa aqua inardeſcunt, o-
reſtinguuntur. Non deſunt & ceteris regionibus
fodinæ atque interranea, quarum nonnullæ ſul-
ur, calcem, gypſum, ocram, alumen, auri argentiq;
bas & ramenta effundunt, ex quibus per occultos
ræ meatus thermæ ſcaturiunt, atq; aquas ſuis qua-
tibus imbuunt, illasque morbis expugnandis red-
nt accommodas. Sic maritimæ fodinæ bituminis
uram obtinent: Siquidem glebę ex illis erutæ me-
itim exhalant, ac graueolentiam, adeo vt aſſiden-
ſyncopi atque animi deliquio ſubinde pericliten
r: nec minori incommodo afficiunt carbones cum
ſſiles, tum factitii; niſi illos dum igneſcunt, ſale
nſpergas. Tali ſiquidem remedio diſcutitur virus
feſtum cerebro: omneque

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

õ deſunt q̃ hanc genitiuã terræ vim aſtris aſſignant,
uæ haud dubie in hæc inferiora vires ſuas efficaciter
ſerunt, hoc inducti argumento, quod multa videãt
ud nos ſponte deficere, tum alia quædam non ante
ſa apparere ac præſtantiora ſubſtitui, quibus vt non
pugno, ſic ego præſertim ꝙ ad herbas attinet, mul-
propter incuriam atque ignauiam cultorũ vel de-
ere vel degenerare crediderim. Sic triticũ, vt Theo-
raſtus teſtatur, in lolium trãſit, ocymum in ſerpil
m, ſiſymbrium in mentham odore, figura vero in
lamentũ, multaq; florũ genera, niſi adhibita cura,
binde transferantur non ſolum à ſua ſpecie, verum
iam ab inſita vi ac generoſitate deſciſcunt. Quod
um in multis, tum in viola altili ſpectatiſſimo flore
bſeruare ſoleo, quæ niſi quotannis ſitũ loci mutare
õdiſcat. in humilem ac degenerẽ floſculum, minus-
ue odoratum deficit. Quibus adſtipulatur Virgilius

Carbones foßiles oleo exſtinguuntur, aqua ardeſcunt.

Sal inſperſum carbonibus ignitis odorem ſopit.

Lib. I. Georg.

Aſtrorum in terrena efficacia.

De cauſis plant.

Cultura omnia meliroreſcunt.

Lib. 1. Georg.

Vidi lecta, diu & multis spectata labore,
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quaque manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

E diuerso si siluestribus incultisque curam adhib primo quoq; tempore mitescunt exuta genuina in taque feritate. Quod luculenter expressit Virgiliu

Lib. 2. Georg.

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
Quippe solo natura subest, tamen hæc quoq; si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis:
Exuerint siluestrem animum, cultuq; frequenti
In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.

Simile à sordidis animalibus eorumq; progressu.

Multas itaq; stirpes, easq; nouas atque inauditas tura parit ac profert, multas effectus siderũ, innum ras cultorum solertia. Et quemadmodũ sorices, g res, anguillæ, murenæ, cochleæ, limaces, lumbrici semper ex semine, sed plerumq; ex lentore terræ at ex sordibus ac putrilagine germinant: Sic in locis renosis, quales apud Zelandos sunt montes Amon quos *Dunen* populares vocant, multi frutices spon emicant ex alimenti confluuio, & ꝙ is locus Soli e positus est, herbisq; progignendis accommodus, q semel ex terræ vligine absque parente enatę postm dum seminio se propagãt, ac numerosa prole se tue tur.

Theod. de caus. plant. lib. 1. c. 1.

Quamobrem non est ꝙ quisquam miretur he bas mutationib. obnoxias, ac subinde virib. forma destitui, cum id, nisi affinitate ac similitudine cõfu di illas contingat, loci situs, aëris ambientis qualita cultoris artificiũ efficiat. Sic piper, cardamomũ, ses li, radix Pontica, cœlo nostro assueta nõnihil immu tantur, nec tam calida atq; vrenti facultate existun sed tamen nemo aliud de his statuet quã reuera si Quod enim iis vires flaccescũt, iustaq; magnitudo a maturitas denegatur, id calor Solis languidus, cœli intemperies & inclementia efficit. Herbas itaque ge

Herba & vires & species immutant.

minan

nam ſubire mutationem conſtat, nonnunquam e-
n inſitas illas vires, natiuasq; qualitates immutari
ntingit perſiſtente forma atque effigie: nonnun-
am formæ ſpecies intercidit, ipſis qualitatibus ac
rum facultatibus ſubſiſtentibus. Efficit id partim
uxus ſiderũ, partim ſoli natura, cœliq; ambientis
alitas. Cũ enim varia ſit terræ conditio, ac differẽ-
multiplex, contingit cum aëris, tum alimenti ra-
ne manifeſto immutari herbas, atq; alterius qua-
tis fieri participes. Sic corylus, ceraſus, cornus ſi
s vicinæ conſiſtãt, quas vitioſæ aquæ lambunt, vel
e alluunt irrigantque fructui manifeſto ſalſilago
ſſe deprehẽditur. Sic homines pro alimentorum
ultate, pro ambientis aëris conditione alium cor-
ris habitũ & temperamentum, alios mores & ſtu-
conſequuntur. Sic Cimber in Hiſpanum, Germa-
s in Gallum vel Italum tranſit diutino commer-
, vitæque vſu & conſuetudine, ſic vt ſæpe videas
borem lætam ac nitentem in locum ſalſum vitio-
mque translatam, deterioris terræ ſucco deperiſſe. *Virg. 1. Georg.*

Salſa autem tellus & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix: ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat,
Multaq; degenerant ſuccos oblita priores.

uod ſi adiicias fatalem quandã mutationem, & vi-
s rerum varias; obſeruabis plantas quamlibet illas
ueas, vel ætate feſſas deficere, vel effœtas elangue- *Vetuſtas omnia*
ere, ac tantum non emori, niſi inſerendo, inoculan- *deteriora efficit.*
oque nouos cultus ſubſtituas, vel auulſis ſurculis
ut malleolis reſuſcites. Quæ ſtirpiũ varietas, muta-
onisq; viciſſitudo hoc effecit apud pleroſq; vt hanc
ledicinæ partẽ infrugiferam eſſe cõtendant, ac pro-
emodũ operã luſiſſe Dioſcoridẽ, compluresq; alios,
ui in depingendis herbis ſtudiũ collocarunt. Equi-
ẽ ſic ſtatuo, neminem ſatis pro ſua dignitate, ac no-
ninis ſui amplitudine hanc Spartã exornare, qui nõ

viuas ſpirranteſq; herbas, in quarum notitiam nos d
ducunt oculatæ per manus inſpectiones, & graph
cæ auctorum delineationes, exacte nouerit. Sunt
nim ex noſtræ farinæ hominibus, qui vix dum inſp
ctis herbis, mira de his iucunctanter pronunciant,
De ſimil. med. cap.15. Pamphilus ille cuius meminit Galenus, qui ne p
ſomnium quidem herbas nouerat, quas tentabat d
ſcribere, & vires deprædicare. Quod genus hom
num Heraclides Tarentinus præconibus aſſimil
Elegans comparatio à præconibus ſumpta. bat, qui conducti mercede omnia publicitus decan
tant & præconio adornant etiam ignota quæque
inconſpecta vt nonnunquam vappam, aut vile man
cipium. Simile quiddam refert Cicero de Phormio
De Orat. ne quodã Philoſopho, qui coram Hannibale copio
ſe aliquot horas differuit de Imperatoris officio,
de omni re militari; Quem cum omnes vehemente
Hannibalis ſcomma in Phormionem. eſſent admirati, quærebãt ex Hannibale, quid ipſe d
illo philoſopho ſentiret: hic Pœnus non optime Græ
ce, ſed tamen libere reſpondiſſe dicitur: Multos ſe de
liros vidiſſe ſenes: ſed qui magis, quam Phormio de
liraret, vidiſſe neminẽ. Nec mehercle iniuria. Quid
enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, qu
Hannibali, qui tot annos de imperio cũ populo Ro
mano gentium victore certaſſet, Græculum homin
qui nunquam caſtra, nunquã hoſtẽ vidiſſet, nunqu
deniq; vel minimam partem publici muneris attigiſ
ſet, præcepta rei militaris præſcribere? Quis non illos
in horum numerum referat, qui ſymphyti, qui gly-
cyrrhizæ, marrhubii, ſatureiæ, pulegii vires ſe noſſe
iactitant, idq; ex libris tantum, & commonſtrare non
poſſint, etiamſi ſtirpi aſtiterint, quid ſit quod ea po-
teſtate polleat, & cuius vires tantopere prædicant?
Cum enim morbos medicamentis herbiſq. efficaci-
bus expugnemus, quis erit tam ſtupidus, qui harum
ignorationem in medico ferat? quis non periculo-
ſam ægroto hanc Medici ignorantiam ac neglectum

culpa.

...bit, nemo mea quidem ſententia omnes artis ...eros impleſſe videtur, qui harum cognitione eſt ...rutus. Vt enim nautæ nō ſolum neceſſarius vſus ...remi, quo ſcapham ſubigit, ſed illius etiam ar...enti cognitio, cum fieri poſſet, vt contum pro ...arripiat: ita medico inprimis neceſſaria exacta ...arum cognitio & peritia. Illæ enim explorata ...i natura, ad rem ſcite auſpicateque incoandam ...umenti vice exſiſtunt. Quis autem ſe non deri...um propinauerit, qui aliquid aggreſſurus, in...entum quo res perficienda eſt, ignorat. Mirari ...to ſubit illorum partim ignauiam, partim in..., quibus hæc medicinæ pars habita eſt neglectui, ...vt Seplaſiariis inſigniter indoctis hanc prouin... delegauerint. Cum ſatis conſtet nō veteres mo...edicos, ſed potentiſſimos quoſque reges atque ...as in hac medicinæ parte ſe exercuiſſe, quibus ...l magis fuit in votis, nihil viſum eſt magnificen... magisque regium, quam

Similè à re nautica.

Reges olim rei herbariæ ſtudioſi.

Scire poteſtates herbarum, vſumq; medendi: *Virg. II. Æneid.*

...m parū ſeriis oblectamentis ſe recreare. Et pſe...etuſtiſſimorum regum famā ac nominis ampli...nē, iam pridem deleuiſſet obliuio, nullaq; pror...egiæ maieſtatis memoria ſupereſſet, niſi rena...tes quotannis ſalubres herbæ illorum nomini ...riptæ atq; inſignitæ periturā alioqui memoriam ...carent, illoſque ab iniuria obliuionis aſſererent. ...orum veſtigiis inſiſtere decet philiatros, h. e. rei ...licæ ſtudioſos, & nō ſolum anxia cura herbarum ...nas explorare, verum etiam vires excutere & ex...iri, caſa morbis expugnandis, ac conſeruandæ ho...nū naturæ accōmodare. Quod ipſum ſedulo præ...erunt medicorum præſtantiſſimi, Hippocrates &, ...enus, q vſu & exercitatione rei medicæ peritiam ...ecuti, certā exactamq; methodum exercēda artis ...liderunt, ratione atq; experimēto comprobatam.

Gal.2. aliment. Hæc siquidem per diffusam enarrationem & solid traditiones exculta sola non artifices effingere po sunt, tantisq. præsidiis instruere, vt minimi sit nego sæuissimos quosque morbos conficere. Sic enim nos studiorũ nostrorum vberrimam frugem percip mus, & reliqui fructum nõ pœnitendum consequu tur. Qui vero alia ratione studiorum cursum instit *Ad vsum omnia referenda.* unt, omniaq; ad oblectamentũ potius, quam ad vsu atque vtilitatẽ hominũ referunt, male de studiis m rentur, nec suis, ciuiumq; cõmodis bene consulun Omnes autẽ artes, Cicerone teste, aliter tractantur a his, qui eas ad vsum transferunt, atq; hominũ vtilit ti deseruire cogunt: aliter ab his, qui ipsarum artiu studio ac theoria, hoc est, speculandi amore delect ti nihil aliud in vita sunt acturi, quam vt oblectamer tum ac voluptatem ex illis concipiant. Vt enim vi tutis, ita artis cuiusq; laus omnis in actione consti Cum itaque tantam exigat diligentiam res medic laboremq; indefessum requirat, & irrequietum, nu quam intermittenda industria, sed acriter explorar da natura morborum, atque ineunda ratio, qua ill *Simile à rebus bellicis.* rum sæuitiem expugnemus. Atque vt in bello nou stratagemata, astusq; militares comminisci videmu tum inauditas machinas ac sclopetas, tormentaqu bellica excogitari: ita nouis subinde emergentibu morbis noua sunt remedia comminiscenda. Quod i *Schoerbuyck à vitioso stomacho gingiuas & pedes inficit.* lue Venerea, in ephemera contagiosa, seu sudore Britannico, in ictero nigro, cuius symptomata sur Stomacacce & Scelotyrbe, nuper factitatum vide mus. Questi sunt olim nonnulli vbertate nimia prio ris æui exhaustum solum negare solita benignitate *Rei rustic lib.1.* alimenta mortalibus. Quod ipsum ita diluit Colu mella, vt hominum vitio atque ignauiæ id assignet quod culturæ minus insistant, minusque strenuos co lonos se præstent. Id ipsum & de nostrorũ hominum ingeniis interpretor, quibus naturæ parens nihil de negauit.

gauit, nec omnia veteribus indulsit, verum & re-
uæ posteritati suas dotes est elargitus, quam steri-
n esse & effœtam passus non est. Itaque non deest
steris ingenium modo ne desit mens, ac propensa
omtaq; ad artes consectandas voluntas, modo si-
lis ardor & inquirēdi cupiditas illos rapiat. Siqui-
m, vt habet prouerbialis sententia: Exercitatio po- *Vbi intenderis*
st omnia. Videre est autem plerosque in ipso exer- *ingenium, ibi*
ndæ artis tyrocinio industrios, sedulos, ac discen- *valet.*
auidos, verū vbi eo sunt progressi, vt plebi innote-
ere cœperint, sensim illorum flaccescit industria,
remisse parumq; attente suas perficiunt operas,
uri, p̄fracti, intractabiles, inhumani ac minus, quam
nte officiosi, quiq; philautia quadam ac inani per-
asione reliquos fastidiunt, ac grauare collegam, la-
orisque socium adsciscí sibi patiuntur. Non desunt
nter hos qui præmature ac præcipitanter ad facti-
ndam medicinam irrumpunt, iis adminiculis de-
tituti, quibus medicum instructū esse par est, quæq;
m pridē didicisse, non discere oportuit, sic vt prius
edici titulum aut elogium obtinuerint: quam sunt
meriti. Nam tum legere incipiunt præcepta medica
omines præposteri, cū acciri cōtigerint, medelamq.
grotis adferre conueniat. Vt enim in conficiendis
ostibus, sic in expugnandis morbis gerere quā fieri
empore posterius, re vero atq. vsu prius est, vt Ma-
ius apud Salustium differit. Huiusmodi conditionis *In Iugurth.*
Athenienses fuisse Demosthenes cōmemorat, quos *Olymp. 2.*
it non vt reliquos mortales vbi consuluissent, agere,
verum vbi res actas accepissent, tum demum consu-
lere. Sic nostrum plerique tum demum consultant
ac disquirunt, quid facto opus sit cum instāt, vrgentq;
morbi, qui nullas moras, aut inducias, nullaq; deli-
berandi spatia admittunt. Quod itaque Cicero exi- *Lib. 1. Offic.*
git in rebus bellicis, id medico accurate præstandum,
vt scilicet omnia sua consilia præmeditata habeat.

vt mature rem ipſam perficiat nec vnquam à ratione diſcedat, percipere quoq; debet cogitatione futura & ante conſtituere, quid poſſit accidere in vtramque partem, nec committẽdum aliquid, vt aliquando dicendum ſit: Non putaram. Nonnunquam autem Medicus in ancipiti dubioq; morbo, & qui celerrime ad ſtatum ꝓperat, vt gladiator in arena, cõſilium captat ac medendi occaſionẽ è re nata arripit. Quod mihi aliquando vſuueniſſe memini. Siquidẽ cum morbum eiuſque ſymptomata prope haberem explorata, ac verborum ſerie, & componendorum medicamentorum ordine exacte eſſem inſtructus: tamen rebus, vt paulo ante reliqui, mutatis, coactus ſum totam ſcenam inuertere, atque aliam viam ingredi, aliaq; methodo inſiſtere. Sic docte ac prudenter Terentius:

In re medica turpe dicere: Non putaram.

Adelph. 8. Act. 5. Scen. 4.

Nũquam quisquã tam bene ſubducta ratione ad vitã fuit.
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat: vt illa quæ te ſcire credas neſcias,
Et quæ tibi putâris prima, in experiundo repudies.

Nihil à Comico dici potuit verius cum in omni vitæ actione, tum maxime in profligandis hoſtibus, morbiſque expugnãdis. Quamlibet enim multum ac diu quis rationes cõficiendi negotii aut cuiuſque rei perficiẽdæ ſecum ipſe ſit meditatus, omniaque ad amuſſim curaq. exactiſſima excuſſerit, quo modo res aggrediẽda ſit, quid primum exſequi, quid poſtremum conueniat, in ipſo momento punctoque temporis, quo ſe operi accingit, & rem perficere ſtatuit, priora & rationes & præmeditata conſilia reſpuit, aliaque pro tempore excogitat. Itaque vſu & exercitatione, multarumq. rerum experientia parari conſtat prudentiam, & bene gerendarum rerum dexteritatẽ ex eoque felicem ſucceſſum, atque euentum exoptatum: nempe eorum qui ex morbo decumbunt, facilẽ & expeditam ſanitatem, quam confeſtim nullaque mora conſequuntur, vbi fido expertoque medico ſe com-

In re medica omnia ſeria agẽda.

mmittunt, atque illi sunt obsequentes. Nam erro-
circumforaneos, atq. impostores publicos exter-
nandos censeo, qui non verentur in hominū vitas
orpora grassari, atque, vt habet prouerbium, in
is iactura artem figulinā experiri, h.e. vt Plinii ver-
vtar, hominum periculis discere, & per experi-
nta fallacia ac coniecturas mortem hominibus in-
re, quorum culpa ac temeritate efficitur, vt me-
ndi ars (q̄ inter dona Spiritus Paulus refert, & qua 1.Cor.12.
st sacra dogmata nihil mortalibus excogitatum est
ibre magis ac necessarium) vna cum professoribus
specta sit & negligatur, ne iis addam anicularum
pudentiam. quæ non verētur huius artis peritiam
i vendicare, quas non tantum à medendi magiste-
, aut, vt minus ambitiose dicam ministerio semo-
publicus orbis consensus ac maiorum auctoritas,
l ab omni etiam iuris administratione, à functioni-
s ecclesiasticis, à concionandi munere exclusit et- 1.Tim.2.
n Paulus. Siquidem, vt apposite Persius: Satyr.5.

Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Stat contra ratio, ac secretam gannit in aurem,
Nec liceat facere id quod qui vitiaret agendo.
Diluit helleborum certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.

ui sententiæ consentanea est illa Horatii: Lib.1.Epist.

Nauem agere ignarus nauis, timet; helleborum agro
Non audet, nisi qui didicit, dare quod medicorum est,
Promittunt Medici, tractant fabrilia fabri.

uod compēdiosis verbis indicat prouerbiū: Quam
uisque norit artem, in hac se exerceat. Quocirca fe-
ces fore artes Plinius pronuntiauit, si de iis solum
dicent, easque tractent artifices, atque harum peri-
Cum autē in extruendis ædibus architectum deli- Simile ab ar-
mus solertem atque industrium: in dirigenda naue chitectura ali-
auclerum expertissimum, in bello gerendo duces isque officiis.

exercitatos ac ſtrenuos, in expellenda lingua præce-
ptorem eloquentem, in mente inſtituenda forman-
diſq; moribus moderatorem optimum: cur in mor-
bis expugnandis, in facienda tuendaque ſanitate
triobolares circumforaneos, ac deliras anus admit-
timus; quibus corpus noſtrum trucidandum expo-
nimus, animiq; domicilium diruendum offerimus:
adeo nemo non artis medicæ peritiam ſibi arrogat,
eiuſque profeſſionem exſequitur. Sic Ferrariæ, Pon-
tano teſte, aliquando inter proceres aulicos certa-
men fuit ac contentio, quorum nam artificium, &
eorum qui opificio aliquo ſe exercent, maior eſſet
vel numerus, vel copia; cum autem alii aliud profer-
rent, vt ſunt in Repub. ac confuſa multitudine piſto-
res, lanii, coci, textores, carpentarij, aurigæ, fullones,
trapezitæ ac menſarij, vſurarij, ſartores, nautæ, leno-
nes, quibus queſtus inter omnes vberrimus: Tum v-
nus, Nulla, inquit, artificum maior copia, quam eo-
rum qui ſe medicos profitentur, aut eius artis nomi-
ne ſeſe venditant, cuius ſe primo quoque tempore
ſpecimen exhibiturum pollicetur: itaque poſtridie
quendam in publicum producit ad hanc fabulam
peragendam mire dextrum, qui faſcia obuolutis cer-
uicibus, vultuque ad morbum compoſito, dentium
dolorem ſimulat, ac ſubinde ingemiſcens ab obuiis
ſtipem eblanditur, atque aliquid remedii mitigen-
do dolori implorat: ibi nemo non ex numeroſiſſima
multitudine fomenta præſcribit, ac quid dolorem
confeſtim diſcutiat, confitenter profitetur: itaque o-
mnium ſuffragiis euicit is, qui contenderat nullam
præ medicorum turba in ciuitate numeroſiorem.
Nec ſane illum fefellit opinio. Idiota ſiquidem atq;
imperita plebs paſſim huius artis cognitionem ac no-
titiam ſibi vendicat, eamq. palam profitetur atq. im-
pudenter exercet, nullo experimento, nullaq; ratio-
ne inſtructa.

Rei geſtæ enarratio.

Quam

Quam varia ſit ac multiplex ſoli terræque natura & conditio.

CAP. XVIII.

Am vero vt aliquid ſuperiori argumento affine ad-
iciam, medicis cum primis obſeruandam cenſeo
rræ cuiuſque naturam, ſolique habitum. Hic ſiqui-
em efficit, vt variæ herbarum ſpecies emergant, di-
erſasque virtutes ac facultates hæ ſortiantur. Hinc
ippocrates Crateuæ montanas herbas, altisque tu- *In Epiſt.*
ulis enatas colligendas præcipit, cum firmiores ex-
ſtant ac robuſtiores, magisque efficaces, quã aquati-
e, propter terræ denſitatem, aërisque tenuitatem:
ores vero earum legendos, qui ſecundum fonticu-
s, fluuios riuosque naſcuntur, quos imbecilles, nec
ulti roboris, ſucciq. dulcioris eſſe ducit. Cum ita- *Quibus locis*
ue ex ſoli natura exacte conſiderata, herbarum vis *herbæ præſtan-*
c temperamentum cognoſcatur, ipſæque herbæ aliæ *tiores.*
liis locis delectentur, & terram maxime ſibi fami-
arem depoſcant, illarum diſcrimina, quæ aliqua ex
arte proſequitur Virgilius, obiter & veluti in tabula *2. Georg.*
epicta referam, quo ſtirpes ſuis quęque locis poſſint
ccommodari, minusque ob alimenti ſuccique ma-
ignitatem viribus deſtitui. Eo enim fit vt votis no-
tris non reſpondeant: effectuque exſpectato nos fru-
trentur, atque euanida ſpe illudant.

Solum aliud:

Gracile Macilentum	*Cinericeum ad colorem referatur.*
Macrum, Pingue	*Amarum, Dulce*
Oleoſum	*Acidum, Lentum*
Bituminoſum	*Glutinoſum Sabuloſum*
Gypſoſum, vel	*Arenoſum, Glareoſum*
Gypſatum, Argilaceum	*Lapidoſum vel*
Saxoſum, Ruderatum	*Lapideum, Teſtaceum*
Cretaceum, cretatum	*Calculoſum, Rarum*
Cineratum, cum	*Denſum, Robuſtum*

Tophaceum, vel à poro porosum
Friabile Tenue
Ieiunum, Sterile
Pratense, Frumentaceum
Restibile, Repastinatum
Defossum, Nouale, &
Veruactum, vulgo
Bracklandt
Putre, Solutum
Aridum, Stercoratum
Subactum, Strigosum
Squalidum, Fertile
Fœcundum, Salsum
Salsuginosum
Frumentitium.

Locorum alia

Aspera, Prærupta
Inuia, Auia
Inculta, Culta
Arida, Sicca
Arentia, Ieiuna
Siticulosa, Siluestria
Nemorosa, Siluosa
Plana, Campestria
Hortensia
Fruticosa
Maritima
Mediterranea
Edita
Accliuia
Decliuia
Algentia
Alsiosa
Æstuosa
Tepida
Egelida
Gelida
Montuosa
Nebulosa
Caliginosa
Cliuosa
Aquosa
Gumida
Palustria
Vliginosa
Irrigua
Humecta
Conclusa
Patentia
Aprica
Opaca
Densa
Vmbrosa
Ventis exposita
A vento silentia
Auræ exposita
Soli peruia
Subterranea, Retorrida
Exsucca, Succulenta
Calida, Frigida
Rorulenta, Salubria
Insalubria, Paludosa
Stagnantia, Squalida
Rigosa, Orientalia
Austrina, Feruida
Roscida
Occidentalia
Aquilonia

Luna

Luna radiis augescit, ut non maturescit botrus.

CAP. XIX.

Vna satis incrementum dat, maturitatem Sol. Illa siquidem humiditatē mouet, & turgescere quæque facit, sed ob imbecillitatem concoquere nequit. ...c videmus stirpes interdiu allicere alimentum calore Solis incitatum, noctu diffundere, ac per attractū humorē succumq; imbibitū adolescere, auctusq; atque incremēta suscipere. Vt enim vigilia & exercitatio, motusq; moderatus cibum digerit, atque in habitum corporis diffundit, noctu vero per somnū concoctione perficitur, quod in ebriis vinoq; distentis percipimus, quibus somno, crapula ac temulentia discutitur: ita Sole diem illustrante omnia maturitatē consequuntur: noctu vero Luna suas vices obeunte adolescunt, succoq. protuberant. Quod fit vt videamus rosas, lilia, omnisq. generis flosculos interdiu nō dehiscere, ac patulos fieri, verū noctu atq. antelucano: *Luna effectus in producendis stirpibus.* *Simile à facultatibus naturalibus.*

Solis ad occasum, cum frigidus aëre Vesper
Temperat ac saltus reficit iam roscida Luna. *Virgil. Lib. 2. Georg.*

Stercoratio quare Hesiodo improbata.

CAP. XX.

HEsiodus non indiligens rei rusticæ scriptor à plerisque inuaditur, quod sterquilinium in agricultura neglexerit: cum is facti non ignarus salubritati potius quam fertilitati consuluit. Ille siquidem alio lætamine sterilitatem expugnandam censuit, quam stercorandi vsu & consuetudine. Satis enim ex lupinorum, cicerum, pisorum, fabarumq. culmis vomere tempestiue subuersis, aliove pabulo prostrato, agrum vberem fœcundumq. effici existimauit. Quæcunq; enim ex stercoratis fimoque cultis agris proueniunt, vitiosos minusque salubres succos præbent. Sic triticum & Cerealia quæque à Curculionibus promtius infestantur, ac fruges, omnisq. generis legumina in eius- *Stercoratio insalubris.* *Vnde fruges corruptioni obnoxia.*

modi agris enata nec perennare poſſunt nec diuti
aſſeruari, quin vel ſitum contrahant, vel à tèredi
& vermiculis infeſtentur. Zythus quoque, eaque p
tio quæ Belgis Cereuiſia dicitur, ex huiuſmodi fr
gibus decocta, citiſſime vitiatur, atq; acorem cont
hit. Quamobrem recte, mea quidem ſententia, H
ſiodus illos agros aptos accommodoſq; ſementi ex
ſtimauit, quos venti temperati ſerenant, ſuaues Sol
radij fouent, vbi nullæ æquæ ſtagnant, nec culta ſte
coratione pingueſcunt, aut ſaltem mundo natiuo
humore ac calore maturitatem conſequuntur. Sic
nim illa quæ naſcuntur, diu perſeuerant incorrupt
atq. alimentum præbent ſalubrius. Fieri autem n
quit, vt in his regionibus viuaces exiſtant homine
aut valetudine inculpata, vbi aër ipſe, vel alimen
vitioſa ſunt ac putredini obnoxia. Quorum alteru
euenit, vbi ſtagna, paludesq. graueolentiā exhalan
alterum vbi non genuino humore, ſed aſcititio pi
gueſcit humus, ac ſtercorando excolitur.

Aër & alimẽta valetudini vel proſunt vel efficiunt.

Qua ratione Curculio, aliaq. beſtiolæ infeſtæ frugibus abi necariq. poſſint.

CAP. XXI.

NIhil eſt in vita hac caduca & mortali, quod ſu
non experiatur aduerſitates atque incommod
multiſque vexationibus atq; inſultibus non ſit expo
ſitum. Vt enim homines innumeris malis ſunt obno
xii, multaque illos circumuallant quæ valetudini v
tæque inſidiantur: ita & frugibus ſui non deſunt ho
ſtes, qui illas infeſtant ac demoliuntur, rubigo, culi
ces, formicæ, limaces, cochleæ, locuſtæ, blattæ, eruc
teredines, vermiculi, & qui funditus granaria depo
pulatur Curculio. Hoc enim genus vermiculi probo
ſcide quadam acuminata, roſtroque aculeato, alter
ſui parte triticum perterebrat, omnemq; ſimilagin
depaſcitur furfuracea tenuique ac caſſa relicta mem
brana. Huius teredinis multa examina ineunte ver
proger

Nihil ex omni parte beatum.

Calanders, Curculiones.

germinant, vbi frumenta Luna plena recens de- *Vnde frumenta*
issa, eaq; madida ac rorulenta, anteq̃ occalluerint, *corrumpantur.*
ondũtur, vel vbi granarii fenestræ Austrinis flati-
non Aquilonis sunt oppositæ. Siccitas n. efficit
mnia putredini minus obnoxia exsistant. Persua-
n est autem nonnullis, quorũ mea quidem senten-
nec vana fides, nec inanis auguratio, Deũ Opt. M.
nunquam hanc calamitatẽ immittere in vindi-
n eorum, qui plus satis lucro inhiantes, vel fruges
condunt, vel supra legitimũ tempus asseruãt ma- *Negotiatores*
inopũ detrimento, qui hoc commeatu destituti, *frumentarii*
m tueri nequeunt. Hoc enim alimentũ in eden- *odiosi.*
pascendique corporis vsum affluenter elargita est
uida Dei benignitas ac munificẽtia: adeo vt si ce-
a edulia desint, atq; obsonia quæq; desiderentur,
iari homines pane possint, eoq; inediã famemque
ari. Quamobrem grauiter culpandi sunt negotia-
es frumentarii qui magno tenuiũ damno, anno-
frugumque pretia intendunt, nec in summa ege- Corenby-
te granaria laxãt, quo illis quæstus sit vberior. Eo ters.
uidẽ fit, vt in remp. sint iniurii, atq; in plebẽ cuius
ledicta in se concitant, fraudulenti. Qui enim (vt
omon testatur) frumenta abscondit, illũ exsecra- *Prouerb. 11.*
populus; qui vero diuẽdit, huius capita fausta ex-
tat, beneq; precatur. Patitur tamẽ plerumq; Deus
iusmodi malis affligi nos, cum erga illum sumus
grati, cuius liberalitate ac munificentia cumulate *Cap. 37.*
imur. Siquidem per Ezechielem immissurum se *Quatuor cala-*
natur religionis ac pietatis desertoribus calami- *mitates à Deo*
es quatuor, famem, pestem, bellũ, & nocentes be- *homini immit-*
as: vt his diuexati ad saniorẽ mentem, agnitamque *tuntur.*
itatem perducantur. Quod si naturales causæ, non
ti numinis vindicta mali hoc inuexerit: ineunda
tio qua animalcula noxia vel abigi possint, vel in-
rimi. Nihil autẽ ad perimendos curculiones effica *Curculiones*
us, quam salsugo, in qua allium decoctum sit, si ea *quibus abi-*
gantur.

irrigentur pauimenta ac parietes, confestim enim
ilio repunt, ac granaria deserunt, odorisq; tetri hali
exanimantur. Idipsum præstant etiam Sagapenu
amurca, castorium, sæuina, sulphur, cornu ceruinu
hedera galbanum, ac graueolentia quæque, quoru
suffitum, nec serpentes, nec colubri, nec vespertili
nes ferunt. Quod indicat omnis eruditionis pare
Virgilius:

Lib. 3. Georg.

Disce & odoratam stabulis incendere cedrum,
Galbaneosq; agitare graui nidore chelydros.

Lupulus vulgo Hoppe.

Eadem ratione lupi salictarii nidorosos flosculos
fugiunt, qui etiam hominum cerebro infesti sunt, c
pitique grauedinem ac temulentiam inducunt.
militer & sambuci flores, quorum odor etiam eruc
arcet blattasque ac tineas perimit, quemadmodu
absinthium, ruta, mentastrum, abrotanum, sature
iuglandis folia, filix, pseudonardus quæ nobis laue
dula dicitur nigella, coriandrum viride. psyllium,
nagyris, pulices cimicesque interimunt, vel culcit
supposita, aut thoris, in aceti Scyllitici decoctione c

Naneel. *Napus.*

spersa. Obseruatum est autem nostra & auorum m
moria naporum semen, quod negotiatoribus Belg
cis quæstum præbet vberrimũ, miram obtinere vi
in prosternendis conficiendisq; Curculionibus, n
ratione deleteria, sed suauitatis illecebra. Cum eni
id dulce atque oleosum illud deserto tritico, auid
sime appetunt, eoque distenti pereunt. Quod ipsu
iis etiam vsuuenire solet, vbi fiscellis vuarum pass
rum insederint. Sic experimento comprobatum h

Dulcia aliquando vermes perimunt.

beo puerorum lumbricos vuarum passarum esu e
pugnari, si ieiunis, nullo admixto alio edulio illas e
hibeas. Vt enim amarulenta quæque, ita dulcia e
fluenter hausta vermibus inimica. Distendi enim i
los contingit ac disrumpi suauioris edulii copia. Si
etiam hominum ventriculus turgescit ac tormin
concipit, dulcibus affatim ingestis.

Lumbri

...bricorum vermiumq́, qui humanis corporibus innaſcun... ...r ſagacitas, & quid portendat per os naresq́, erepere.

CAP. XXII.

...ſum eſt nonnullis prodigii quiddam ſimile lum...bricos præſertim longos & teretes, ſurſum eniti, ...er os naresque erepere, cum id inſito quodam ...ræ motu facere ſoleant, ſi quando homo diutius ...nus perſliterit. Tunc enim ſtomacho morſus in...nt, ciboq; expleri cupiunt: quibus cum nihil ob...tur quo ali vitamq; tueri poſſint, in ſublime fe...ur, cibumq. ad gulæ vſq. meatum venantur. Sen...t enim ſagacitate quadam naturæ per illas par... ventriculum delabi alimēta, & cum nares per...ſint atque ad gulæ tramitem ſpectent eo quoque ...nferunt factaq; titillatione, vel ſternutamento ...untur, vel primoribus digitis prehenſi eximun... hæc in ſanis multoties à me ſunt obſeruata, qui...cum facti cauſſam explicaſſem, hac in re illos ſe...s præſtiti. In ægrotantibus vero hoc ipſum ali...ndo eueniſſe conſpexi, ſed nō abſque imminentis ...i præſagio. Tanta eſt enim in huiuſmodi corpori... contagio, eaq; putredo atque humorum inflam...io, vt exitialem vim morbi perferre nequeant: ...ue erumpunt quidam foras, ſed morbi ſæuitia, ... critice, nec naturæ vi incitati. Cum autem deſi...re morbi violentia, inferne cum reliquis excre...tis illos prolui contingat, ſalutare id eſſe Hippo...tes ſtatuit, ſpōte vero nulloque naturalis faculta...npulſu egredi, quod in moribundis perſpicimus ...umbenti noxiū. Subodorantur enim naturę qua... ſagacitate corpus defecturum, ſeſeq; deſtitutum ...limento, eoq; ſtationem ſuā deſerunt. Sic obſer...i eſt ſorices ac glires ædes ruinoſas deſerere, tri...tri etiam ſpatio antequā ſunt collapſuræ. Perſen...unt n. naturæ inſtinctu, ſenſim diſſolui contigna...em & ædium compagem, illasque breui ruituras:

Vermes naribus prolapſi.

Lib. 2. Aphoriſm. 18.

Glires ædes ruinoſas deſerunt.

Pediculi quoq; ac pulices, vbi corpus hominū ta
ſcere ſentiunt, omniaq; membra ſenſim ſanguine
ſtitui, vel ipſum deſerunt, vel illas partes occupa
quibus ſanguis calorq; natiuus diutius inhæret. I
Experientia de pediculorum ſagacitate.
pertū eſt n. à Libitinariis ac Veſpillonibus, in ea ſe
cuna recondere circa ſtomachi orificium; in q̄ deſi
cartilago enſiformis, vel in ea quæ mento ſubeſt,
vocali arteriæ incūbit. Siquidē illę partes vtpote c
di vicinæ ad extremū vſque halitū caleſcunt: q̄ cu
nonnullis qui ægrotis aſſiſterent mihi eſſet relatu
incunctanter pronunciaui certiſſimum id eſſe im
nentis mortis argumentum, iam iamq; emigranti
nimæ indubitatū indicium. Ceterum cum lumbri
rum paulo ante mentionē fecimus, hoc adieciſſe
ſum eſt operæ pretium multa eſſe, q̄ lumbricos v
trisq; interanea exedant, perimantq; : ſed nihil effi
cius exſiccatis in tegula ignita vermibus exhibitoq
illo puluſculo verminantibus cōfeſtim reliquos
hærentes corporis deiici continget eadē ratione, c
Lib. 10. c. 25.
Plinius, compluresque alii rerū abditarum indaga
res aſſerunt, homini à ſcorpionibus icto, remedio
ipſorum cinerem potum, in oleo vinove demerſu
Sic rabidi canis morſum curari teſtātur noſtrates
lis eiuſdem animantis exuſtis, illiſq. ex vino propi
tis. Propellit enim malum, viruſque facit innoxiu
ac corpori cui morſus illatus eſt, minus infeſtum
virus eliciat cōfic atque. Sic aliquando geminata
mixtaq; contrariæ facultatis venena, remedio ſu
non exitio. Quod feſtiuo epigrammate indicat Au
nius de vxore quæ virum aconito exſtinctum volu

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito,
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum.
Miſcuit argenti lethalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc ſiquis faciunt diſcreta venenum.
Antidotum ſumet qui ſociata bibet.

LEV

[L]EVINI LEMNII [M]EDICI ZIRIZÆI, OCCVL-TARVM AC NATVRALIVM Quæstionum

LIBER SECVNDVS.

[Hu]mores, non malos genios morbos inducere: spiritus tamen aë-[r]ios se iis vt tempestatibus immiscere, ac faces subdere.

CAPVT I.



ON desunt apud nos plerique qui cum sint in naturæ operibus sobrie exercitati, ac morborum causas, originem, progressus, quæque comitantur symptomata seu accidentia ignorent, atq; illorũ rationem assequi nequeant, in malos infestosque [g]enios, qui nostris incommodis continenter inuigi-[la]nt, hæc ipsa referant. Sic eos, qui ex tertiana febri [de]cumbunt, tertio quoque die subeunte venas, malo [g]enio diuexari: in quartana itidem, Synochis, hoc [est], cõtinuis febribus, quotidiana, ephemera seu dia-[ria], omnibusque febribus æstuosis atque vrentibus [ta]le quiddam euenire imaginantur. Quod ipsum [qu]am sit absurdum, ac ratione dissentaneum, quiuis [in] naturæ arcanis vel tenuiter versatus facile iudica-[ue]rit. Cum enim ex quatuor elementorum concre-[ti]one ac mixtura corpus humanum constet ac con-[fl]atum sit, totidemque humores complectatur, qui [ex] facultate seminis quatuor qualitatum, calidi & [h]umidi, frigidi & sicci sunt participes, quid aliud sta-[tu]i possit, quã ex horum intemperie, excessuq; ac de-[fe]ctu morbos excitari, suamque originem sortiri? Ar-[g]umento ꝙ illos mitescere videmus ac sopiri, sudo-

Humorũ prauitas, & copia morborum origo.

Naturæ ordo ac series.

ribus, sectione venæ, concurbitulis parti læsæ affix
hæmorrhoidum mensiumque profluuio, tum in
ctis clysteribus subditisq; podici balanis seu glandi
Constituit aũt Deus pro inæstimabili sua sapientia
natura rerũ motus ordinatos nec quicq̃ temere a
fortuito, sed omnia decenti ordine ac cõtinuata se
ferri voluiq; voluit. Sic sidera, elemẽta, Oceanus, a
ni tempora, cœlorũ orbes suos habẽt motus ac vic
certaq; lege decurrũt. Pari tenẽtur lege ac conditi
ne humores, q corpori humano inhærẽt, ac suos eff
ctus, ppriosq; motus ac certas periodos obtinent. S
vt per quadripartitas anni varietates suas quisq; hu
mor vices obeat, ac facultates viresq; in corpus exe
ceat. Sic sanguis eã conditionẽ ac vim sortitus est,
vere vigeat, suæque naturæ morbos ac febres paria
nempe continentes q̃ nullas prębent inducias, nec a
infebricitationem desinunt. Sic cholera æstate alte
nis dieb. reciprocante recurrenteq. æstu bilioso, te
tianã inducit. Pituita hibernis mensib. vbi cõputru
quotidianã intermittentẽ: Melancholia ineunte au
tumno quartanã: Sic diaria vno die, aut paulo post f
nitur, q ipsa nõ in humorũ putredine, sed in halituo
so eoq; accenso spiritu consistat. Hæc aũt omnia ead
ratione, pariq. ordine & modo pficiuntur, quo ortu
& occasus siderũ, Oceani æstus & reciprocatio, herba
rũ fruticũq; germinantiũ amœna grataq. vicissitudo

Humores sua tempora sortiuntur.

Cæterum, id admiratione non caret, q quatuor hu
mores certa horarum spatia, certasq; diei partes sib
vindicant, ac diẽ noctemq; æquinoctialem seu artifi
cialem per horas duodecim tẽporales sibi partiũtur
Quod à vero non esse alienũ experimento cõperi, cũ
horũ obseruatione, febrium accessiones indubitãte
prænuntiare soleã. Viget n. sanguis, Sorano Ephesio
teste, q̃ Euangelistarum more spatia decursusq; diei
ac noctis per horas æquales metitur, ab hora noctis
nona ad horã diei tertiam, quibus horis concoquitur
sanguis, atque ab hepate elaboratur. Quo fit, vt mens

Quatuor humorum decursus in corpore.

Matth. 20.

Mens hominis diluculo erectior ex sanguinis habitu.

lelucano exortoq; Sole fit alacrior, omnesq. cum
roti tum sani erectiores, ob suauem effluxum, gra-
nque sanguinis halitum. Bilis vero flaua suas vices
it ab hora diei tertia ad horam diei nonam, pro
npore naturalis vis ac facultas secernit à sanguine
oleram, eamq. ad fellis folliculum dirigit. Eoq. fit
sub id tempus homo ad iram sit pronior, ac leuissi-
e excandescat. Bilis autem atra, seu succus melan-
olicus ab hora diei nona vsq. ad horã noctis tertiã
munia exsequitur, clauoq. assidet. Quo temporis
triculo hepar defecatur: eluiturq. à sordido excre-
ento, idq. natura spleni destinat. Quo fit, vt illo ho-
rum decursu mens hominis obnubiletur, atque ex
a densaque fuligine animus mœrore contrahatur.
Pituita ab hora noctis tertia ad horam noctis nonã
ic succedit: tunc enim peracta cœna concoctio in
ntriculo perfici incipit, cibusque liquescere atque
xari. Quo fit, vt phlegma stomacho innatans, atq.
cerebrum delatum, hominem somnolentum effi-
at ac dormitantem. Quod si horum omnium exa-
rationem subduxeris, obseruabis iisdem fere ho-
s, quibus humores suis vicibus funguntur, accessio-
s, insultusque febrium inuadere, expletoq. singu-
rum horarum, quæ humoribus subseruiunt, spatio,
odo sinceri sint atque impermixti, consistere ac
rminari: Sic continẽtes febres & quotquot ex san-
uine ortum habent mane ingruunt, tertianæ sub
eridiem, hoc est, hora sexta, quæ nobis est duodeci-
na tam diei quam noctis. Quartanæ sub horam no-
am, quæ nobis tertia est pomeridiana. Quotidiana
x phlegmate circa primas noctis excubias. Quod si
umores redundent atque inter se, vt assolet, impli-
ati connexique sunt, non seruant legitimũ tempus
uosque insultus, tum acriores tum productiores fa-
iunt, magisque diuturnos. Vt enim venti conglo-
nerati sæuiores tempestates excitant, cum scilicet,

Humores quiq; certis horis vigent.

Simile à ventorum concursu.

Æneid. 1.

Vna Eurusq́, Notusq́, ruunt, creberq́, procellis
Africus, & vastos voluunt ad littora fluctus.

Ita vehementior fit morbus ex humorum concur
& confluuio, corpusque humanum sæuissime excru-
ciant congeminati morbi:

Ouid. Metam. lib. 1.

---- nam corpore in vno
Frigida depugnant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Horum effectuum causam, superuacaneum, imo fri-
uolum est, in malos Genios referre. Cum hæc omni
in humorum putredine atq; inflammatione, vel qua-
litate ac copia consistant. Ista siquidem efficiunt,
sint vel breues, vel contractiores morborum circui-
tus. Cum autē sanguis plurimum corpori inest, vni
eumq; continuum accessum facit: ꝙ in venarum cō-
ceptaculis, per quæ, tanq̄ riuos atq; aquæductus, vn-
dique sanguis diffusus est, putredo atq; inflammati
consistat. Quo fit, vt naturam, tanquam solertem
dumque consulē in seditione ciuili, belloque intesti-
no, continenter operi insistere, nullaque intermissio-
ne obluctari morbo oporteat. Pituita vero flauaq; bi-
lis atq; atra, ꝙ minus copiosæ sint, extraq; venaru
angustias cōstitutæ, non perpetuo, sed intermisse af-
fligunt, minusque sunt lethales ex huiusmodi humo-
ribus exorti morbi, ꝙ illis nō pateat aditus accessusq;
ad cor, partesq; principes, eoque non facile illis cla-
dem noxamque inferre possunt. Sunt tamen harum
febrium nonnullæ diuturnæ, partim quod materi
redundans sit, partim quod lento tenacique visco a
similis, adeo vt ægre concoqui possit, atque eliquari.
Quo fit, vt melancholicos rarius exhilarescere cōtin-
gat, nisi affatim & meracius bibant. Est n. is humo
impense frigidus ac siccus. Huiusmodi autem consti-
tutionis homines dictitare soleo ferro similes, quo
multo vrentiq; igni opus habet vt ignescat, quo subi-
gi malleis, fingiq; possit. Isti siquidem plurimo mera-
cissimo

Sanguis cur febres continuas excitet.

Simile à consulis solertia.

Melancholici non facile inebriantur.

Simile à candenti ferro melancholicis aptum.

imoq; vino indigēt, idq; inoffenſe perferunt: quo incaleſcere cœperint, mimos, ridiculosq; morio- ſe præbent. Camelū ſaltitare dicas. Nam cum ſint ura ſeueri ac tetrici, vino perfuſi, feſtiui affectant eri atque elegantes. Et quemadmodum non faci- vino cedunt, illoq; obruuntur: ita ægre illis temu- tia diſcutitur. Cum enim bibant affatim ac cibum erant affluentius: fit vt denſi fumi, craſſique vapo- tenacius fixiusq; cerebro inhæreant, adeo vt po- idie illis imaginationes melancholicæ ingraueſcāt: quidem ex heſterno mero nondum ſopito ac de- imato, totum renidet corpus ac ſuboleſcit. Simile im quiddam iis euenit, quod ædibus accenſis, quas metſi incendium nō funditus abſumſit nec omnia nflagrata ſunt; retorridus tamen ex ambuſtis odor, ribus ſe ingerit ac cerebro officit: Sic iſtis ex pri- ana crapula fuliginoſi olidiq; halitus, ac ructus ni- roſi, infenſi ſunt, mentiq; ac cerebro acres morda- sq; fumos inferunt quos cum excutere nequeant, q; identidem recrudeſcere phantaſmata percipiāt, nuo accumbere geſtiunt: quo vini vapores, atque illis ortas abſurdas imaginationes, vt clauū clauo tundant. Cum itaque ſic ſe habeant morborū cauſę que origines, eaque ſit humorū natura & conditio, nulla ratio potior excogitari vel iniri poſſit acceſ- onis inſultusque febrium, quā vel humorum copia, el qualitas, nō eſt ꝙ quiſquam exiſtimet aut opine- ır peruerſos Genios hanc concitare tempeſtatem, anc inducere intemperiē. Scio equidē, nec id graua- ſum admiſſurus, Dæmones, hoc eſt, ſpiritus aëreos ientia ac cognitione rerum imbutos, quiq; omnia ıbodorari ſolent, nō ſolum humoribus ſe immiſce- e, ſed mentes quoque humanas ad peſſima quæque nſtigare atque impellere. bonos quoque Genios, ſeu Angelos ſalutares ad optima quæq; adiumento eſſe, d eaque ſe præbere ſocios ac miniſtros: Sic Raphaël

Melancholicorum natura, vbi vino incaluerint.

Simile non inelegans ab accenſis ædibus.

Cruditas melancholicis noxia.

Mali Genii corpus & mentem oppugnant.

Tob.14. ſe itineris comitem addixit Tobiæ filio. Sic in Sa-
ſonem irruit ſpiritus Domini, & dilacerauit leone
tanquam hædum. In Saulem quoque inſiliit ſpirit
diuinus, & cum reliquis Prophetis vaticinatus e
2.Reg.10. Poſtmodum vero ſpiritus nequam exagitauit con
mouitq; mentem illius, atq; in Dauidis necem illu
Mali Genii vẽtos exaſperant. armauit. Sic tempeſtatib. ſe ingerunt ac fulmina to
nitruaq; exacuũt, adeo vt illis adnitentibus conuel
culmina ſpectemus, proſterni ſata: pecudes, armen
taq; ac greges confici: quanquam tamen ventoru
violentia atque impetus tale quiddam abſq; his effi
ciat. Sic Ecnephias & vẽtus Typonicus, cuius mem
Actor.27. nit Diuus Lucas, valide atq; impetuoſe terris maric
incumbunt, atq; ardẽtes faces, ignitoſq; globos eia
culãtur attritu ac colliſione nubium, adeo vt anten
A bombardæ violentia ſimile. nas velaq; aduri contingat. Similem vim ac violen
tiã vallis quamlibet munitis, bombardæ inferunt,
non ſolum ꝓximos quoſq. & quos glans attingit, fe
riunt, ſed longius etiam conſiſtentes, pauloq. remo
tiores proſternunt violento ſtrepitu, auræque ſibilo
Iob.12. Hæc & pleraq. alia licet naturali ratione fieri cõſtet
Dæmones tamen vel conniuente Deo, vel conceſſ
illis poteſtate ſe his immiſcere ſolent omniaq. ſæui
ora efficere. Sic Saulis melancholiã exaſperauit Sata
nas, atq. ad cædes & inſidias multaq. funeſta impu
lit. Quod tamen hic animi affectus, mentiſq; erro
ac perturbatio in naturales cauſſas referri poſſit, e
eo patet, quod citharæ dulcedine ſubſederit furo
ille, atque impetus animi: factaq; mens ſit ſedatior
Simile ab æſtu maris. Vt n. vbi turbines ac ſæuiores venti Oceano incum-
bunt, fluctus crebreſcunt, mareque exæſtuat; vt deni-
que melancholicis natura tetricis iactura facultatũ,
aliaq; incõmoda mœrorẽ conduplicant,illioſis im-
modicus vini potus, vel aſpera dicteria ſaleſque den-
tati iram exacuunt: Ita mali Genij, aut fraudulenti
conſultores hominum animos ad deteriora procli-

nes

in præceps agunt, adeo vt voluntas alioqui ala-
& promta, impetus consiliorum ipsasque actio-
moderari nequeat: quod ipsum indicasse vide-
Seruator, cum Petrum increpitans, Facesse à me,
uit, Satana: Quo nomine illum perstrinxit Chri- *Matth.8.*
s, quod illi aduersaretur, atque ab instituto con-
toque consilio, quo nos redimere statuit, auerte- *1.Pet.5.*
llius mentem tentaret. Et profectò nisi Deus Opt.
ax. singulari in nos fauore aduersarii furorem co-
eret ac retunderet, nūquam subsistere posset ho-
, ac se tueri aduersus immanissimam huius bel-
e ferociam. Omnem siquidem captat occasionem,
nesque tentat, exploratq; aditus, quo imbecilles
riatur, vt ventilet cribretque veluti triticū. Quo- *Luc.22.*
ca Dominus, vt palam testatur Iob, applicat illi *Cap.40.*
dium, hoc est, sæuiendi modum ac mensuram illi *Iobi locus ex-*
ribit, nocendiq; metas Satanæ constituit; neq; n. *plicatus.*
ra constitutum præscriptumque terminum pro-
edi fas est, nec patitur Deus quenquam supra vi-
, & quam imbecillitas humanæ naturæ fert affli-
Quo antidoto D. Paulus Christi nomine omnes
periculo, vitæque discrimine, in calamitate, mor-
s, inedia constitutos solatur ac fulcit, cum non si-
t Deus vllos tentari supra vires, sed commonstrat
m tentatione euentum, vt vel afflictio viribus no- *1.Cor.10.*
is respondeat, vel celeri effugio ab illa liberemur.
ec eo verbosius à me enarrata sunt, quo intelligat
quus lector id esse argumenti caput nostrique insti-
ti rationē: Humores præcipuam esse caussam mor-
rū: Genios vero, astra, ambientis aëris qualitatem,
aque externa concomitari, vt accidentia. Cum e-
m omnes animi impetus ratione mentisque iudi-
o sedari contingat, corporis vero morbos appositis
mediis atque optimo medendi vsu mitescere ac
nsopiri: qui alio referri velit origines caussasque
orborum quam in humorum copiam ac qualita-

Humores corporis quos mores pariant.

tem? Quod si cui insitos corpori humores excute[…] collubeat, atq; in se ipse explorare, qua vi ac facult[…] te polleant; experietur illos non modo corporis h[…] bitum, sed animi etiam mores constituere, sic tame[…] vt morum institutio, tum pietatis ac religionis cu[…] tus & obseruatio primas potioresq; partes obtinea[…] Sanguinis siquidem vel si qualitates spectes, calor[…] humor florido quidem corpore homines produc[…] at quod ad animum attinet, lasciuos, moribus Com[…] cis, simplices minimeque fucatos, ac tantum non st[…] lidos. Bilis flaua arido quidem corpore ac subfus[…] profert, sed calidos, subdolos, ingeniosos, feruidi a[…] dentisque ac concitati animi, prudentes, industrio[…] solertes, inconstantes, instabiles, fraudulentos:

Pers. Satyr. 5.

---- qui fronte politi
Astutam vapido seruant sub pectore vulpem.

Melancholic⁹ succus stabiles & cōstantes efficit, qui[…] que non facile à cōcepta persuasione resiliant, suam[…] que opinionem deserant: adeo vt si alicui sectæ addi[…] ctos esse contingat, mordicus illam tueantur, nec fa[…] cile ab illa resiliant: qui affectus in cholericis mitio[…] est; siquidem isti ob humores fluctuantes atque insta[…] biles, spiritusque tenues, leui momento alio transfe[…] runtur, & licet feruidi exsistant, & clamosi, placabi[…] les tamen sunt minusque pertinaces aut obstinati[…] Pituita ad formandos fingendosque mores inutili[…] est. Quo fit, vt hebetioris sint ingenii, nec ad vlla[…] functiones ac munia appositi.

Melancholicos, maniacos, phreneticos, quique ex alia causa fu[…] rore perciti sunt, nonnunquam linguam alienam persona[…] quam non didicerint, nec tamen esse Dæmoniacos.

CAP. II.

Humorum mira vis in concitanda mente.

MIra vis concitat humores, ardorque vehemen[…] mentem exagitat, cū ægroti in æstuosis febribu[…] linguam quam non sunt edocti, modo diserte, modo obscure & confuse loquuntur, quod in ἰνεργουμένοις[…]

ho[…]

e est, à Dæmone obsessis fieri non magnopere mi-
cum illi omnia calleant, rerumq; omnium scien-
n obtineant. Sunt autem humores tam violenti
ue atroces, vbi vel inflammati sint vel corrupti, vt
rum fuligo in cerebrum delata, quod in meracissi
o quoque vino affluẽter hausto obseruamus, pere-
nam linguam extorqueat. Quod si a malis Geniis
ficeretur, non consilescerent morbi purgantibus
edicamentis, nec iis, quæ somnũ conciliant, discu-
rentur. His n. & plerisque aliis, quibus abunde in-
ucta est res medica, rite adhibitis, restitui illos vi-
mus, atq; ad consuetũ loquendi vsum, mentemq;
iotem reduci. Cum itaq; feruentissima sit humo-
m ebullitio, vehemens quoq; sit spirituũ agitatio,
entisq; humanæ cõcitatissimus motus, & cõcussio,
æ voces quasdam inauditas, linguamq; prius inco-
nitã extundit, non secus q̃ ex contritu ac collisione
licis, emicantes ignitasque scintillas elici videmus.
st autẽ hoc menti humanæ insitũ, vt apposita aptaq;
t ad percipiendam rerum cognitionẽ, ipsaq; imbuta
t artibus ante illarum vsum. Sic vt non sit absimile
ero illud Platonis, Nostrum scire nihil aliud esse q̃
eminisci. Mens siquidem hominis omnium rerum
cientiam ac notionem in se ipsa cõplectitur, sed mo-
e corporis, densisq; humoribus oppressa non facile
lucescit, eoque vt ignis cineribus obductus, exsusci-
ari fouerique postulat, quo se proferant ingenii no-
is igniculi, naturæq; lumen resplendeat. Si quando
gitur diuina hæc potiorq; hominis pars anima con-
cutitur morbisq; exagitatur: ea profert quæ in inti-
po recessu latitabant, insitasque vires palam exserit.
Vt enim stirpes quædã nullum ex se odorem diffun-
dunt, nec aliquid suaueolẽtiæ exspirant, nisi subinde
commoueas manuq; demulceas. Sic quoq; non pro-
ferunt se ingenitæ facultates ac vires, nisi, vt aurum
n cote lapideque Lydio, explorentur. Pari ratione

Vt vini ita humorum vis mẽtem concitat.

Simile à silicis attritu.

Mens artibus imbuta ante doctrinam.

In Phæd.

Simile à sopito igne.

Simile non inconcinnum ab herbarum fragrantia,

Gagates succinum quod Amber vulgo dicitur: ne continuo paleas ac festucas aliaque venti ludibria ad se rapiunt, sed agitata atque attritu concalefacta. S cum pugiones acuis crebro, celerique motu, scinti las emicantes exprimis. Ex herbis quoq. & gemm naturæ vis percipi cognoscique potest. Pœonia siqu dem, viscum, fruxiculus, verbena, corallium, hæmat tes, vniones, smaragdi, aliaque amuleta, hoc est, qu noxia quæque amoliuntur ac depellunt corpori ap plicata, colloque appensa, præsentanea vi vel morbo discutiunt, vel sanguinem sistunt, aliaque pro insit facultate præstant: sed hæc omnia efficacius ac præ sentius intus exhibita, atq; in corpus assumta. Expe rimentum à generoso vino capere licet, quod nari bus admotum, odore quidem cor reficit mentemqu excitat, verum vbi in corpus reconditum delatumq est (siquidem in dolio nihil efficit sed in venas dima nans) tum demum vires suas explicat, atque homi nes quamlibet stupidos, disertos facit ac mire loqua ces. Acuit enim mentem vini calor, quæque in cere bri latebris delitescunt, prodit atque in apertū pro fert. Pari ratione ac modo humores homines affici unt, vbi tota vis atque impetus morbi cerebri sinus impleuit, mentemque ac spiritus cum vitales, tum a nimales concitare cœperint. Videmus enim nonnul los in æstuosis febribus, quæ fere æstate vigent, co piosos promtosq. fuisse in differendo, vsosq. oratio ne culta atq. elaborata, eoq. idiomate quod morbo defuncti nullo modo exprimere potuerunt: quos e go pronuntiaui non malo infestoque Genio diuexa ri, nec Dæmonii instinctu impulsuq. illos ista perage re, sed vi morbi, humorumque ferocia, qua tanquam face subdita mens hominis exardescit atque inflam matur. Illos siquidem, admotis capiti fomentis, ex hibitaq. somnifica potione, à morbo mentisq. erro re vindicaui: quo discusso, omnium eorum quæ ab his

Simile à lapidum ac stirpiū effectu.

Unde vis in concitandis spiritibus.

Simile à vini efficacia sumtum.

dicta factaque erant, profunda cepit obliuio, quo-
n nonnulla cum in memoriam illis reuocarem,
pudescere cœperunt, miratique sunt in tantum
excidisse mentem. Simili etiã ratione moribun-
quod in his excitetur ardens animi vigor, illosque
equam emigrent, rapiat diuinus quidam afflatus,
cinari solent, quæque euentura sunt, certo præ-
ere, idque diserte atque oratione tam meditata, vt
ntes admiratione afficiantur. Quod autem anima
ote cœlestis originis ac diuinitatis particeps, præ-
sit futuri ac vaticinandi perita imminente potis-
um morte, suo loco dicetur.

Cur anima migratura vaticinetur.

epilepsiæ, quam cum veteres tum recentes plebeii in certos Diuos referunt, violentia ac sæuitia: qua denique ratione expugnari possit. Obiter comitiali morbo, lethargo, apoplexia oppressos non confestim sepulchro inferendos.

CAP. III.

Vos effectus obtineant in corporibus humanis
humores, quidve efficiant, alias demonstratum,
Verum cum hi pro locorum ratione ac discrimine
iis diuersisq; modis illa afficiant, de his quoq; di-
ndum putaui quæ cerebro inhærent. Illi siquidem
i in celsissima parte corporis consistunt morbi, nõ
um dolores infligunt, sed sensum motumque eri-
unt, ac menti iacturam inferunt, quod in Apople-
& lethargo, quæque in teneriorem ætatem & se-
m muliebrem impotentius sæuit, epilepsia specta-
licet. Veteres reclamante Hippocrate, in peculia-
Diuos morbum comitialem referebant. Cũ enim
oxime adstantes tam subito miseros conuelli pro-
rniq; viderent, existimabant vel Diuos aliquos il-
infestos, vel malos Genios hanc calamitatem cla-
mque inferre: quocirca vota illis nuncupabant ta-
lasque votiuas erexerunt. Hinc nostra ætas Epile-
iam in multas species discriminat, atque aliam Di-
Ioanni Christi præconi, aliam Cornelio Huber-
que assignat, quorum simplicitati vt neminem de-

Morbus comitialis in quem referendus.

Diuis non assignandi morborum cruciatus.

cet insultare; ita sensim illam persuasionem illor animis eximendam censeo quo in naturales cau ista referenda intelligant. Pro habitu siquidē & c stitutione corporis, pro organorū ac meatuum a plitudine vel angustia, proq; humoris viscosi redu dantia, varias diuersasque differentias percipiunt, mutationes subeunt; hinc alii vlulant, canumq; mo latrant, alii sibilant ac dentibus strident, nonnu clamores edunt horrendos, atq; intentius vocifera tur: non desunt, qui prorsus obmutescant, cereb præsertim oppleto densis humoribus oppressoq diaphragmate atq; occlusis respirãdi fistulis. Quo f vt spiritus inoffense commeare nequeat, atque vlt citroque reciprocare; qui omnium acerbissime mi torqueri videntur. Horū autem symptomata graui inualescunt, ac sæuiora efficiuntur, cum vel luna in pleri vel inchoari incipit, aut vbi ea cor vel cerebru obūdet. Tunc enim humores maxime redundar præsertim vbi post Aquilonem Austri spirare cœp rint venti vt turbulenti atq; insalubres, ita frigidi humidi. Siquidē humida corpora, ciboq; & cœlo vt tes humido, huic malo sunt magis opportuni, mo boque comitiali expositi: argumēto quod impuber ac fœminæ potissimū eo infestantur, quibus nisi cir annum quintū & vigesimum, augescente calore n tiuo, qui siccius temperamentum inducit, desinat, v traque eam ætatem producatur; ad mortem comita solet, hoc est, non nisi mors finem morbo imponi eoque vita terminatur. Cum igitur tam euidens f caussa morbi comitialis, persuadendum censeo im peritæ plebi, non alio referendum, quam in natur les humanorum motus, quo minus exhorrescant ho mines, vbi spectare cogantur os rabidum ac disto tum, genas inflatas, buccas humore spumaque tu gidas: sed illos adire ne metuant, atque aliquo lenimen doloris medelamque afferre curent. Ho

Comitialis morbi differentia.

Luna morbos humidos exasperat.

Aphoris. 7. commen. 5.

Epilepticorum habitus formidabilis.

siqu

dem efficiunt ſpectatores meticuloſi ac trepi-
es, vt multi ſe crudeliter dilacerent, caputq; po-
s ac ſolo illidant, vtque multi deplorati iudicē-
eosque efferri contingat, ac ſepulcro deſtinari,
quam anima in auras prorſus euanuit. Comper-
n. habeo noſtra & auorum memoria, nonnullos
cto capulo reuixiſſe. Quamobrem lege cautum
conuenit, ne Libitinarii ac Veſpillones præpro-
quos mortuos exiſtimant, exſtinctæque animæ
iem præbere vident, loculo includant, eos præ-
m qui apoplexia, aut morbo comitiali, vterique
gulatione ſuffocantur, cum in illis nōnunquam
eſcat anima, quæ rurſus corpus ſpiritu vitaque
uit. In contagioſis autem febribus, vel cum peſte
ntur homines, nō neceſſe eſt, nec conſultum ar-
or tam anxie iſta obſeruare, cum ſtatim à morte
at contagio, atque adſtantibus labem inferat. Mi-
autem periculi imminet iis, q viuis peſte corre-
adſtant, infectisq; obſequium præſtant, q̄ vbi mo-
tibus adſiſtunt: tunc enim ſe diffundit contagio,
ue ad obuia quæque dimanat: Simile n. quiddam
poribus recens exſtinctis euenit, quod cereis, lych-
; ac funalibus, quæ accenſa nullam graueolentiā
bus offundunt; ac exſtincta, flammaq; ſopita re-
vndiq. fumantiq. odore cœnaculum complent.
plus periculi imminet, vbi animam exhalantibus
ſto ſunt, quam vbi aliquid adhuc vitæ ſupereſt,
vbi horas aliquot exſtincti frigent ac rigeſcunt,
od ſi paulo diutius, ſupraque legitimum tempus
uſmodi corpora reſerues inſepulta, olida efficiū-
cadauera, ſenſimque mephitim exhalant, ac ſanie
oque diffluunt, quod in apoplexia, frigidisque ce-
ri morbis raro contingere ſolet, niſi vel ſtatus cœ-
t calidus, vel corpora obeſa exſiſtant. Quæ ſi non
pediant, nec tale quiddam obſiſtat, non niſi elapſo
duo huiuſmodi corpora inhumanda. Siquidem

Apoplectici ſerius humandi.

Peſte exſtincti ocius humandi.

Simile appoſitum ab exſtinctis funalibus.

Humorum motus & reuolutio in mortuis.

expleto duarum & septuaginta horarum curricu humores sisti contingit, mouerique desinunt, qu luna eo temporis spatio, vnum Zodiaci signum pe gerit, cuius vi humorum decursus in corporibus p ficitur. Quæ ratio effecisse dicitur, vt Christus cap ta occasione Lazarum quatriduanum, in vitā posti minio reuocarit, ne quis calumniari possit illum n fuisse mortuum, sed animi deliquio correptum ex mentita morte reuixisse. Ipse quoq. cum negotiu salutis humanæ sua morte ac resurrectione pereg eandem occasionem arripuit. Siquidē præter id qu lateri vulnus lethale esset inflictum, totum triduu peregit in monumento, quo omnē ansam præciden iis, qui sinistre parumque reuerenter, nec satis pro d gnitate de illius morte & resurrectione sentire po sent, omnisq. illius dicta factaq. rapere in calumni In quo errore ac vesania Iudæi etiamnum persistun

Ioan. 11.

Christus cur serius Lazarum suscitauit.

Ceterum cum morbi qui mentē homini eripiūt, ta sint formidandi, vt nemo nō astantium horrore co cutiatur ac contremiscat, facturus sum operæpreci si remedia, eaq; pſentanea, nec ex triuio petita adi cero, quo quisq. etiam à re medica alienus, se suos munire possit, atq. ab iis immunē pſtare. Et quonia omnes cerebri morbi, pſertim qui ex frigido humo consistunt inter se sunt affines, singulis indiscrimin tim possunt accōmodari, nēpe memoriæ detriment vertigini, palpitationi, tremori, epilepsiæ, letharg apoplexiæ, nocturnisq. ludibriis, atq. incuborū sup pressionibus, qui morbus ἐφιάλτης Græce dicitu Inter innumera quæ his malis obsistunt ac medētu quatuor potissime efficacissima comperi, nō tam ex perimento, quam ratione comprobata: semen pœo niæ orbiculare ac nigricans, nam angulosum & coc cineum ruboreque perfusum, ad hæc inefficax est.

Incubus.

De maere.

Remedia incubi.

Scyllæ radix turbinata ac bulbacea.

Cranii humani ramenta.

Fruti

...ticulus aut virgultum, quod viſcum vocãt. Quo-
...n effectus, & qua ratione illos perficiant, ſingula-
...n demonſtrare pergam.
...æonia Galeno non minus decantata, quã Braſſica ...toni, non ſolum à qualitate elementari, ſed totius ...ſtantiæ vi ac proprietate ſpecifica hunc morbum ...pugnat. Pueros autem in quibus vis morbi minus ...ida, etiam à collo geſtata hoc morbo collapſos e-...it. Diſcutit enim conſumitque humorem pituito-...n, qui huius morbi eſt ſeminarium. Intus vero ex-...itæ huius baccæ, etiã in adultis efficacius id præ-...nt. Siquidem flatuoſum, imbutumq. veneno hu-...rem abſorbet, ac corpus ac temperamentum cali-...s ſicciusq. producit. Hoc autẽ ſemen præſtantiſſi-...um nõnulli aſſerunt, ꝙ à Pæoniæ, q̃ maſculi nomi-...deſignant, prima fœtura emergit. Diu n. ſtolones, ...inutiles frutices culmosq. effœtos, ac ſemine de-...utos profert. Vbi vero perfecte adoleuit ſiliquis ...iſcentibus, hinc baccas atro colore politas, hinc ...nos coccineo flagrantique rubore nitidos, oſten-...t, nigricans ſemen in vſum reſeruandum, non tamẽ ...vanitate ac ſuperſtitione, vt ſequentis anni ſemen ...datur inefficax, cum à decimo partu etiam qui e-...erſit fœtus, præſentaneam vim habeat, modo ne ...rioſus ſit & euanidus.

Pæonia quæ vi polleat.

Scylla facultate & viribus ...onia ſuperior, mirificam vim habet non ſolum in ...ilepſia, ſed omnibus morbis, qui ex lenta pituita, ...ſcoſisque humoribus contrahuntur, in quacunque ...rporis parte cõſiſtant. Eſt enim vi abſterſoria, quæ ...nacia quæque diſſoluit. In quem vſum ex eo con-...cta oxymelitis à me exhiberi ſolet cochleari men-...ra, quæ quoniam inſigni eſt amarore, cum ſerapio ...e ſtœchade illam diluo, nucisque miriſticæ ſeu mu-...atæ pauxillum admiſceo, aceto quoque ſcyllitico ...binde os collui pręcipio, ſic vt pauxillũ deglutiant.

Scylla quæ vi polleat in epile-pſia.

Porro Cranii humani ſcobes, aut ramenta præſen-

tanea quoque experior in exsiccãdis humoribus, ... huiusmodi morbos inferunt si pars aliqua ex mas... li calua lima accurate contrita, mari: mulieris ve... muliebri sexui exhibeatur, idque ex vino, vel oxym... lite Scyllitica, non sane occulta omnino proprieta... sed quod valenter exsiccet, qua ratione coagulũ, s... guisque leporinus dysenterias, aliaque profluuia ... pescit. Sic vsu atq; experientia compertũ habeo: o... humana dysentericis ex vino rubro exhibita, fluxu... sanguinolentum cohibere, adstrictoria ratione, ac... exsiccante, quod efficaciter etiã præstat μοσάσφαλτ... factitium, h. e. mumia Arabica, præsertim si mome... tum succini marini, quod vulgo spermaceti dicitur, a... misceas. Supradictis effectu proxima, ne dicã superio... viscum, eo opinor nomine insignitum, quod acin... seu baccis glutinosus humor subest qui digiti attri... lentescit, neque n. ea voce designatur viscilago ven... nata, mucusque glutinosus, quæ Ixia dicitur, qua li... guam inflãmari omniaq; interanea conglutinari c... tingit, sed planta fruticosa, qua nihil apud sacerd... tes Galliæ, quos Druidas Cæsar vocat, sacratius, nu... in terra, sed per anni virorem in ilice & quercu n... scens, non ex semine, sed ex palumbi, turdique excr... mento. Frutex is sæpius mihi conspectus est cubita... altitudine, colore intus porraceo, ac viridanti, fo... subfusco, folio buxi vergente ad croceũ. Quod omn... eruditionis parens, & quod nemo in cognitione r... rum versatior, eleganti carmine commonstrat Virgi...

Cranium calnaq; humana.

Ossa humana comitiali morbo idonea.

Viscum planta quo affectu cõtra epilepsiam.

Comment. lib. 9.

Æneid. 6.

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabant bractea vento
Quale solet syluis brumali tempore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos,
Et crocco fœtu teretes circundare truncos.
Latet arbore opaca
Aureus, & foliis & lento vimine ramus
Auricomes generans acinos, atque arbore fœtus.

Quo...

uo indicat poëta, nulla re magis cedere mortiferos
fultus, morbosq. cerebri lethales expugnari, quam
rei huius fruticis vsu & medela. Humores siquidē
naces discutit, extenuat, exsiccat, morboque comi-
ili mirifica vi medetur, puluisculo huius vino me
cissimo assumto. Restat iam vt Alcis vires excutia- *Alce*, Ee-landt.
us, quod animal Caprarum esse generis, sed maiori
rporis mole, Caius Cæsar in Comm. testatur. In *Belli Gall. l. 6.*
bliis Tragelaphus, seu Hircocernus dicitur, assimi-
Rupricapreis, quibus Iudæis vesci fas erat. Huius *Deut. 14.*
gula præsentanea vi pollet aduersus morbum Co-
itialem, quod multis experimentis comprobatum
beo, licet ratio mihi visa sit obscurior. Sunt apud
elgas, quod regio plus satis humida frigidaque sit,
que auster continenter spiret ventorum insaluber- *Auster epilepsiam excitat.*
mus, complures huic morbo obnoxii adeo, vt in
mpitis ac triuiis miseranda spectacula hominum
culis exhibeantur, sic vt passim ad hoc remedium
nquam ἀλεξίκακον, hoc est, quod malum depellat,
onfugiant. Mihi sane semel atq; iterum contigit, vt *Rei gestæ narratio.*
uliercula quædam in ædium nostrarum vestibulo,
nq̃ fulmine icta, concideret; quod vbi essem con-
icatus, accedo propius, atque annuli gestamen, cui
lcis particula inserta erat, digito qui infimo proxi-
us est, infero, illa euestigio erexit se in pedes, potu-
ue refocillata iter inceptum alacriter peragit, Alte-
a quædam cū domo abessem, præ foribus edito cla-
nore insolito, derepente in terram concidit, soloq.
aput illisit: ibi vnus ex familiaribus Alcis partē pal-
næ imposuit, manuq; in pugnū complicata, ꝙ annu-
o inclusa non esset morbum confestim depulit. Hæc *Qua ratione foris admota morbos mitigant.*
ieri crediderim specifica vi, abditaq; ꝓprietate sub-
tantiæ, vel ꝙ eximia exsiccandi, discutiendiq; pote-
tate polleat. Porro si esset res solida, statui posset ef-
luxum quendam emanare, qualem flores, olentes-
que herbæ effundant. Quod tamen fieri posse per-

ſuaſum habeo, licet emanantes ſpiritus tenues
atque aridi minimeque vaporoſi, adeo vt ſenſui
nus exſiſtant expoſiti, ab eoq; non niſi latenti vi p
cipiantur. Sic lapides, gemmæ, aurũ, ferrũ atq. æ
quæq. occultã quãdam vim exſpirant. ſed agitatio
concalefacta, aut eorum nonnulla ignita, manifeſti
odorandi ſenſum excitant, ſeſeq. corpori potent
inſinuãt. Quod ipſum percipimus: cũ celeri rapido
motu rotæ ferueſcũt, vel cum equi ferrata vngula
ſtrata feriunt vt igneſcant. Continuo n. fuliginoſ
ac retorridus odor in aëra ſe aurasq; diffundit. Qu
ſi effectus huius cauſſa non ſit ſatis euidens, nullaq
probabilis ratio excogitari poſſit: ſaltẽ ea vi iſta pe
fici ſtatuamus, qua monocerotis cornu aqua vino
immerſum venenata quæq. diſcutit, atq. araneas c
tactu conficit. De lapillis q hirundinũ ventri eximi
tur, tum qua vi epilepſiæ medẽtur: alio loco dicetu

Simile à rotis feruidis & ſilicibus ſcintillantibus.

Vnicornis veneni obſiſtit.

Qui fiat, vt morbi longi ſint ac diuturni, nec facile medicamen tis cedant. Vnde febres recidiuæ, vndeq; induciæ, atque inte miſſio. Quæ ſcire omnium intereſt, ne quis facile morbo ten tetur, aut vi illum cito exuntiat.

CAP. IV.

MOrbi diuturni, quiq; in longum tempus produ cuntur, non inſcite componi poſſunt, difficili longoq. itineri ac ſpinoſo, quod homo inualidus, parũq firmo corpore, denique ſuffarcinatus ac mole degra uatus cogitur pedibus emẽtiri. Ipſe propter itineri difficultatẽ, atq. oneris moleſtiam cunctantius pro greditur, premiturq. grauius, quam ſi vehiculo illum prouehi cõtingat, vel ab obſequioſo facundoq. comi te aliqua oneris parte leuari. Cum autem ob multas variasq. cauſſas morbos protendi atq. in longum tem pus protrahi contingat, inter ceteras illa mihi viſa eſt præcipua. Quod inter initia, primosq. morborum in ſultus ſincerum fidumq. Medicum accire negligant, qui præſcripta ſalubri diæta, ac medicamẽtis oppor-

A ſimilitudine exordium ex itineris difficultate.

Principiis obſtandum.

tune

le summaque dexteritate adhibitis, naturæ imbe-
itati possit adminiculari, illamque artis præsidio
tire. Est siquidem Medicus naturæ administer, e- *Medicus natura administer.*
que saluti ardenter inuigilat, ac conseruationi to-
incumbit. Quo fit, vt cum ignorent, quid ipsis vel
sit, vel officiat, nullo discrimine, nulloq. delectu
osos prauosque cibos etiam in ipsis morborum
essionibus insultuque ingruente; ingerant, quibus
pilatio ac putredo augescit, morbusque vires col-
t, atque omnis corporis vigor labascit. Quod si in
umnum morbi incidant:

Morborum siquidem cursus redit actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

lam gemina cooritur diuturnitatis caussa, partim
copiá frigidi viscosique humoris, partim ob lento-
m ac tenacitatem, autumnales enim hibernæque
ni partes refrigerant, densantq. humores, ac tardi-
em iniiciunt, caussasque diutius immorandi inne-
unt. Quo fit, vt non facile morbi desinant, aut discu-
ntur quod humores crassescant, ac concreti sint,
tisq. minus spirabilis exsistat. Vt enim pix, cera, se- *Simile à re fluxili.*
im, resina, omnisq. fluxilis materia hibernis men-
bus indurescit, minusque cedit tractantis fingentis-
ue articulis: sic frigido statu cœli humores ægre li-
ıescunt, ac dissoluuntur: argumento quod hyema-
tempore minus sudoris erumpat. Quapropter quæ
ehementer abstergent, ac meatus expediunt, exhi-
ere conuenit. Non secus enim humorum sordes *Simile à defricandis doliis.*
c strigmenta huiusmodi corporibus inhærescunt,
uam fex aut amurca doliis, quæ aqua salsa, vel mu-
ia macerari postulant, ac scopis defricari, quo nite-
cant, omnisque odor, quo sunt imbuta, aboleatur. A-
ioqui quidquid in illis reconditur, vitiatur; atq. ace-
cit. Quo mihi rectissime dixisse visus est Hippocra- *Lib. 2. Aphorism. 10.*
es: Impura corpora quanto magis nutrias, tanto ma-
gis lædes. Putrescit enim alimentum, ac corrumpitur

vitiosis humorib. admixtum, eoq. fit, vt diutius c
malo luctentur, aut si quando medici industria,
naturæ viribus morbus mitescere cœperit, oborta
uissima occasione, recrudescit, ac redintegratur. N
ua siquidem, recensq. corruptio ac putredo corp
inducitur, quam comitatur fœdus odor & graueo
tia, quam etiã ex halitu percipimus, quæ per corp
late diffusa spiritus vitiat, caloremq. natiuum, qu
perspiratio inhibeatur, exstinguit. Quo spectat i
Lib. 2. Aphorism. 12. Hippocratis sententia. Si qua vestigia, vllæq. reliq
in corpore resideant, morbos recidiuos excitari,
bresque reaccendi, neq. enim alimentum in corp
assumtum vires auget, sed praui succi admixtio
corrumpitur, morboque dat incrementum, quod
quartana, nothisque ac spuriis tertianis perspicim
cum Medico non acquiescunt, nec commoda vict
Vnde febrium induciæ. ratione vtuntur. Intermittuntur tamen hæ febre
præbentque inducias, quia extra venas humor con
stit, atque à corde est remotior. In continuis aute
febribus indesinenter affligi homines contingit
acres mordacesq. fumos inflammati sanguinis, bili
que accensæ intra capacitates ductusque venarum
qui cum non habeant liberum exitum ac perspirati
è directo cor atque hepar feriunt, suaque putredin
ex oppilatione coorta, inclementius infestant quar
Sanguis putredini obnoxius. si foras extraque venas effundi contingat. Siquiden
cum magna sit humorum copia, ac putredo vehe
mens, magnaque huius ad putrefactionem proporti
(sanguis enim ex calidi & humidi qualitate propriu
putredinem concipit) fit vt continẽter hæ febres sæ
uiant, ac celerrime ad statum properẽt. Vnde Hippo
crates morbos vltra decimum quartum diem non
produci asserit: nonnunquã vero, vbi materia furio-
sa est, ac turgescit, quinto die, septimo nono, vel vn-
decimo terminari. Contrario modo se habent mu-
sæ febrium, quæ per circuitus statisque vicibus in-
uadunt

funt ex vi quadam & qualitate humori ingenita, inque ac temporis ratione, qua fit vt intermiſſe ac-um faciant: vt anticipent, vt ſegnius ſeriusq. mo-antur, vt inſtabiles ſint atq. inconſtantes, vt paro-imus longius protrahatur. Anticipant autem ac-ſiones, atq; inualeſcunt, vbi humorem augeri con-git, atque ardentius inflammari, aut vbi aliquis er-r commiſſus eſt, aut in cibo potuque aliqua ſubeſt emperantia. Cunctantius vero tardiusque inuadit ue inſultus miteſcit, cum materia minuitur, diſ-ſaque oppilatione ac putredine, ſenſim oppilatio itur ac conſileſcit. Cum autem humor alter alte-s naturam adſciſcit aut locum demutat, vel alte-s commiſtione confunditur, nullo ordine, motu-e inſtabili circuitus procedunt, nec vllum certum ſeruant accedendi modum. Longam acceſſionem it humor vaporque copioſus, ac late per corpus uſus, craſſus deniq; ac viſcoſus. Siquidem vt ligna midia ac virentia, non niſi longo tempore inflam-ari conſumiq. poſſunt: vtq. caro bubula, præſertim tes & annoſa diu elixari poſtulat: ita humor viſco-l diutius macerari debet ac concoctione molleſce-fierique fluxilis quo excretioni reddatur idoneus. eterum cum paulo ante demonſtratum ſit, humo-s vbi extra venas putreſcunt, atq. in quauis corpo-parte inflammantur, intermittentes, quæque re-irandi ſpacia concedunt, febres excitare: eoſdem erunque obſeruamus continuos motus ciere tam-ſi extra venas conſtituti ſint, cum copiæ tum fero-tatis ratione. Quod ipſum in partibus φλεγμονῇ e. inflammatione obſeſſis, in carbunculo: in bubo-bus, omnique apoſtemate contagioſo ac peſtilenti rſpicere licet, in quibus febris accenditur non in-rmitten: ſed continua, tametſi virus extra venas e-ptionẽ fecerit atq. à corde ſit remotius. Vis enim eſtifera ac venenata ad cor penetrat, partesq; prin-

Anticipantes febres.

Retardantes febres.

Inſtabiles & errabundæ febres.

Longæ febres.

Simile à virentibus lignis & annoſa carne.

Intermittentes febres.

Carbunculi extra corpus febres excitant continuas.

cipes infeſtat, ac ſpiritus cum naturales, tum vi inficit. Quo fit vt huiuſmodi morbi etiam inter a tos referantur, quod celeriter ad ſtatum propera ſubitaque fiat vel ad mortem, vel ad ſanitatem m

Simile ab vrbe obſeſſa deſumtum.

tatio. Simile enim quiddam illis corporibus euen quod vrbi obſeſſæ, quæ iam acriter ab hoſtibus o pugnatur, ac machinis tormentiſque bellicis nu intermiſſione concutitur, vt non videatur diu poſſe ſubſiſtere, hoſtiumque violentas impreſſio perferre adeo vt ſingulis momentis opprimenda deatur, niſi bombardis ac catapultis viriliter ſe ho opponat, vel eruptione facta illum propulſare ac c ficere pergat: nam deditione ſalutem vitamque pa ſci, quod hi faciunt, qui vel hoſti, vel morbo ſegnit obſiſtunt, ingeneroſum eſt, ac plerumque damno c iunctum, cum plerumque victores pactis ſtare nō ſ leant, fidemq; fallere: ſic in morbis acutis vſuueni ſolet, vt ægroti violentiam morbi non ſuſtineant, v traque dies quatuordecim vel citra eos vitam pro gare nequeant, niſi natura validam fortemq; ſe pr beat, atque artis Medicæ præſidio acriter morbo o

Vt beſtium ita morborum inſultus propulſandus.

ſiſtat, depulſoq; ac confecto hoſte victoria potiatu qua adepta, ægre quidem vires colligit; atque ob vi illatam non confeſtim conualeſcit, ſed inſtaurare v res pergit, atque vt conquaſſata conuulſaque mœn ac propugnacula erigere.

A morbo vires inſtauranda.

De iis qui ſubducto lecto ſomnoq; oppreſſi ambulant, ac per ptant culmina, aditusq; tabulata multaq; perficiunt do mitantes, quæ vigilantibus acceſſu aditúq; ſunt difficil ma, quæq; ſumma cura perficere præſtareq; nequeant.

CAP. V.

Contingit nonnullos in florenti equidem, viuid que ætate (nam ſeniculi vtpote ſpiritu vitali v extincto, vel flaccido, tale quiddā moliri nequeun vt qui etiam in genialis thori adſcenſu ſunt ſegues a tardiuſculi) intēpeſta nocte, vel antelucano, exſili

ꝺcto ſe ſubducere, quæq; acceſſu adituq; vigilan-
ſunt difficillima perficere, eaque tam inoffenſe
gere, vt nemini non ſpectantium admirationem
oremq; incutiant. Quod ſi illos non interpelles,
ab incepto reuoces, ſenſim ſe denuo in lectum
rant. Cæterum cum iſta obeunt, ſi illis nota a-
aq; voce, aut eo nomine, quo Chriſtianiſmo ſunt
gniti, ac baptiſmo initiati, compellare pergas, ex
lternatione, incuſſoq; terrore, ac perturbatione
idunt, diſſipatis ſcilicet ſpiritibus, diſcuſſaq; vi ac
ltate naturali, qua illa perfecerunt: itaq; permit-
di ſunt ſuo motu ferri, atque in priores ſedes ſe
nte recipere. Qui vero incubo opprimuntur, no-
niſq; ſuppreſſionib. fatigantur, quod ſit vbi cor-
c cerebro fuliginoſi denſiq; ſpiritus incumbunt,
icari debent proprioq; nomine excitari: confe-
n enim, etſi non magnopere vocem intendas, ſibi
ituuntur, atq; ad ſe redeunt, diſcuſſis ſcilicet fu-
ac ſubſidente ſanguine qui per riuos, ductuſq; ve-
um diffunditur. Magna autẽ ex parte hic affectus
unte vere illos corripit, q̃ aſſidue ventriculi cru-
ate laborant, quiq; frequentius in dorſum, ac re-
ini decumbunt. Quo fit vt parulis oculis atq; in-
uenientibus, apertoq; ore atq; hiante, magno vale-
linis incõmodo ſomnum capiant. Subito n. velut
ui ingruente mole eam anguſtiã pcipiunt, vt ſup-
eſſa voce ſuſpiria gemitusque plorabundos edant,
amen, vbi quis inditũ illis nomen inclamat, ocyus
n latus deuoluunt, illasq. ſtriges ac lemures, quib.
pprimi imaginantur, excutiunt. Contrario modo
iciuntur noſtri ambulones, illi ſiquidem clauſis o-
lis in tenebris dimicant, ac ſtrepitu tumultuque o-
nia complent, nonnunquam ſilentes ſurſum deor-
mque rapiuntur, ac nullo fulti adminiculo ſumma
ctorũ faſtigia adſcẽſu ſuperãt. Quæ ab iis fieri per-
aſum habeo, ex ſanguine turgido ac ſpumanti, tum

Ambulare ac vociferari in ſomno unde eueniat.

Ambulones nocturni non appellandi proprio nomine.

Incubus.

De maere.

Decubitus in dorſum noxius.

æstuoso feruidoque spiritu, quæ in mentis seden-
lata animæ vim ac facultatem, qua functiones
perficit, partesq. instrumentarias ad actiones im-
lit, agitant, atq. ad huiusmodi motus effectusq.
citant. Quo fit vt corpus spiritus animalis impu-
qui neruorum ac musculorum robur, hoc est, sen-
di mouendiq. munus in cerebro continet, ac tue-
in sublime feratur, eiusque vi etiam per somnum
tales actiones incitetur. Sunt autem istiusmodi c-
ditionis homines raro laxoque corporis contextu
molis exiguæ, sed magna spiritus agilitate, animo
feruido. Vnde euenit, vt si vel extremis manuum
dumq. articulis prehēdant aliquid, se librent ac i-
ciant, contractisq. tabulatis adhærescāt. Simile en
quiddam iis corporibus accidit, quod turbinatis i
doliis, quæ apud Belgas Oceani ostiis iniiciūtur,
nautæ fidam stationem, tutumq; portum conseq-
tur ac loca vadosa, scopulosq. latentes declinēt. I-
siquidem licet ferreis laminis obducta sint, caten-
que reuincta ac ponderoso ingentique saxo alliga-
fluitant tamen ac mari innatant, nec nisi dehisca-
in imum deuoluuntur: quoniam spiritu ac flatib-
aereque copioso adhibitis in eum usum follibus, c-
pleta sunt. Sic isti quoniā flatibus turgescunt, ac s-
ritu aëreo implentur, in sublime rapiuntur, ac susp-
so, leniq. gradu vt limaces, ac cochleæ, quæ cum oc-
lis carent, ꝓtensis cornib. prætentant iter, editissim-
quæq; perreptant, nocturnasq. ambulationes per-
ciunt. Quod vero inoffense nulloq; corporis incom-
modo ista peragant; nec labi contingat, aut in pr-
ceps agi, eo fit quod sensim ac nullo metu nullaq
trepidatione, aut discriminis respectu ista aggredia-
tur, quæ plerunq; vigiles à rebus anxiis ac periculo-
vel auocare solent, vel deterrere. Siquidem non al-
ratione hæc attentare solent, quam ebrii ac men-
capti: qui inconsulte, magnaque temeritate atq
audaci

Feruidus spiritus caussa motus in somno.

Simile à marinis doliis.

Simile à limacibus corniculatis.

cia, pericula quæque aggredi non metuunt, qui- ... postridie, aut vbi mente constare cœperint, in ... oriam reuoces, quid egerint, quantaque discri- ... subierint, omnia prorsus excidisse sibi ingenue ... tur, totoque corpore horrescunt, cum ab aliis ... us se periculis obiecerint, quasve tragœdias at- ... ntemperies excitarint, referri audiunt. Quod si ... smodi corporibus humores minus exæstuant, ... orque sit spirituum ardor atque agitatio, vocife- ... tantum illos ac subsilire contingit, sed lecto, spō- ... te inhærere, neq; enim tam validi sunt, tamque ... enti spiritus, vt subtollere corpus possint. Cuicū- ... enim Hippocrate teste, cerebrū incalescit, quod ... osis fit, non pituitosis, hi noctu clamitant, ac tu- ... tuantur, præsertim si tumultuose ac feruide sua ... tia, actionesque diuturnas perficiunt, rerumque ... um satagant. Vt sunt ardeliones quidam, h. e. ho- ... es inquieti ac iactabundi, qui omnibus se nego- ... ngerunt, atque vltro citroque discursant, miris- ... vtuntur gestibus, quos etiam ex oculis deprehē- ... e licet, ex vultu, incessu, vestitu, totoque corporis ... itu, quorum singula variis modis componunt, at- ... immutant aliamque personam subinde sibi ad- ... cunt, nempe vel histrionis, vel palæstritæ, aut de- ... ue agyrtæ, h. e. circumforanei circulatoris, qui ad ... as plebem conuocat. Quo fit, vt in somno exsili- ... ac plausum strepitumque excitent ob simulacra, ... sensui occurrunt, quæque voluntati, atq; actio- ... us diurnis correspondent. Sic singuli nostrum, cū ... erdiu intente aliquid agimus, serioque tractamus, ... um rerum species ac spectra noctu animo obuer- ... tur, vocesque clamosas ac turbulentas extorquēt. ... od Lucretius hoc carmine expressit:

Lib. de Comit. morb.

Ardelio Tant a faire.

Homines interdiu inquieti, noctu clamosi sunt.

In somnis eadem plerosque videmus obire:
Caussidicos caussas agere, & componere leges,
Induperatores pugnare, ac prœlia obire,

Nautas contractum cum ventis degere bellum,
Et quo quisque fere, studio defunctus adhaeret,
Aut quibus in rebus multum sumus ante morati,
Aut in qua ratione fuit contenta magis mens.

Quæ enim toto die nos fatigare vrgereque sole inclinato iam die in cerebrum assiliunt, nocturn intemperies excitant, aut saltem mentem iis oc patam detinent, vt somnus non sit placidus, sed (iectis imaginibus identidem interrumpatur.

Ex his qui submersi sunt, virorum cadauera supina. fœmi rum vero prona fluitare, exemtoq; pulmone non emergere

CAP. VI.

Lib. 7. cap. 17. Compertum est apud Belgas, quod Plinius etia testatur, corpora virorum, vbi submersa sunt pina, atque erecta in cœlum facie, mulierũ vero pr na, vultuq. in fundum inclinato, fluitare. Quo natu creditur pudori sexus cõsuluisse, ne ea in cõspectu venirent, oculisq. hominum exhiberentur, q̃ dece tius obteguntur. Mihi vero ea excogitata est ratio mulier ventricosa sit; protensoque vtero, ac conc ptacula laxiora obtineat, magisque patentia aluu intestina, meatus vrinarios, vbera fungosa ac præt mida, quæ quoniam vbertim atq. affluenter humo implentur, degrauari vẽtrem pondere atq. aquaru distentione contingit, deorsumq. ferri. Quod ipsu *Simile ab vtriculis fluitantibus.* in vtriculis ac vasculis perspicimus obturatis, quo pars quæ aërem continet, sublimis exsistit: quæ hu morem, subsidit, ac deorsum voluitur. Idipsum & *Ouum & ambra salsugini immissa fluitant.* ouo animaduertere licet, ꝙ salsugini iniectum flu tat quidẽ, sed pars cui pondus inest, premitur ac sub sidit: pars aëre oppleta, illa scilicet quæ rupto put mine lacunam exhibet, vbi peruetusta sunt ac subs lida, eminet, sursumq. nititur. Quod nisi capacior meatus ac conceptacula ampliora huic sexui natu indidisset, qua, cedo, ratione ac modo concubitu

perfi

ri possit? Quid conceptui ac gestationi qua taci- *Mulier viro patentiores habet meatus.*
ctibus intumescit vterus, atque incrementum
sit fœtus, esset adiumento? Quid laborioso an-
ue partui, quo membra distendi debent ac dila-
vt eniti possit clemētius adminicularetur? Quid
q. conferret infantis nutritioni; nisi vterus, eius-
fauces & vestibulum ad eum modum essent cō-
ta, nisi nitidæ, tamq. decore protuberātes mam-
e; quæ tanta lactis vbertate scatent, ad eum vsum
at accommode? Cum itaque mulier omnes sinus
uitates ampliores habeat multumque humoris
bat, necesse est vt ea corporis pars subsidat, ac
exa constituatur, quæ plus aquæ concipit. Vir au-
adstricta habet ilia, meatus vrinarios angustos:
mento quod mulier magis calculo periclitetur,
liculum minus prorensum, coxendicis ossa va-
ac ponderosa armos robustos, scapulas amplas,
i spinā cum vertebrarū connexu firmam, pulmo-
fistulosum ac prælargum, ex quo viris vox grauis *Cur vox viris robusta fœminis exilis.*
nora, fœminæ ob pectoris angustiā exilis & gra-
. Quæ omnia indubie efficiunt, vt cadauera viro-
in dorsum, mulierū in ventrē innatēt. Si quidem
ra comparatū est, vt graue quodq. deorsum, sur-
autem leue feratur. In q̃ causam etiam referen-
censeo, ꝙ aqua suffocati non confestim emer- *Qui statim non emergant submersi.*
t. Siquidem cum corpus vndiq. humore oppleri
tingat, atq. aquarum pondere degrauari, sursum
i nequit, quandoquidem nihil aëris in se conti-
, omnisq. spiritus per aquę gurgitem excussus est,
ue euanuit. Intra septimi vero diei, aut noni spa-
n corpus diffluit, soluitur, ac tabescit, multumq.
is pulmo concipit. Atque hinc est, quod nostrates *Quoto die submersi emergant.*
beii dictitare soleant: nono die rupto felle emer-
um, non ꝙ folliculus fellis disrumpatur, sed quod
eo, reliquisque conceptaculis vuidis, atque aquæ
dore flaccidis, humores effluāt. Quo fit, vt corpus

attenuata carne fluidum efficiatur, ac pulmo spo[...] instar fistulosus, concepto copioso aëre, cadauer [...] ducit, auræque restituit; hoc siquidem viscus a[...] innatantes fulcit ac librat, & quo quisque illud h[...] amplissimum, multisque foraminibus peruium [...] implicitum, eo diutius anhelitum cohibere po[...] fundoq; longiori spatio inhærere. Sic enarrantē [...] diui D. Vesalium excellentis ingenii, summæq; e[...]ditionis virum, Maurum quendam vrinatorem Fe[...]riam ex triremi adductum, qui vnus longius pro[...]cebat vocem, ac continuo clamore, absq; respirat[...]ne, insistebat diutius, q̄ quatuor robustissimi pugil[...] Idem rursus cohibito suppressoq; spiritu ac narib[...] oreque occluso absque vlla halitus animæque re[...]ctione, cū illis certabat. Quo naturæ munere ho[...]rat consecutus, vt semel atque iterum captus, elap[...]sit, mergoque aui similis, intima maris per semiho[...] spatium penetrans, captiuitatis iugū morte acerbi[...] excussit. Hoc itaq; commodi cuique præstant am[...] capacesq; pulmones, vt celeriter iter conficiat, vt n[...]tandi peritus, diutius aquis incumbat, vt in fluēta d[...]lapsus, minus cito demergatur, vtq; aquis suffocat[...] post paucos dies emergat. Quod si mortuo hi spira[...]di folles eximantur, quod piratas quosdam factita[...] audio, fundo inhæret, nec vnquam sursum nititu[...] quod spiritus aërisque adminiculo destituatur.

Memorabile de Mauro.

Pulmo prælargus quid commodi afferat.

Submersorum corpora vbi emergunt, atque in conspectum pr[...]ducuntur, tum eorum qui interemti, confossiq; sunt, præse[...]tibus amicis, aut eo qui interitus caussa illis exstitit, è na[...]bus, aliave corporis parte sanguinem profundere.

CAP. VII.

Sanguinē mortuis profluere.

CVm multa sint in rerum natura quæ nobis adm[...]rationē, stuporemq; incutiant: tū illud inter pr[...]cipua referendum censeo: quod sanguis ex vulner[...] interemti profluat præsente illo qui id infixit, eiusq[...] facinoris est conscius & quod demersorum cadaue[...]

aqui

exemta, ex aliqua corporis parte sanguinē pro-
unt, si præsto sit amicorum aliquis, plerumque
rubrum ac floridum, quasi facultates, spiritusq.
es, qui humores agitant, nondum essent sopiti.
id obseruatum est à magistratu, præfectoque
s Belgicæ, qui corporibus, quocunq; fati genere
imantur, adesse solent, eaque conspectare pro-
priusquam sepulchro inferātur. Qua autem ra-
hæc fiant, non promtū est cuiuis expedire. Scio
dem mortuis ad tempus vim vegetantem inesse
ua crines, vnguesque succrescunt, humore insito
ri externo suppeditante alimentum. Sic stirpes
cesque amputatę, aliquot dierum spatio fronde-
t, ac flosculos proferunt, si irrigari, fouerique a-
contingat. Subest enim, insitaq. est vis quædam
ralis cauliculis, quam à radice sunt consequutę,
i euanuit arescunt folia floresq; decidūt. Sic fieri
est, vt sanguis qui in venis delituit, agitato moto-
corpore erumpat. Videmus n. tales à baiulis ac
orib. in terram subduci, ac modo pronos, modo
nos cōstitui, sursumq; ac deorsum deuolui. Quo
t venarum ora reserentur ac dehiscant, tum san-
qui nondum genuinam naturam, aut calorem
it, è corpore profluat. In his autem, qui iā pridem
imati sunt, ac serius reperti, non sanguis rubicū-
, sed cruenta quædam sanies ex vulnere defossi
llat. Si vero casu vel ruina, vel denique oppressi
, parte qua meatus corporis patescunt, sanguino-
us liquor emanat, nēpe aut per os, nares oculos,
es, infernasq. sedes: Sic plerūq; videmus ex fluido
oq; cadauere, vbi duob. tribusve diebus seruatur
pultum, sanguine cōmixtum liquorem profluen-
um vespillones crebro motu atq. agitatione fere-
m ex humeris gestant. Boues quoq; ac tauri post
ienam laquearibus affixi, solum ac pauimentum
guinis stillicidio cruentāt. Quamobrem coniicio

Succisæ stirpes ad tempus germinantes.

Sanguis homini ex consternatione subito erumpit.

ex simili caussa iam memorata proficisci. Ceterum illud mihi vero magis consentaneum videtur, am eis, aut illi qui facinus admisit, conspecto cadauere ex subita consternatione sanguinem ex narib. erum pere, quod facultates naturales, ac mentem vehe menter concuti ac percelli contingat, humoresqu non consistere, sed vltro citroque commeare. Illo siquidem varie affici videmus, nec lingua mentequ constare, ac modo rubore suffundi, modo expallesce re, metuque contremiscere, qua perturbatione effi citur, vt ex continenti intuitu sanguis vel inuitis sca turire incipiat. Quod ipsum pleriq; etiam vsuuenir perspicimus, vbi inopinato oculis mentique acerb quædā obiiciuntur, aut funesta quædā imagination concipiunt. Quod si quis statuat propinquos, ac san guine coniunctos sympathia quadā, h. e. mutuo natu ræ cōsensu sanguinem elicere, facinorosum ac patra ti sceleris reum antipathia, ac dissensione, tacitaqu discordia id ipsum efficere: non futurus sum in ea re contentiosus. Hoc tamen minus grauate sum admis surus, sanguinem ex plaga exprimi, tametsi obligata, obductaque sit, ac fasciis deuincta, si ille qui facinus admisit, ex aduerso constituatur. Tanta n. ac tam va lida latētis naturæ vis atq; imaginatio, modo aliquid vitæ supersit, aut corpus mortuum incalescat, vt san guis ebullire, accensaq; bile efferuescere incipiat.

Referuescit sanguis mortuis.

De infantium recens natorum galeis, seu tenui molliq́ membrana, qua facies tanquam larua, aut personato tegmine obducta, ad primum lucis intuitum se spectandam exhibet; Helm vulgo vocant.

CAP. VIII.

Anilis opinio de infantium galea.

INoleuit absurda quedam persuasio, eaque non solū imperitæ rudique plebi, sed magnæ existimationis, primiq; nominis aliquot Medicis imponit, plerosque infantes non absque boni alicuius malique ominis præsagio in lucem prodire, capite galea obducto: cum igno-

...rent hoc omnibus commune esse, fœtumque his ...mbranis in vtero muniri. Tria siquidem sunt in...mera seu membranæ, quibus in materni vteri la...nis fœtus obtegitur. Exterior, Græce χορίον, Lati... secundę dicitur: quod statim à partu prodeat: sub... huic duæ aliæ membranæ, quarum prior à figura ...minis Allantoides appellatur, ex fœmineo semi...generata, quæ capiti, clunibus ac pedibus obtendi... partibusque eminentibus incumbit, cuius vsus ...t infantuli efformati vrinam excipiat. Postrema, ...uissima est membrana ac pellicula, quæ sudorem ...remq. emanantem à maturescente fœtu absor... eumque orbiculatim ambit ac complectitur, a...os, h.e. à mollitie ac teneritate agnina dicta: quæ ...imenta ac gestationis præsidia prouida natura ...gitauit, ac molita est, ne attritu aliquid incom...i patiatur infans, eumq; allidi contingat. Harum ...remæ cum infante nonnunquam prosiliunt, par...s ad quas tuendas sunt destinatæ affixæ, præser...cum panduntur portæ ac mulieris pudenda, pat...; genitales laxæ sunt atq; in enitendo affatim de...unt. Quod si ægre, magnoq; conatu ac molimine ...ns ex huiusmodi angustiis eluctetur, ipsaq; mu...trici oris sit atq; anguste constituta, hærent illæ ...mbranæ in mediis spatiis, illasq. exuuias abstergi ...ingit: non secus, q̃ pelliculam in fronte, aliaque ...oris parte extimam cutem atterimus, vbi per an...am rimam, arctumque foramen sumus elapsuri. ...d itaq; velamē, quo facies obducitur, galeam esse ...ulæ statuunt, qua de multa nugantur, ac puerpe...rem, metumque incutiunt. Si enim nigricanti sit ...re ea membrana, tanquam ex tripode pronun...t deliræ ignaræque mentes vatum multa infanti... futura infesta, multaq; sinistra iis impendere, ac ...tris strigibusq; fore obnoxios, deniq; insomniis ...urnaq; inquietudine diuexandos, nisi hæc cōmi-

Tres membranæ infantem muniunt.

Quando infans galeam proferre videtur.

Nigrum tegmē infantis quid designet.

nuta potui exhibeatur, ꝙ. me repugnante, magno t… nellæ ætatis incommodo quosdam factitasse mem… ni. Quod si rubicundũ sit gestamen aut pellicula qu… vertici inhæret, capitiq. affixa est, egregium illum f… re vaticinantur, magnaque dexteritate ac successu … mnia effecturum. Quæ superstitiosa, anilisque opin… etiam veterib. insita erat. Refert enim Ælium Lam… pridium in vita Antonini Diadumeni, cui caput di… demate, sertoq. tenui redimitum erat, solere puer… in ipsis vitæ auspiciis, pileo naturali insigniri, qu… obstetrices rapiunt ac credulis aduocatis vendun… siquidem caussidici se illo adiuuari persuasum hab… bant. Ceterum cum membranæ istæ, aliæ aliis colo… bus conspici soleant, non alio id referendum cense… quam ad circumfusos, qui vtero innatant, humore… Ex illis enim coloris varietatem sibi adsciscũt. Cu… itaq. sordida quadam illuuie, ac vitiosa vligine vul… imbuta est, quæ cum vtriusq. semine coalescit, fus… colore membrana exsistit, cutisq; infantis fuligino… vndique colore suffusa est. Si vero sanguis, semenqu… syncerum sit ac defæcatum, nulliq. vitio obnoxium… rubescit tegmen atque infantulo suauis color subest… ac floridus. Nec solũ huiusmodi membranæ colori… sed etiam formæ figuræq. diuersitatem concipiun… vel ex interno externoq. affectu, vel ab iis quæ ocul… mentique obiiciuntur. Siquidem cum virorum pl… riq; tam sint salaces auidæque voluptatis, vt nullo de… lectu, nullaq. habita menstrui decursus ratione mu… lierẽ subigere satagant: fit nonnunq̃, vt cum triduo… pauloq. minus menses defluxerint, atq. vnus aut al… ter dies purgationi restet, interpellari legitimũ pro… fluuii tempus contingat, ac nonnullam menstrui ex… crementi portionẽ cohiberi, intempestiuo quidem… congressu, sed qui conceptum nonnunquam perfi… ciat. Cum itaq. mulier, dum generationi insistit, re… que venereæ incumbit, nondum constitisse mense…

Rubicundum infantis velamen quid portendat.

Antoninus diademate insignitus.

Caussidicorum superstitio in conseruandis infantiũ galeis.

si

conſcia, nec admiſſario ſubiiciendum corpus, hu-
entibus adhuc, vdisque locis, tacite rubore ſuffun-
ur, ac ſanguinem oculis pro velamento obiicit: qui
ſectus cum in fœtum tranſeat, membranis illis va-
is color formaque inducitur. Quæ res hoc quoque
icit, vt infantes ſint genis, buccisque rubentibus,
colore roſeo. Quod tum demum vſuuenire ſolet,
m grauidæ vel pudore afficiuntur, vel ſubiraſci ſo-
nt, agitato à calore natiuo raptoq. in ſublime ſan-
ine. Nam quibus metus ineutitur, aut inopinato
paueſcunt, illæ pallidum colorem inducunt, vul-
mque tetricum ac ſubtriſtem affingunt fœtui.

Vnde forma elegantia aut turpitudo.

... apud Belgas in fabis verſari dicantur, vacillantis parumq. firmi cerebri, vulgo in de boonen.

CAP. IX.

SI quando inferiores Germani aliquem parum fir-
mi cerebri deſignant, aut alienatæ, emotæq. men-
s, & qui in moribus, geſtibus, dictis, factisq; atque in
mni vitæ actione deliranti apparet ſimilis, in fabis
lum verſari dictitāt, adeo vt prouerbii ſpeciem ob-
neat, Fabæ floreſcunt, in fabis oberrat. Quod vacil-
ntis cerebri hominibus accommodari ſolet, quiq;
tionis mentisq. iudicio carent. Videmus enim ple-
oſque vernis menſibus, vbi culmi fabacei florere in-
ipiunt, mente alienari, multaq; abſurda ac ridicula
roferre, quibus nonnunquam ſic incrudeſcit deliri-
m, vt vinculis coercendi ſint. Siquidem ineunte vi-
e humores reſtagnare incipiunt, denſisque fumis ac
aporibus cerebrum afficere: quos cum redolentes
abarum floſculi exacuunt, mentem corripi delirio,
furiisq; agitari cōtingit. Tametſi n. ex fabarū floribus
ucundus ſuauisq. odor emanat: cerebrū tamen affi-
cit, vaporeque graui etiam à longe imbuit, præſertim
quibus id imbecille eſt atque inualidum humoreque
bilioſo ac melācholico oppletum. Quo fit, vt eorum

Prouerbium in fabis oberrare.

Cur fabarum flores cerebro officiunt.

nonnulli inquieti sint ac palabundi, deniq; clamo[...] impenseque loquaces; alii taciturni ac cogitabund[...]

Pers. Satyr. 3.

Obstipo capite & figentes lumine terram
Murmura qui secum ac rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello.

Et quemadmodum nonnulla fumos dissipant, qua[...] cerebro infesta sunt discutiunt, atq; animam lang[...] dam, spiritusq; sopitos erigunt, vt acetum, aqua ro[...] cea in qua caryophylli macerati sunt, panis rece[...] vino odorifero imbutus, quæ tenuem gratamq; a[...] ram exspirant: ita quædam dolores excitant, capiti grauedinem inferunt, vt allium, cæpe, porrum, sa[...] bucus, absinthium, ruta, abrotanũ, multaq; aroma[...] quæ fumidum grauemq; odorem exhalant, ac cap[...] tentant, naresq; feriunt. Quod Hipprocrates aphor[...] smo hoc indicauit: Suffitus aromatum muliebria d[...] cit, qui ad alia multa etiam vtilis esset, nisi capiti gr[...] uedinem inferret. Omnia siquidem intense odora[...] capiti officiunt, ac calorem, humoremq. ad supern[...] partes rapiunt, etiam qui ex frigidis stirpibus euap[...] rant odores, in iis præsertim qui extenuati sunt, e[...] haustoq. corpore. Illi enim nec eduliorũ, carnium[...] elixarum odorẽ perferunt, atque in animi deliqui[...] defectuq. nihil narib. admoueri patiũtur, quod acr[...] vibrantisque sit naturæ, vt quia crasso densoque aë[...] suffocari videantur, nõ secus, quam qui in cœnacul[...] vndiq. fumo oppleto desident, quibus anhelitus i[...] tercipitur ac cohibetur, nisi reseratis ostiis, apertis[...] fenestris serenum aërem admittant, quo domus pe[...] spiretur, ac spiritus inoffense vltro citroque permea[...] re possit. A tenellis huiusmodi corpusculis diuersa[...] conditionem sortiuntur paludum accolæ, quiqu[...] sentinis exhauriendis, ac purgandis cloacis sunt de[...] stinati. Illi siquidẽ odoratissima quæq. respuũt, atqu[...] iis offenduntur. Sic Strabo refert, apud Sabæos ab o[...] doribus stupefactos, bituminis suffitu, hirciq. incens[...]

Quæ capiti dolorem inferant.

Lib. 5. Aphor. 28.

Exemplum à fumosis adibus.

Lib. 16.

barb[...]

ba, recreari. Cuius rei exemplum etiam edidit a- d Antuerpianos rusticus quidam, qui cum in my- polion seu officinam aromaticam diuertisset, deli- o animi periclitari cœpit, confestim illi proximus moto naribus fimo equino adhuc tepenti ac fumi- (nam illi asuetus erat) animam reuocauit. *Ridiculum de rustico quodã.*

n quinis grauis ac teter odor hominis noxius: Sunt enim in- er hos qui contagia discutiant, morbisq; putridis obsistant. Obiter vnde manauit Prouerbium, Cornua inibi, eoque loco aduri, vulgo Men branter hoornen.

CAP. X.

MVlta sunt teterrimi odoris, quæ tamen corpori nullam noxam inferunt, nec vllam putredinem ucunt, imo affectibus quibusdam obsistunt, atque em auramq. vitiosam ac turbidam discutiunt, vt. : castoreum, galbanum, sagapenum, laserpitii fax, æ assa fœtida dicitur, anagyris herba, sulphur, pul- bombardicus, corii cornuq. suffimen. Hæc siqui- n horrido sunt grauique odore, sed nihil contagii ferunt, imo pestilentes auras quasque stagna palu- sque, ac camarinę exhalant, mephites referiunt, re- muntq;. Quin & virgunculis suffitu λειποθυμίαν, imiq. defectum excutiunt, qua ex vteri strangula- ne corripi solent, vbi nubiles maturæq. viro serius nnubio destinantur. Fœdi itaque odores qui ex ca- ueribus, locisq. cœnosis ac stagnantibus emanant rruptos putridosq. morbos pariunt, atque aërem ficiunt, humidi calidiq. ratione, non istorum efflu- s atque euaporatio, quæ ad siccitatem deuergit. inc plebei nostrates corii cornuque præsegmina at- ue ossa subuuida in ignem coniiciunt, eoque nidore as casas ac tuguria suffumigant, quo morborum ntagia dispellant, ac se suasq. ædiculas à pestilenti ura tutas præstent. Atq. hinc manauit prouerbium: ornua inibi aduri. Quo designant loca peste mor- sq. contagiosis infecta euitanda. Non dissimile re- *Fœdi odores aliquando vtiles. Graues odores aliquando pesti obsistere. Cornua aduri prouerbium.*

medium discutiendæ pestis adhibitum est superi[...] bus annis cum apud Neruios, quos Tornacenses [...] do vocant morbus popularis crudeliter sæuiret [...] que vrbe grassaretur. Milites siquidem præsidi[...] qui in arce excubias agebant, machinas, tormen[...] bellica, puluere bombardico, non globis oppleta [...] bi obuerterunt, eaque sub diei, noctisque crepusc[...] incenso funali explodi curabant: quo effectum e[...] sonitu violento fumantique odore, aëris contagi[...] discuteretur, ipsaque ciuitas à peste facta sit imm[...] ac libera. Neque enim minus præsentaneum est [...] remedium in dissipandis nebulis, infectiq; aëris c[...] tagiis, quam quod Hippocratem factitasse legim[...] extructis pyris, congestisque sarmentis ac fascib[...] per compita ignes excitare.

Res gesta apud Neruios.

Ignis aëris contagia dissipat.

Digiti sinistræ manus, qui infimo proximus est, præstantia[...] postremo omnium morbo articulari, aut chiragra infesta[...] & si quando affici contingat, non multo post mors immin[...] Obiter quare præ cæteris auro demulceri mereatur.

CAP. XI.

HOc in confesso est apud Medicos, quæcunq; c[...] poris partes aliquo vitio morboque tentantu[...] effici vel affectu primario, vel per consensum ac l[...] consortii, cum nō in ipso membro morbus consis[...] sed ab alio illi mali nonnihil infertur. Sic iuxta p[...] uerbium: Aliquid mali propter vicinum malum. [...] tura tamen prouida semper partes principes mu[...] ac tuetur, malumq. ad ignobiles deuoluit ac diri[...] Quod critice, naturæque impulsu fit, cum humor[...] morborumque collectiones in remotissimas par[...] propelluntur. Quod si & morbus eiusq. sympton[...] hoc est, affectus qui illi succedit, validus, violentu[...] existat. ac natura sit imbecillior, quam vt illi po[...] obsistere, summumq; impetum ac ferociam pro [...] arbitratu cohibere, in præcipuas partes humores [...] incumbunt, quod in pulmonis inflammatione, pleu[...]

Natura præcipuas partes à morbo tuetur.

angina, lethargo at plerisque acutis morbis per-
imus. In articulari autem morbo ac coxendico,
vere & autumno viget, vis ac facultas naturalis,
mores in corpore coaceruatos à partibus robustis
imbecilles propellit. Sic obseruaui in Gallia Bel-
complures chiragræ ac podagræ obnoxios quib.
nes articuli acerbissimo dolore tumoreque erant
ati, illo tantum sinistræ manus digito illæso, qui
mo proximus est. Is siquidem ob cordis vicinita-
, ac consensum, nihil sensit incommodi. Nec est
x hoc morbo quisquam mortem extimescat (à ce- *Annularis.*
is enim sunt immunes, modo ne ficosi sint ac ve-
ea lue contaminati) nisi circa sinistrum pectoris
um, cui cordis turbinatus mucro subest, humorū
luuies decumbat, digitusque annularis nodosus
ciatur, atque intumescat. Hæc siquidem vbi fieri
ipiunt, luxato vitali robore, vigor labescet, omnis-
e animi & corporis vis concidit. Hinc itaque mos
oleuit apud veteres, vt is digitus auro insigniretur,
sque gestamine decorus esset, potius quā cæteri: ꝙ
uis quidam arteriæ ductus, non nerui, vt Gellius *Lib.10.cap.10*
istimauit, à corde ad hunc digitum porrigatur, cu-
s motum in parturientib⁹ ac delassatis, omnibusq;
rdis affectibus indicis attactu manifeste percipis:
ec sane id cuiquam absurdum videri debet, cum a-
mi defectu collapsos erigere soleam, vellicato hoc
ticulo, aurique cum momento croci, attritu: per
nc enim vis quædā refocillatrix, quæ illi insita est
cor dimanat, vitæq. fontem, cui is digitus conne-
s implicitusque est, recreat. Quapropter præ cæte-
s illum honorem promeruit, auroque decorandum
nsuit antiquitas. Huius quoque dignitas q̄ à corde *Medicus digi-*
nsequitur, hoc effecit, vt veteres Medici, à quibus *tus.*
iam nomen obtinuit, medicamenta ac potiones il-
o commiscerent. Nihil enim venenati vel extremis
us radicibus adhærere potest, quin homini infe-

ſtum fit, viruſq. cordi cõmunicetur. In indice q
Hierem.22. veteres olim geſtaſſe annulos, præter alios Hi
mias teſtatur. Sic n. apud illum expoſtulat cum
Hieremiæ locus explicatus. Dominus: etiam ſi Ieconias annulus fuerint in m
mea dextra inde euellam illum. Quo indicat, eti
paulo ante apud me fuerit gratioſus, & amabilis,
gnæque æſtimationis ac pretii, adeo vt ſubinde
oblectarer, vti ſpectabili annulo inſigni aliqua g
ma decorato, iam gratiam fauoremq; exuit, ac
me deteſtabilis eſt, ac deſpectus, quoniam ab inte
tate vitæ ad improbos mores delapſus ſit: quo a
mento cuiq; teſtatũ eſſe vult, nihil prodeſſe cui
anteactæ vitæ puritatem vbi ab ea deflexerit, atq
deteriora ſit deuolutus: è diuerſo nulli officere ve
Cap.18. rem nequitiam, Ezechiele teſte, vbi relicta vita
dida ac lutulenta ad frugem ſe contulerit.

Quædam ignem non concipiunt, flammiſque inuicta ſunt qua ratione id efficiant. CAP. XII.

Confecta vidimus, textaq; mantilia ex lini qu
genere incombuſtibili, quæ igni non cedu
flammiſq; indomita ſunt: itaq; ſi quando ſordes c
traxiſſe videntur, mundariq; poſtulant, non ſmig
te aut ſapone, vlloq; lixiuio maculas eluunt, ſed
iecta igni flammeſcunt, non ſecus quam ollæ ar
laceæ multa pinguedine imbutæ ac nitida can
riſq. eximii eximuntur. Naſcitur id genus in deſe
Indiæ, locisque ſiticuloſis ac ſole torridis, in qui
ſtirpes quædam ex ſoli conditione, atq; aëris am
entis qualitate illam naturam adſciſcunt, qua fi
texique in lintea poſſint. Si enim in mari ac fluen
obſtracoderma, hoc eſt, cute teſtacea, ſolideſcere p
ſint cancri, paguri, locuſtæ, gammari buccinæ, pe
Lib.9.cap.23. nes: multaq. concharum genera, in quib. (vt Plini
ait) magna ludentis naturæ varietas, multæque fi
rarum, colorumq; differentiæ: ſi denique coralli f
tex in imo maris liguſtici frondeſcit, mariq; exe

n lapidem induratur: non cuiquam videri debet nile vero, frutices quosdam ex loci cœlique ar- eam naturam consequi, vt contusi, subactique bus., ac stipario malleo mitigati ductiles fiant, e in filamenta elaborentur, quæ ignis vim re- nt. Quis autem non miretur ex canabaceo fru- ex vrticæ liniq. ac genistæ flagellis funes, ac ru- es contexi, velaq; ac lintea confici? Cum enim o sint tenacique vlmine, in fila telasq. attenuan- vt etiam argenti auriq; bracteæ ac segmenta. Sic uiusmodi virgultis, non equidem ex Salaman- pilis (vt pleriq. nugantur) mantilia, mappæque ficiuntur, vt ex bombyce, ac lanigeris arboribus a, licet illis operosior cura adhibetur: rigescit e- materia, minusq. est tractabilis. Appellatur au- id genus lini Asbestinum, à similitudine & na- calcis, quod igni mandatur, nec absumitur, aut imentum patitur. Cui affinis est ἀμίαντος, s alumini scissili, quod vulgo plumosum voca- similis ex quo, Dioscoride teste, lintea conte- t Indiani, quæ in ignem coniecta inflammantur dem, sed exemta splendescunt, nihilque illis de t, nec deteriora efficiuntur. Sic ligna & tabulata nine illita non ardescunt, vt nec postes, fores, naria colore viridi imbuta, modo durior crusta bducatur, atque alumen, plumbique albi cine- copiose pigmentis commisceantur: nequit enim gnita penetrare, quod lignum coactum densum- fiat, atque ad ignem pluuiamque obdurescat. ius rei specimen edidit Archilaus Mithridatis fectus in lignea turri, quam cum Sylla incendere taret, nihil profecit, coactusque est re infecta de- ere, atque ab incepto desistere; cum alumine, od vehementer adstringit, omnia essent oblita. C. Cæsaris irritus erat conatus, cum circa Padum stello ignem admoueret ex Larigna materia con-

Corall. ex mari Ligustico subducitur.

Ex herbis funes confici.

Amiantus.

Lib. 5. cap. 59. Volater. lib. 22.

Alumen igni obsistit.

Viridi colore oblita serius ignescunt.

Vitruuius lib. 2. cap. 9.

Lib. 1. cap. 1.

Larix. structo. Larix siquidem arbor Piceæ assimilis nec aut flammam concipit, ac non solum a carie & [...] dine immunis est, sed ne in carbones quidem [...] uitur, aut in cineres fatiscit, ob soliditatem ac[...] tiem plusquã corneam, quam ignis vis subire d[...] reque nequit. Tanti denique est ponderis, vt non [...]
Pockhaut. tet, sed confestim subsidat ac demergatur, more [...] atque ebeni, quod voce gentilitia Guaiacum dic[...] lignum expugnandis fiscis, morboq; Gallico acc[...] modissimum. Mirari autem non immerito quisq[...] posset, cur non ardeat atque inflammescat, cum [...] nam fundat mellei coloris. Quotquot enim resi[...] picemque exsudant, citissime igni corripiuntur. [...] rum id illi præstat solida compactaque durities, [...] nulla igni foraminum spatia exhibet, per quæ a[...] accendique possit; quanquam Matthiolus affera[...] ricem, quæ circa Padum copiose prodit, confesti[...] flammam concipere.

Calor natiuus hominis fouetur, augescitq́; animaleculorũ, [...] cipue autem infantium calore, si parti corporis inualid[...] plicentur. Non enim hoc fomentum concoctionem solum [...] iuuat, sed dolores quoq; articulares sedat. Inter catell[...] tem, qui id præstent efficacius.

CAP. XIII.

DVo sunt quæ corpus nostrum fulciunt vitam[...] conseruant, ac tuentur; calor natiuus, & hu[...] innati caloris substantia, quorũ alter alterius ad[...]
Calore, humore, spiritu corpus subsistit. niculo opus habet, mutuasq; operas exposcunt. [...] midum pabulum est fomentumq. caloris; calor il[...] beneficio ac munere subsistit: quæ duo spiritu [...] que perfusa ac connexa in omne corpus dimana[...] diffunduntur. His sedulo prospiciendum est cu[...] dumq. vt quam diutissime conseruentur. Horu[...] nim præsidio corpus destitutum, collabitur, om[...] que vis ac facultas naturalis vergit ad interitum. [...] terum cum multa sint circa hæc obseruanda, ea[...]

pa[...]

obuia exsistant apud Medicos: omissis super-
s, ea tantum referam, quæ foris admota homini
c sunt adiumento. Inter ea, q̄ calorem augent,
ntq. ac dolores placant, catellos refero, non e- *Catelli vniformis coloris.*
m omnes, sed hos præcipue, quibus color cutis
olor, nec tegmen multis diuersisq. maculis va-
um, qui non solum natiuum insitumque calo-
ouent, sed dolorificos affectus sedant. Sic in chi-
ac podagra, omnique arthritide nihil præsenti-
consopiendos mitigandosque cruciatus quam-
acerbos, quam huiusmodi catelli membris affe- *Catelli membris admoti dolores mitigant.*
dhibiti. Suaui enim calentique effluxu natiuum
nis calorem languidum atque euanescentē ex-
ant, ac fotu continuo, humorem qui dolores in-
vel attractione ad se rapiunt, eliciuntque vel dia-
esi, hoc est digerēti vi ac discussoria incidunt ac
ant. Videmus enim illos vbi amoueri contingit,
al. quid iis laxamenti indulgere, fractis eneruα-
e esse articulis, atque ægre pedibus insistere, ma
doloris parte in se translata. Quod autem color *Van cender hare.*
per omnia æqualis & concolor id potissimũ ef-
, nec varius parem effectum obtineat, facit tem-
menti æqualitas, atq; vniformis calor. Discolor
dem diuersusq. color indicat caloris humorisq.
nperiem ac commixtionē. Vt enim insitio natu- *Simile ab insitione.*
rborum correspondere debet: ita homini in fouē-
membris æqualē per omnia, ac temperatũ calorē
tate conuenit. Quamobrē si robur ac firmitatem
riculo, vlliq; parti cōciliare velis, necesse est na-
le temperamentum tueri, nec calorem plus satis
ndere, illiq. extraneũ aut alienũ inducere. Inter-
item (vt Galen. ait) quæ foris applicantur, boni *Ther. lib. 4.*
itus puellus est vna sic accubans, vt semper abdo-
contingat. Sunt qui catellos inquit, pingues in
c vsum habeant, neq; id in aduersa modo valetu-
e, verum etiam in prospera. Tales itaq; iis qui ob
itatem quoque imbecillem ventriculum habent,

ſunt idonei, ſeruandumq. ante omnia eſt, ne puel humecta ſit cute. Qui enim noctu ſudore perfundu tur, refrigerant potius quam calefaciunt: hanc qu que commoditatem ſibi adhiberi paſſus eſt Dauid fœtus à frigeſcens, quem adoleſcentula mutuo co plexu fouebat, non quidem concubitus, vt Scriptu teſtatur, deſiderio, ſed quo membra illius deſtitu calore incaleſcerent.

3. Reg. 1.

Dauid amplexus iuuencula incaluit.

Cur morbus Gallicus nunc, quam olim, mitior, minusq; ſæui & in quos morbos degeneret.

CAP. XIV.

Pocken. Melaersheyt. Onganſheyt. Schoirbuyck.

TRes ſunt morbi inter ſe affines & cognati, nõ ta lethales, quam fœdi & contagioſi, quorũ alter alterũ tranſit, ac permutatur. lues Venerea, ſeu mo bus Gallicus, elephantiaſis ſeu vulgaris lepra, quæ ſcrophis grando dicitur, tum is qui ſtomacacce & ſc lotyrbe dicitur. Quorum genus icteria nigra. Hi ſup rioribus annis intolerandis modis homines excarn ficabant: nunc prorſus mireſcere cœperunt, minus infeſti ſunt, fit id partim, ꝙ medicorũ opera, domit fit vis mali humorumque ſæuitia mitigata, partim natura adſuetudine ad dolores occalluit. Sic obſe uaui nonnullos in florente feruidaq; ætate acerrim cruciari: eoſdẽ, ſeneſcente atq; inclinata mitius affli gi. Vel n. deferueſcit ardor & ebullitio, minorque fi humorũ concurſus: vel natura ſpatio tẽporis adſuet malo, velut domeſtico ac familiari, non amplius cum illo luctatur, aut enim alitur vitioſis illis humoribus aut non offenditur. Quemadmodum enim ſues, vb cœno inuoluuntur, aut cerdones, quique cloacas, a foricas proluunt, graueolentiã non ſentiunt: ſic mor bilioſi ſaginantur ſordibus. Et quoniam ad vitia mor boſque corporis, ne dicam animi, occalluerunt, de trimenta naturæ amplius non percipiunt. Ademit e nim illis ſenſum mali inueterat⁹, imiſq; medullis in fixus morbus. Inter initia vero, vbi inducitur corpo ri alie-

Morbi adſuetudine miteſcunt.

Simile à lutoſis porcis & cerdonibus.

ina qualitas, qua alterascit ac corrumpitur, quę-
ne membra fluxiones acres & mordaces susci-
dolore concitantur. At vbi morbus inoleuit, ac
atura coaluit, non magnopere doloribus infe-
r, quod inter se consentiant, atq. humores cor-
commercio, ac qua vtitur consuetudine, flacce-
atq. aliorum humorũ mixtione, vt vinum me-
affluenti aqua diluantur. Semper tamen vesti-
nærescunt, veterisq. morbi reliquiæ relinquun-
æ si in pulmonem decumbunt, raucos illos es-
. anhelosos perspicis: si in articulos, podagræ ac
ræ; & quæ subinde recurrit, ischiatico dolori-
ios. Sic omnes ficosi articulari morbo laborãt, *Ficosi omnes*
omnes podagrici aut coxendico cruciatu af- *podagrici, non*
morbi Gallici labe imbuti sunt, quod si in exti- *è contra.*
cutem diffunditur humorum colluuies, scabra
fficiũtur, at corticola, lychenibus, impetigine,
gra ac porrigine, in facie deformati, non sine
orum defluuio. Simile enim quiddam illis eue-
uod arboribus ac virgultis, quibus lotium aut
o, aliaque inquinata eluuies affusa est. Vitiata *Simile à vitia-*
radice folia decidunt, ac rami marcescunt: non *tis arboribus.*
arbos à stirpe interit atque emoritur, sed elan-
t, atque ægre refocillatur.

tione moribundi etiam constante adhuc mente raucum
rmur edant ac sonitum reciprocantem, quem Belgæ po-
ari voce den rotel *vocant.*

CAP. XV.

elgica regione, totoque septentrionalis plagæ *Moribundi*
tu, morituri certa argumenta proferunt emi- *qua ratione*
, edito sonitu murmuloso, nec est, qui absque *murmulosum*
modi indicio vitam non finiat. Siquidem im- *sonum edant.*
nte morte sonum edunt, tanquam aquæ la-
s per salebras, locaque anfractuosa atque in-
, murmur, aut qualem siphunculi ac fistulæ in
ductibus sonitum excitant. Cum enim vo-

ealem arteriam occludi contingat, spiritus qui co fertim erumpere gestit, nactus angustum meatum collapsamq. fistulam, gargarismo quodam prodit raucum per læuia murmur efficit, scatebrisq. aren deserit artus. Conglomeratus itaq. spiritus, spum turgida commixtus, sonitū excitat, reciprocanti n ris æstui assimilem. Quod ipsum in nōnullis etiam ob panniculos ac membranas in rugas contractas, vt spiritus oblique ac sinuoso volumine decurrat. autem qui valido sunt vastoq; corpore & qui viol ta morte pereunt, grauius resonant, diutiusque cu morte luctantur, ob humoris copiam ac densos, cr *Qui placide, qui tumultuose exstinguantur.* sosque spiritus. Iis vero qui extenuato sunt corpo ac lenta morte contabescunt, minus impetuose le que sonitu fertur spiritus, ac sensim placideq; exsti guantur, ac quodammodo obdormiscunt.

Mortem hominis, rerumque exsistentium interitum esse con naturam, parumq; apposite naturalem dici. Sic tamen ob mandus animus, vt mors non sit formidanda, licet non ratione omnes illam exhorrescant.

CAP. XVI.

Qvanquā ita natura compertum sit, atq. homi præuaricatio hoc sit consecuta ac promerita, *Cic. lib.1. Offic.* ad interitum spectet, mortique sit destinata: hoc men ratione euinci posse video, mortem non esse cundum naturam illiq. prorsus aduersam. Princip generi animātium omni hoc est à natura tributum se, vitam, corpusque tueatur declinetque ea quæ i nocitura videantur, atq; omni cura incolumitati su prospiciat, suæq. cōseruationi insistat. Quis est enim qui non obseruat, quanta cura, quantoque studio h mines ductu rationis, brutæque pecudes instinctu n *Nemo nō mortis metu contremiscit.* turæ, se ab interitu vindicare tueriq. studeant atq enitantur? Omnes siquidem illum exhorrescunt, n mo non ab illo se subducere tentat. Quandoquide inuadente morte, natura exstinguitur, esseq; desin

Christus,qui commonstrare voluit insitam natu-
ominis imbecillitatem, vt à quo præter morbos
ccatum,humani nihil alienum erat,mortem ex-
uit,illamq. deprecatus est. In Petro quoque na- *Ioan.21.*
affectus, carnisque infirmitas exprimitur, cum
istus ter stipulatus ab eo erga se amorē:erga vero
em summam pascendi curam ac studium, com-
nstrat,quid illi impendeat, & quē exspectet vitæ
ū: Cum esses,inquit,iunior,ambulabas quocun-
libitum erat, & cingebas ipse te: verū vbi senue-
alius cinget te & ducturus est quo nolis. Quo in-
t naturæ humanæ affectum atq; imbecillitatem,
mortis metu ac terrore concutitur, illamq. ad-
dum grauate adire velit, tametsi mens alacris est
romta.Cum itaq. mors naturæ sit abolitio ac pri-
io,qui statui possit, id esse naturæ consentaneum
amiliare,quod vim, quod interitum,totiusq. na-
æ adfert exstinctionem? Scio equidem hoc, ꝓme- *Ioan.22.*
sse hominis prauitatē ac delictum, per quæ dege-
auit à sui dignitate & præstātia, suoq. opifici fuit
bsequiosus, dictoq. minus audiēs, vt doloribus, vt
ciatibus, vt morbis, fame, siti, conflictaretur, ac
ntis inquietudine, postremo morte pœnas lueret.
tum has clades ac calamitates nō naturæ vitium, *Peccatum mor-*
peccati labes illi inuexit. A lapsu siquidem primi *bos & mortem*
minis omnia immutata sunt, versaque in contra- *inuexit.*
m: sic sidera, morbi, elementa, dæmones, beluæ,
mini minantur, illique infesta sunt. Quin & vni-
rsa creatura, hominis caussa, vt Paulus ait, vanitati *Rom.8.*
corruptioni subiecta est, omnisque rerum ordo ac
ies, mentesque Angelicæ finem laborum statui ex-
tant. Ceterum in tanta calamitate ac miseria con-
tutis, solatio est, mentesque nostras erigit alterius
æ certissima spes, summaque in Christum fidu-
, qui collapsam hominis naturam restaurat, pri-
næque integritati restituit, ac ꝛ p dationem me-

Christi fiducia mortis metum homini adimit. tumq. mortis animis nostris eximit. Stabiliter nos fulcit mortis eius ac resurrectionis recorda hoc effecit, vt hominem non aboleri, sed mu melius credamus, mortemq. non esse interitu alterius vitæ vestibulum ac ianuam. Scimus en Paulus ait, tametsi terrenum nostrum domicili *1. Cor. 5.* ius tabernaculi destruendum sit, vt dissolui sol pages atq. ædium contignatio: ꝙ ædificium hab *Simile ab adiũ contextu.* à Deo domicilium nõ manufactum, sed ætern cœlis, ꝙ in hoc ipsum parauit, vt immortalitati *Galat. 4.* ria per resurrectionem fruamur. Deus aũt spirit pignoris loco, atq. arrhabonis vice nobis impe est, ac spẽ summamq. fiduciam rerũ futurarum senti suo afflatu confirmat: quo vno certi reddi ꝙ qui suscitauit atq. à morte erexit Dominũ Ie *Coloss. 2.* nos quoq. suscitabit virtute ipsius, atq. efficiet munì resurrectionis gloria consortes.

Ebrietatis ac temulentiæ incommoda. Et quæ illi obsist. videantur.

CAP. XVII.

INoleuit consuetudo apud Germanos atq. Aq ni expositos Belgas, vt neminem propemodun deuinctum cupiant, fidumq. amicum ac familia exoptent, q̃ qui strenuum se potatorem præbeat impigre (vt Plautus ait) cloacã vino proluat. Qu *In Curcul.* obrem operæ pretium me facturum sum arbitra si nonnulla quæ ebrietati obsistunt, referã: quo q *Ebrietas vitanda.* que sibi prospicere possit in eo certamine, vt aut non succumbat, aut quam minimũ offendatur. P cipio nemo se inter initia plus satis facilem præb promtumq. in exhauriendis exsiccandisque pocu sed tergiuersetur, ac ciuiliter recuset, morbum prætexat, ac valetudinem caussetur: nonnunq̃ ex gitandi sunt astus ac stratagemata, quo illos delu qui te sibi scopum præfixerunt quem feriant, tibi plus satis infensi sunt. Captanda interim occasio,

e vt micturientem tacite subducas, aut pateram
aci cures in eaq; re te callidum esse decet ac cau-
, magnaque dexteritate id perficere. Nam si
ehendi technam contingat, multo cumulatius
um fœnore in te hoc munus refundetur. Cæterũ
q. pro insita naturæ calliditate atque astutia, va-
comminisci potest rationes ac modos, quib. po-
t eluctari, ac combibones fallere. Interim consti-
t sibi quisq. ante oculos huius illaudatæ consue-
nis, errorisq́. inueterati præmia, perspiciet luce
ius, quid noxæ, quidve detrimenti, cum corpori,
animæ mentiq; inferat vini intemperantia. Pri-
n enim Memoriam rem omnium pretiosissimam
solum labilem, fluxamque facit: sed prorsus ob
ac labefactat, oculos caliginosos efficit, ac cæcu-
tes: genas pendulas, artus tremulos ac tituban-
Multaq; alia incommoda immodicum vini potũ
itantur, quorum vnumquodque frigidum est
um. Nec enim vinum (vt Galenus testatur) sem-
hominum excalefacit: sed vbi plus bibitur, quam
ci posset, frigidos morbos parit. Exstinguitur
n calor natiuus, ac suffocatur non secus quam
iguæ imbecillæque flammæ confertim multum
i infundatur. Hæc præfari visum est, ne quis exi-
naret ansam ministrare me, aut fenestram cui-
m aperire ad nequitiam. Cum hoc potissimum
n votis, vt homines aut moderate bibere consue-
nt, aut si occasio inciderit vt largius sit bibendum
m vt habet prouerbium, sacra hæc aliter non con-
nt) ne desint adminicula, quib. ebrietatem pro-
lsare possint, inter quæ amara refero, & quotquot
mores aquosos per vrinam expurgant. Hac enim
ione effici solet, vt alio quã ad caput fumi deferã-
, ac vinum venas subire prohibeatur, exsiccante
am amarore humiditatem. Sic amygdala amara
efficaciter præstant, quina senave ante cœnam

Intemperantia vini memoriæ officit.

De tem. lib. 1.

Prouerbium conuiuale.

Amara ebrietati obsistunt.

assumta. Persicorum quoque nuclei parem cum effectum obtinent, & foliorum Persici arboris expressus succus ieiuno assumtus, cyathi mensura, facultate pollent & Absinthii Pontici dilutū, ac muscata. Hæc n. omnia meatus recludunt, ac pervios laxosq́. efficiunt, quemadmodum & olei ex oliuis expressi, aut sesami semine sextans, hoc est, vnciæ antelucano haustæ, lubricum siquidē reddit aluum meatusq́; vrinarios dilatat, sic vt liquor corpori non inhæreat, sed cōtinenter defluat, modo ne quis e- lentis ventriculum plus satis oneret. Qui enim potationi insistere cogitur, parcius illum cibo vti conuenit: quod si panis buccellam copioso melle imbutam deuoret, non inconsulte fecerit. Mel siquidem vini vim diluit, fumosq́. acres ac mordaces retundit, ac hebetat. His omnibus præfertur Brassica, Catoni fastidium vsq. nobilitata, quā vulgus Caulis nomine designat, ꝙ nulla stirpium caule sit amplior. Huius cum plures sint differentiæ, illa ad discutiendam crapulam accommodatior quæ plus cæteris rubescit, ex cauliculis dentibus expressus succus deglutitus, aut eadem coacta inter primæ mensæ edulia manducetur, qua tamen maritima, quæ alpibus Zelandiæ copiose innascitur, multo efficacior, tum portulaca marina qua in iis acetariis ac condimentis vtimur ad appetentiā acuendam. Potus enim, cibiq. auiditatem incitat irritatque, atque insita facultate ac viribus conficit. Quo fit vt nulli vinosi halitus vapores caput tentare possint, vt qui per aluum ductusque vrinarios expurgentur. Sunt huius generis pleraque alia, quæ temulentiæ aduersantur ac ne quis ebrietati succumbat, muniunt: sed omnia referre longum esset. Cæterum si quem vino obrutum esse contingat, qui ijs præsidijs non est instructus (nam vinū, Abacuc ait, sapientem decipit) illi succurrendum vomitu. Quod sapiens etiam consuluit: Si fueris

Cibus immodi- cus potoribus noxius.

Brassica ebrie- tati obsistit.

Soldanella.

Cap. 2. Abac. c. 31.

niem coactus, subduc te ac vomito: Postmodū partesque genitales aqua gelida macerari de- madidoq. mantili, aut sudario inuolui: fœmi- ro vbera, mammæque in eundem modum fo- . Confestim n. auersis vaporibus, omnis vino- discutitur. Interim exhibenda acida ac suba- ,pomaque succulenta ac vinosa. Cuius generis Arancia mala; Citria, cerasa, persica oxyacan- accæ, omph am, corna, quæque infrigidantis mentisque sunt naturæ, ac nonnullam inciden- tergendiq. vim obtinent. Tametsi enim cesset, aque sit ebrietas vel vomitione, vel somno; ca- amen etiam postridie indolescit, ac fumis per- itur. Quem affectū Festus Pompeius Helucum t. Quæ vox languidum sonat, semisonum, atque rno vino oscitantem. Tertullianus hanc vocem ectione vsurpat, qua procliues in somnum red- ur ex pridiana crapula, cum inquit: Hederæ vis ac ra est caput ab heluco defensare, vi discussoria e exsiccante, qua etiam à crapula tutos præstare itur, foris capiti admota, vel præsumtis acinis a- ot qui coloris crocei sunt.

Vomitus commoda.

Dolor capitis ex hesterno mero.

Helucus capitis grauedo ex crapula.

Hedera vis in discutienda ebrietate.

Intemperantia potus, quam cibi nocentior.

CAP. XVIII.

nt qui statuunt, potu minus offendi homines quā ibo, si horum alter immoderatius, supraque na- æ vires ingestus sit. Quod ex Hippocratis senten- stabilire nituntur: Facilius est impleri potu, quam o: Qui toto cœlo errare mihi videntur. Hoc siqui- m ille indicat, humidum colligendis restaurandis- e viribus potissimū remedium. Extenuatos enim issime reficiunt liquida, quæ licet non similiter triant solidis alimentis: distributionis tamen cele- ate illis longius præstant. Quamobrem verissima ,nec Hippocrati contraria Cornelii Celsi senten- a: Vbi ad cibum ventum est, nunquam vtilis est mi-

Lib. I. Aphor. 11.

Humida & liquida citius alunt.

Lib. I.

mia ſatietas, ſæpe inutilis nimia abſtinentia. Quod qua intemperantia ſubeſt, durior eſt in potione, qu
Celſi locus explicatus. eſca. Quo indicat immodica vini potione plus detr mẽti, damniq. inferri corporibus, quã cibi ingluui Potus ſiquidem omnes meatus confeſtim penetra atq. incoctus venas ſubit, neruoſq. ac cerebrum te tat: Cibus vero in ventriculo hæret dum concoct eſt, qui ſi oneri eſt, minimo negotio vomitu excut tur: quod non æque naturæ procliue ac facile eſt potu, argumento quod canes, feles, glires, ſorices veneno medicatas offas aut buccellas deuoraſſe co tingit, irritata ad excretionem naturę facultate, nul moleſtia euomunt, quod in liquidis factu difficil
Venena liquida nocentiſſima. mum: quo fit vt venena in potu exhibita magis qua in eſculentis ſint noxia: rapitur enim ſcitiſſime in o mnes corporis partes virus ac vitalia corrumpit, de ſtruitq. maxime ſi ex vino propinetur. Interim cib immodicus ſuffocationis periculum adfert, eoqu ventriculus adeo intumeſcit ac diſtenditur, vt diſrũ pi videatur, præſertim iis, qui difficile ad vomitũ in citantur, quocirca moderatio vtrobiq. laudem mere tur. Ceterum potione venenata nihil nocentius, mo
Pinguia venenis obſiſtunt. do ne quid pinguedinis ſubſit: Sic n. virus ſegnius i venas dimanat aut diffunditur, nec confeſtim vita lia corripit, citiuſq. vomitu excutitur. Ita ſi quand venenatis potionibus obſiſtendum, butyrum, oleum ac pinguia quæq. exhibenda: minus enim adhæreſci venenum aut affingitur corpori, nec venarum con ceptacula ſubit vel penetrat, denique incitata vomi tione eueſtigio excutitur, qua ratione etiam ebrietat obſiſtunt: alioqui vbi diutius inhæſerit partes inter nas exulcerat ac corroſione vitiat, ſibiq. ad cor, vit fontem patefacit aditum. Quocirca ab aſſumto ve neno aut cibo aliquo exitiali ac noxio, euitanda re primẽtia, acida, acerba, ſtiptica quæq. meatus occlu dunt ac conſtipant, p̃ ceteris autẽ ſomnus. Quemad-
modum

…m enim qui peste corripiuntur, cũ somnolenti …e somno & quieti dedant, citius inficiuntur, ac …segnius contagioni obsistit: ita quoq. in mor…rulentis, ac venenatis potionibus, si somno…untur homines grauius affligũtur, ac tum vi…mtius vitalia corripit. Quocirca vellicandi, …giles persistant, ne malum intus grassetur, atq; …es principes deferatur. Quemadmodum enim …minimo negotio, nullaque propemodum mo…rbes ac propugnacula diripiunt ac diruunt, …bsistente, ac ciuibus, seu excubitoribus vino …q. sepultis: ita corpus humanum in morborũ …, vel assumtis ebibitisq. venenatis potionibus, …bsistere potest atque eluctari, quin opprima…um facultates ac potentiæ naturales oppresso …q. somno corpore, segnes sint atque otiosæ, nec …xpugnandũ morbum alacriter accingant. Quo…ur, vt dent manus, accedant succumbantq. va…ri, non valetudinis modo, sed vitæ etiam iactu…etrimento.

Somnus noxius à veneno assumto & in peste.

Simile ab hostili insultu elegans.

…i ac ratione vinum inebriat, aliterque homines afficit, …uam Sicera, vel Zythus, nobisq; vocata Ceruisia.

CAP. XIX.

…ebrum tametsi natura molle sit atq. vdum, … … tamẽ nerui producuntur velut ex colo, cui la…lign…nq. annexũ est, telæ, filamentaque: quorũ …gationes in omnes corporis partes distribuun… Ex hoc siquidem principio ac fonte nerui in o… membra deriuantur, velut ex arboris caudice …nco ramorũ propago ac soboles in multa ger… diffundũtur. Corpus autem vniuersum per eos …m motumq. percipit, quibus affectis, parteque …ipe læsa, illis munerib. priuatur, aut suas facul… ac munia languide perficit. eoq. fit, vt ebrii de…t vacillentq. ac titubent, quod cerebrum crassis …sq. vaporib. obnubiletur: Cum autẽ omnes ma-

Quomodo nerui à cerebro producuntur.

Simile à ramosa arbore.

Ebrii ridiculo vultu.

didi, vinoque perfusi ridiculos, Comicosq. mores e
primant, tum nulli magis moriones agunt, risumq
obuiis excitant, cum vultum atque oculos gestusq
spectamus, quã qui ex Zytho, quæ nobis biria dicitu
temulenti sunt. Illi siquidem non in omnem parte
corruunt, sed retrorsum duntaxat, ac supini. Qui ve
ex vino ebrietatem cõtraxerunt, antrorsum, pruu
ac proni decumbunt. Sic vt isti genas, frontem, fac
naresq. mutilent: illi scapulas & occipitiũ, vbi in te
ram deuoluuntur. Quod ipsum etiã spectare licet,
bi inter pocula somno corripi solent. Ex cereuisia
vuidi, capite in ceruices deuoluto, hiantique ore do
miunt. Ex vino autẽ facie mentoq; in pectus inclin
to. Ratio est ꝙ fumi vaporesq. ex vino synciput, pa
tesq; corporis anteriores occupãt. Ex cereuisia occ
put partesq; posticas obsidẽt: Quo fit, vt isti obliuio
sint, ac somnolenti, minimeq; loquaces ac clamosi.

Procero crassoq; corpore homines aliquando minus vitales, q gracilesminusq; animose morbis obluctari. Exigua autem statura homunciones plerunque vini capaciores, quam ob ac serius temulentia tentari.

CAP. XX.

Moles corporis ingenio officit.

FLaccidos esse plerumque vasto obesoque corpor homines, ac morbis minus fortiter obsistere, quo tidiana exempla commonstrant. Oneri enim est illi corporis mõles, ac spiritus minus viuidi minusque a lacres, & erecti. Quo fit, vt ingruente vel leuissim morbo, vel quouis incommodo, pusillanimes effici antur, ac suspiriosi, crebroque ingemiscant. Ad prim siquidem insultum animo deiiciuntur, illisque men labascit. Quod si terra mariq. pericula adeunda sint aut sinistri aliquid inciderit, ilico trepidant ac cõtre miscunt, metuque exalbescunt. Id euenit, quod calo rem natiuum languidum habeant, spiritusque exile ac sanguinem minus feruidum, deinde quod virtu naturalis longe lateque diffusa sit, quæ in exiguo

corpore

ore vnita coactaq. dispersa est præstantior. Quo at illa Hippocratis sententia: Qui natura sunt e crassi, breuiori vita fruuntur, quā qui graciles: altera Statura corporis longa, neque indecora, illiberalis in iuuētute: In senecta inutilis moles c paruitate deterior. Incuruescit enim senescens corpus; fitque graue ac gestatu permolestum. nquam itaq. hi membris, moleq. valent: pusilli en insitā vim, naturæq. facultates validas obti- t, multæq. in iis se proferunt cum animi tum cor- is dotes atque ornamenta, magnaq; mentis agili- atq; acumen ingenii, nec solum mentis alacrita- eteris præstant, vel æquant: sed viribus ac veloci- , tum edendi, bibendiq. robore. Vidi aliquando os propemodum ac pumiliones, coactæque bre- tis homunculos (sed prolixa tamen barba toto- corpore hirsuto, quod intensi caloris est argu- ntum) cum robustissimis potandi certamen iniis- quibus tametsi nemo in huiusmodi factis prome- ur memorabile nomen, nec habet victoria laudē, tantillum quidem obfuit vini vis: cum alii ita vi- essent oppressi, vt obstupefacta mente neq; pes, q. manus aut lingua satis suo fungeretur officio. orum caussa non solum consistit in conceptaculo- m venarumq; amplitudine ac capacitate, sed in lore natiuo, eoq. intenso, qui omnia celerrime con- cit absumitq;, tum infirmo validoq. cerebro, quod n facile fumos cōcipit. Simile enim quiddam his enit, quod lateri ignito, aut candenti ferro, quod quore subinde irrigatur, vel denique solo arido ac iculoso. Confestim n. omnem humorem imbibit, t in tenuem, minimeq. densum vaporē euanescit, c vt nihil necesse sit illis lotiū subinde redddere, aut esicā exonerare: cū calor innatus omnia consumat. uod autem in viris efficit interna insitaq. caliditas, oc in mulieribus præstat corporis raritas laxitasq;

Lib. 2. Aphor. 44. & 45.

Proceri corporis incommoda.

Simile ex candenti ferro desumtum.

Mulier cur vini copiam perferat.

ac mollities. Hæ ſiquidem, vbi vino aſſuetæ ſunt, a[d] prodiguum vſq. bibaces fiunt, diuq. ſubſiſtunt, ante temulentia ſuccumbant, ſed propter laxos patentes que meatus identidem micturire coguntur. Quo nomine non immerito infamia notantur à viris, quibu[s] ſuboleſcere ſoleāt illarū ſordes atque ingluuies. Seniculi autem omnium minime vini copiam perferunt.

Senes cito ebrietate tentantur.

Cum n. arido ſint corpore atq. exſucco caloreque debili: largiore vini potu offenduntur, moderato autem refocillantur atque exhilareſcunt. Quamobrem cum omnib. tum maxime ſenib. curæ eſſe debet, calorem natiuum, quo & cōprehenditur humidum primogeniū, caloris vitalis & ſpiritus ſubiectū, ac ſubſtantia à ſemine orta, appoſitis alimētis, victuq. moderato ac ſalubri fouere. Illa ſiquidē ſunt ſecundæ aduerſæque valetudinis præſidia, ac longioris vitæ ſeminaria.

Qui mane ientaculum ſumunt: ſi id moderate fiat, in prandio liberalius edunt, minusq. vino etiamſi largius bibant, offenduntur: Obiter an multus panis eſus ſit ſalubris.

CAP. XXI.

Studioſi non perferunt inediam.

MVlti ſunt qui indicta ſibi inedia, ad meridiē vſq. ieiuni perſiſtunt. Quod vt non improbo, ita non ſemper expedire cenſeo, aut conſultum arbitror, vt quis abſq. cibo in prandium vſq. perduret, is præſertim, qui calido eſt æſtuantiq. ventriculo: vt Cholericus omnis & qui vel laboris aliquid ſubire, operique intentus eſſe cogitur, vel lucubrationi ſtudiisq. inſiſtere. Extenuantur ſiquidē illis ſpiritus vitales, corporisque vires flacceſcunt, ac collabuntur. In hac autem re conſuetudini inhærendū ſpectandumq. quid ætas cuiuſque, tēpus, regio, habitus corporis ac conſuetudo expoſcant. Iuuentus enim annique tempus frigidū, ac regio Aquiloni expoſita copioſo alimēto, eoque frequētius exhibito indigent, alioqui corpus diffluit ac conſumitur. Senes vero, quiq; in ætatē decrepitā deuenerunt, perſiſtunt quidē diutius ieiuni, nihilq.

; appetunt nec ad cibi auiditatē incitantur, ſed
n alimentis ſubinde refici, fouerique poſtulant, *Gal.lib.1. Aphor.14.*
ucis. Vt enim flamma in lychnis copioſo afflu-
. oleo exſtinguitur: ita ſenilis calor affatim con-
nq. ingeſtis cibis. Quoniam autē hæc ætas den- *Senes cibo ſe fulciunt.*
ſe fulcit, ac tuetur, Prouerbio locum fecit, Se-
mandibula ſcipionis loco. Quod n. deterit ſe-
eciditq. natiuo corporis ſucco, hoc cibi potuſq.
niculo ſarciunt. Illis itaque vt omnibus ſeden-
, quique literis addicti ſunt, ac munia publica
nt, vuæ paſſæ, palmulæ ficus paſſulæ Corinthia-
uclei pini, piſtacia, arancorum citrique putami-
acchara incruſtata, myrobolani melligine con-
antemeridianis horis aſſumi poſſunt, vel alia
que ſubliquida quę ventriculum minus fatigant,
in perficienda concoctione negotium faceſſunt.
rim quiſq. metiri vires debet propriæq. naturæ
litionem excutere, atq. explorare, quid appetat,
lve reſpuat ac auerſetur. Hoc autē in primis ob-
andū, ne quis diluculo vinum bibere conſueſcat,
enim naturæ aduerſiſſimum: animi ſiquidem vi-
m hebetat, mentemq obnubilat, ac neruos af-
. Quocirca ſibi quiſq. matutinis horis, vini vſum *Vinum diluculo hauſtum perniciosum.*
us interdicat, ſed ſumto nōnihil edulii, parcius di-
uſq. bibat. Pauciſſima enim natura mane exigit,
umque foueri pauxillo alimento poſtulat, ne
r naturalis flacceſcat. Illorum itaque exemplum *Simile à re culinaria deſumtum.*
tari par eſt, qui cum poſt aliquot horas luculen-
ignem excitare meditantur elixandis aſſandiſ-
carnibus, prius nonnullo fomite, aridiſque
rimentis focum inſtruunt, ne ignis penitus ſo-
tur, ꝙ cum ſit oportunum, iuſtum ignem in co- *Non conſultum diu ieiunum perſiſtere.*
ræ vſum excitant: Sic cum exiguo fomento, ac
ut ſuccendiculo ventriculus paulo ante incaluit,
randio auidius cibum appetit, ac dilatatis venis
idius concoquit digeritque: cum pleriſque qui in

prandium vsq. ieiuni persistunt, appetētia euanescat
calore vel flaccido, vel tantum nō exstincto. Adde q
collapsis occlusisq; meatibus p quos deferri alimen
tum debet, in mediis spatiis hæreat seriusq; in vena
rapiatur. Deinde ꝙ propter diutinam inediā stoma
In prandiis citius quam in cœna inebriamur. chus noxiis humoribus, quos ex vicinis partibus al
licit oppletus, cibum respuat, citoq. satietur. Quo fi
vt in symposiis meridianis celerius temulentia ho
mines corripi contingat, quam si eadem in cœnam
differantur. Nam vt alia prætercam, Dimidia, vt in
Lib. 13. cap. 1. quit Plinius, periculi pars est, noctu, h. e. spe somn
bibentibus, somnus siquidem ad despumandā discu
Panis vsus. tiendamq; vinolentiam adiumento est. Ceterum cū
panis maxima hominibus alimenti pars sit, omniaq
edulia absq; illo sint insipida parumque salubria, d
illius quoq. vsu pauca disserere institui. Sunt enim
qui huius repletionem ac satietatem noxiā esse con
tendant ventriculo, nec minus, quam vinum immo
deratius haustum officere hoc inducti, vt puto ar
gumento ꝙ diu ventriculo inhæreat, aluumq; astrin
gat. Ego vero discrimen delectumque statuendum
censeo. Siquidem triticeus fermento accurate suba-
ctus, beneq; elaboratus ac coctus, sanis robustisque
corporibus laudatissimus est cibus, ac maxime salu-
Olidis faucibus qui parcius pane vescuntur. bris. Quapropter cuiq. persuasum esse cupio edulia
ac pulpamenta quæq; non mediocriter panis admix-
tu condienda: Qui enim parcius pane vtuntur, co-
piose autem carnibus aut piscibus, corpore afficiun-
tur laxo, carneq; fluida, deniq. halitu graueolenti ac
vitioso. Quocirca esus piscium: ꝙ ii citissime putre-
scant, plus panis exigit. Videmus autem omnia escu-
lenta promtissime putere ac putredinem concipere
exactoq. triduo aut plus paulo, ni sale condias, subo-
lita fieri, oua, pisces, carnes, & pulpamenta quæque.
At panis nunquā putredini fit obnoxius, aut aliquid
vitiosi odoris contrahit. Diutius enim asseruatus
mucescit

cescit quidem arescitq; verũ non putrescit. Quo
t qui eduliorum ingluuie se onerant, nulloq; aut
pauco panis esu vtuntur, mephitim ex imis præ-
diis exhalent, grauique ac tetro anhelitu obuios
osque feriant. Qui itaque valido vegetoq; corpore
student, atq. habitu firmo, moderatũ panis esum
mittant, præsertim vbi exercitia laboresq. subeun-
unt, nisi enim fossores, baiuli, nautæ, vectores, ath-
æ, ac pugiles copiosius se pane alerent, nõ possent
sistere, tantisq; laboribus sufficere. Tenellis autẽ *Ægroti cur*
poribus ac valetudinariis, quique inualido flacci- *panis esum re-*
que ventriculo exsistunt, ac meatus habent exiles, *spuunt.*
cius contractiusque panis vsum præscribo, sed li-
idis illos reficere, viresque restaurare pergo, quæ
o venarum conceptacula subeunt. Illorum siqui-
m corpuscula, vtpote tenera ac delicata, solida ali-
enta respuunt. Quæ omnia exactissime mihi per-
exisse atque obseruasse visus est Dauid rex & Pro- *Psal. 103.*
eta, cum inquit: Effecit munificus rerum parens,
iumentis pabulum, hominibus cum infirmis tum
nis alimenta suppetant. Sic vt oleo perfusum cor-
us nitescat, vnguentoque delibutum recreetur. Vt
no cor hominis exhilarescat ac discusso mœrore a-
cre, erectumque efficiatur. Et panis vitale robur
lciat ac confirmet.

ux myristica seu moschata, & Corallius lapis à viro gestata meliorescunt, deteriora vero efficiuntur à fœmina.

CAP. XXII.

QVod mulieri vir præstet, huiusq; conditio multo *Vir mulier i*
quam illius sit excellentior ac generosior, præ- *præstantior.*
er animi & corporis eximias dotes, quibus abunde
ollens potensq. & clarus est, inanima etiam, & quæ
egetante iam vi destituta sunt, accrescere augerique
esinunt, testantur atque experimentis commonn-
rant. Siquidem nux myristica seu moschata si à vi-
o gestetur, non solum vigorem suum conseruat,

Nuces muscatæ vt explorentur.

Comment. lib. 2. Aphor. 14.

Alexandri Magni vestes cur odoratæ.

Corallus rubicundior fit viri contactu.
Mulier Corallū deterius efficit.
Quæ Corallo ruborem conciliont.

sed etiam turgescit, magisq́. efficitur succulenta. enim inter has illa sit præstantior, quæ pondero est, succoq. pingui madescit, atq. vel compressu acicula punctura oleaginem resudat, non sine mia odoris suauitate: has dotes viri calor conser ac tuetur, & ꝙ miraiti subeat, illam magis specios facit, adspectuq. amabilē, ac succo oleoso magis gidam, præsertim si iuuenilis adultæq. ætatis hor nes circumferant. Tum suauis enim, gratusq. hali emanat ex huiusmodi corporibus, effluxusq. ac e poratio, ob caloris natiui temperiem, tam mitis blanda, vt nux illam alliciat, eaque imbuta veget fiat atq. odoratior. Alitur siquidem, afficiturq. aër vapore, auraq. tepenti ac subcalida, quam iuuen corpus exspirat, vt re maxime sibi familiari ac cogn ta. Sic memoriæ proditum est, Alexandri Maced num regis vestes gratissimo odore fuisse perfus non quidem adscititio aliquo externoq. suffitu, sed genuino ac naturali caloris natiui effluuio. Muli vero cum excrementis abundet, atque insuaues tr stesque halitus ob menstrui profluuij decursum di fundat, omnia deteriora efficit, natiuasque vires a que insitas facultates depopulatur. Quo fit, vt nu myristica, exsucca illius contactu efficiatur, leuis, ca riosa, coloreq. squallido ac nigricante, qua vi etiam herbis perniciem tabemq; adfert, ac fata strangula speculiq. nitorem obfuscat. De Corallo par est rati hoc siquidem in orbiculos elaboratum ac lęuore pe politum, si à viro gestetur, rubescit exuberantius, ꝗ hoc gestamine fœmina decoretur. In pallorem enim muliebri consuetudine elanguescit ac calore natiu destituitur, partim ob emanantes ex illa fuliginoso densosq. spiritus, partim quod languidum calorem habeat, ac frigidæ humentisq. sit naturæ, quæ quali tates aliquid conseruare tuerique nequeunt: cum vi caloris innati substantiam vaporosam, mitem ac sua

uer

...m sit consecutus ac velut aromatis odore imbu-... Qua ratione & sinapi semen Corallum rubicũ-... efficit, si illo obruatur, caloris scilicet ratione, ... tanquam ignita reincalescit. *Sinapi Corallũ rubicundum efficit.*

...gna ex parte steriles esse, & infœcundas, quibus sponte semen profluit, seseq. polluunt, & qua ratione id fiat.

CAP. XXIII.

...Itium est idque tam fœdum, vt à templi aditu, omniq; hominũ consortio apud Hebræos arceren-... illo contaminati. Græcis γονοῤῥοία, Latinis Semi-... profluuium appellatum, quo mulieres æque ac ... infestantur. Siquidem illis præter voluntatem ...nen effluit nullo propemodum delectamento, nec ...a voluptatis illecebra, aut pudendo rigido erecto-... idque aqueum dilutumq; ac tenue. Quo fit, vt in-...cundum sit atque ad excitandas proles inefficax. ... enim salix frugiperda semē ob caloris penuriam, ...te maturitatem excutit. Sic istis humor genitalis ...us satis frigidus & humidus defluit. Nequeũt enim ...turales facultates semen perficere, ac vi prolifica ...cundaque illud imbuere. Quo fit vt excrementi-...us prorsus sit humor, incoati imperfectiq. seminis ...dimentum generandi munere destitutum. Cete-...m cum hic affectus ex imbecillitate vasorum sper-...aticorum oriatur, tum aliud quoddam vitium ...ntrahi ut ex amplexu Venereo ac concubitu con-...giosó, si quando cum infectis scortis congressum ...eunt. Siquidem purulenta quædam fœdaque il-...uies ab inguine distillat, colore modo liuido, mo-... æruginoso ac porraceo non sine teterrimo odo-... Quo fit vt vasa nonnunquam erodi contingat, ...rtesque pudendas mutilari. Ista autem vligo hu-...orisq. sordidi stillicidium in fœminis virulentior ... alboque oui, vbi computruit, assimilis, qua in-...ranca pruritu intolerabili infestantur, quasi alu-...ine aut salsugine essent imbuta. Quo fit, vt omnes

Leuit. 15.

Simile ab infœcundis arboribus.

Beuendruy-per *vocatur Belgis hoc fœdũ stillicidium.*

Morbo Gallico infecti semper pruriunt.

morbillosi, quique Venerea lue infecti sunt, impe… sint salaces ob putridi humoris acrimoniam, quā… tundi ac mitigari concubitu sentiunt, magnaq; m… parte se leuari. Quocirca cum omnib. suam scabi… affricare gestiant, cum maxime illas expetunt ac… nantur ganeones isti pruriginosi, quas sciunt salu… esse beneq; constituto corpore. In has enim suas … des ac saniem profundunt, suoq; purulento semi… contaminant, cum ipsi nihil ab his cōtagii contra… re possent. Cum enim illi seminis profluuio obno…

Acrimonia vrinæ infectis peculiaris.

sunt, ꝙ ex lue venerea contrahitur, ac contactu co… cubituq; fœdo concipitur, nō seminale ac prolific… excrementum ab iis profluit, sed virulenta quæda… ac contagiosa eluuies ab inguine destillat odoris … tri, colore nō albicante, sed lurido ac virescente, q… vlcera in pudenda ac primori virgæ parte excitat: … vt vrina iis ægre prodeat, atque ob purulentam co…

Vrina quibus supprimitur.

cretionē subinde supprimatur. Quod si quando p… rire occipiant, ac rentigine affici ac penis seu pude… da pars erigi incipiat, acerrime cruciantur. Vide… enim hoc membrum, quasi fune distendi ꝑpter ne… uos, qui humore acri ac mordaci imbuti sunt, quo… vt vrinæ stillicidio subinde infestentur, cum nō co… fertim & profuse, sed lente ac sensim lotium prode… intolerando micturientium cruciatu. Contrahit… hoc vitium ex siccosis morbidisq; hominibus, atq… attritu contactuq; scortorum, quibus inguina ac p… dendæ partes bubonibus aliisq; inquinamentis su…

Inguinum tumores non reprimendi.

Dolores neruorum vnde.

contaminatæ. Qui morbus cum circa obscœnas abd… tasque partes consistat, atque ex putridorū humor… affluentia fœdos tumores excitet, Pudendagra nom… natur, vulgo *Clapooren*; Si vero contagio se diffunda… vt assolet vbi primum contracta labe corpus non e… purgatur, aut vbi foris nō maturantia cataplasmata … sed discussoria quæq; fluxionem reprimant ac referi… ant, nō eliciant, adhibentur, tota corporis moles vn…

sanguine ac spiritibus inficitur, totaque humorũ ...ctio in neruos, panniculos, membranas, muscu... ...fertur, atque intensissimos dolores excitat, qui ...us vernaculo Belgis idiomate *Pocken met de lem-* ...ocatur: quod omnia membra doloribus pertu... ...t ac dilaniata, ipsaque symptomata, hoc est, quæ ...orbi sæuitia accedunt ac concomitantur, nõ mi... ...s ipso morbo dolorum faces admoueant. Neque ... vnius generis cruciatu excarnificãtur, sed mul... ...es illos diuexant dolorum differentiæ, qui tan... ...n admotis vncinis ac ferramentis, neruosas par... ...quisitissima mouendi sentiendique vi præditas ...ant, ac velut aculeis fodicant, vrgent, stimulant. ...m nullas non partes interrepten..., atque errati... ...aque incursione inuadant, à doloris inquietu... ..., nullaq; interposita intermissione, *De micren* no... ...es hunc affectum vocant, à formica deducto no... ...e, animalculo agili atq; inquieto, quod nouas subin... ...des persequitur, à qua Medici etiam pulsum de... ...nt formicãtem ob mobilitatem exilem, exhau... ...cil. deiectisq; viribus, adeo vt homini quam mi... ...um vitæ superesse possit, eo se pulsu proferente: ...ffinis vermiculans à vermiculi motu atque in... ...u, qui non magnam etiam recuperandę sanitatis ... decumbenti pollicetur. Et quemadmodũ mor... ...est Verminatio, qua homines infestari torqueri... ...solent, ac velutà vermibus dilaniari: ita quoque ...bus vel Formicatio, Græcis *μυρμηκία*, quæ foris ...bus fœdis tuberculis ac pustulis deformat, intus ... mordentis formicæ sensum adfert ac cruciatũ, ...t subinde scalpturire cogatur, atque attritu ali... ...t leuamen conquirere: vt assolet morbo Vene... ...infectis, qui nusquam quiete consistunt, sed con... ...nter frictionibus insistere coguntur. Quocirca ...osite nostrates Formicationem huic morbido ...aueri accommodant, non quod eo nomine hic

Morbillosi omnes dolorum differentias percipiunt.

Pulsus formicans.

Pulsus vermiculans.

Verminatio qui morbus.

Formicatio qui morbus.

Formicatio accidens morbo Gallico

morbus censeri debeat, sed quod pari modo corp[...]
afficiat: Hinc Plautus, quoniam multi illo seculo [...]
dissimis morbis erant contaminati, nempe mẽta[...]
impetigine, lepra, tum plerisq. aliis, qui se in hone[...]
sima fere parte corporis ꝓferunt, illis vitiis defor[...]
tos, Fornicinos, mucidos, vietos, putridos, vlcer[...]
vocat: quos, vt nostrates dictitãt, si vel leuissime c[...]
cutias, ab ossibus dissiliunt ac dissoluuntur, popul[...]
loco *Van den graat schudden*: à piscibus rancidis, ac [...]
tri salsamento desumta similitudine, ꝙ vel min[...]
conquassatione à spinarum contextu decidant. Q[...]
circa qui fiscosos tumores circa inguina partesq[...]
ditas ac latentes contraxerunt, vel ex concubitu, [...]
si vlli contaminato sodali conuixerint, lectoq; co[...]
muni sint vsi (nam facilime hæc labes olim, quæ [...]
sensim exolescit, aliis affricari solet vel esculento, [...]
halitu orique ac labris admoto poculo) in primis [...]
sulo, vt acri vel vino vel aceto pudenda, contactasq[...]
partes abluant, admixto salis momento, deinde a[...]
cessum seu apostema, si res poscat, ad maturitat[...]
perducant eruptoque pure ac sanie abstersoriis vl[...]
ris cauitatem eluant, priusquam citatrice obduca[...]
atque vt in rabidi canis morsu, qui aliquando, qu[...]
scorti mitior, diutius hiatum apertum sinant, ne [...]
rulento humore intus cohibito, postmodum m[...]
bus recrudescat atque axasperetur: interim ante[...]
manum vomicæ admoueri contingat, corpus p[...]
gantibus medicamentis accurate inaniri debet: [...]
quem vsum commode adhibentur, epithymus, [...]
maria, polypodium, sena, eaq. cõfectio, quæ ad [...]
mech refertur, aut quoniam iis lotiũ molliri deb[...]
benedicta laxatiua ex decocto ligni Indici, quod [...]
ter Ebeni species refero: aliqui nisi huiusmodi s[...]
sidiis corpori prospiciatur, diffusis vndiq; humor[...]
corpus omni ex parte morbidum fit ac lue Vene[...]
vndiquaque inficitur. Sunt enim duo isti morbi in[...]

Fornicinus homo.

Simile à rancidis piscibus est populare prouerbium.

Morborum incredibilis contagio.

Tumorum in inguine curatio.

Exemplum à rabidi canis morsu.

Compendiosa morbi Gallici curatio.

nes & cognati, quemadmodum Cācer & lepra. *Cancer & lepra affines morbi.*
d enim Cancer est in parte aliqua corporis, id
seu elephantiasis est in toto corpore. Sic mor-
sa ista affectio vbi in toto consistit, atq; vndique
sa est, fœdissimū illum morbū excitat; quem alii
icum alii Neapolitanum vocant: vel quo in tam
tæ nationis gratiam ac fauorem aboleri possint
obsolescere contumeliosa illa nomina, quib. ali-
conuitii subest, lues aut contagio Venerea, vnde
rahitur, denominetur. Quæ vero in inguine con-
, ac pudendas partes commaculat, Pudendagra.
n vero natura mortaliū procax sit in alienis mi-
s, atq; insolēter huiusmodi calamitate oppressis
tet, populares passim morbum hūc, cum totum
us occupat Matris: alterum qui parti peculiaris
Filiæ nomine designant: & quoniam alter ab al- *Prouerbium in morbidos.*
pullulat, venustum illum maritum, si diis pla-
aut potius sordidum sponsum, matrem ac gemi-
filias sibi in matrimonium asciuisse, ioculari li- *Iocus popularis in hos qui ex inguine laborant.*
ia dictitant, cum præter inguinum tumores cor-
vndiq; exulceratum sit ac tuberibus scateat.

orbis excrescere corpora, atq. in longitudinem produci, licet minus edant, in latitudinem vero diminui.

CAP. XXIV.

puberes qui plurimo vtuntur alimento, minus *Quid officiat procerritati.*
eciose adolescere, nec in iustam decentemq. lon-
dinem produci, quotidiana experimenta com-
bant. Suffocatur enim calor natiuus atq. immo-
a humiditate obruitur, quo minus corpora in de-
am proceritatem possent effingi. Qui vero mo-
ate saginantur ac cibo vtuntur parcius, sibiq. dis-
minata certaq. edendi tempora constituunt, non
gnopere efficiuntur obesi, nec adeps illis, aut caro
gescit: sed ossa longitudinē atq. incrementa susci-
nt. Sic videmus adolescentes ac pueros in longis
tinisq. morbis gracilescere ac macilentos effici, in

Cur alii in longum, alii in latũ excreſcunt.

longitudinem tamen eorum corpora proferri ac p... ceritatẽ capeſſere. Quod ipſum fieri ſiccitatis rat... ne crediderim. Nam oſſa cum ſicca ſint alimento ... familiari ac cognato aluntur. Siquidem cum hu... res ægrotis atque alimenta aſſumta, ex calore & ... poris ariditate ſicceſcant: oſſa in longitudinem ... riguntur, atque alimenti ſubſicci ratione aliqui... lis ſtaturæ accedit, præſertim cum homo in ea æ... cõſtitutus eſt, in qua corpus, vt argilla vda ac ſeq... produci fingique in longum poſſit. Conſtituta ...

Simile ab argilla ductili.

autem vnicuique certa creſcendi ſpatia, ac deter... natæ legitimæ ſtaturæ rationes ac modi, quibus ... ſim tacitiſque auctibus conſequimur vel libera... proceritatem, vel indecoram: eaq. creſcendi vis, ... in longitudinem augeri corpora contingit, raro v... quintum & vigeſimum annum producitur: ma... autem ex parte intra vndevigeſimum conſiſtit. ... fit vt dentes etiã excuſſi, ab eo annorũ curriculo ... renaſcantur, vt nec oſſa fracta, ac cartilagines co... lideſcant, quod ex progenitorum ſemine illæ co... ſtant. Pingueſcere vero atque adipoſum obeſum ... fieri, non certis temporum ſpatiis fieri contingit ... nutrimenti ratione, vbi ea affatim ingeruntur. Q... ipſum etiam in conſiſtente ætate, vel eadem incl... ta fieri poteſt. Tametſi enim quis vbertim ſagine... non in longum ſurrigitur corpus, ſed in latum ac ... lem dilatatur. Alia eſt enim facultas, qua alitur ... pus: alia qua augeſcit. Illa ſiquidem circa alim... copiam verſatur; iſta circa partes corporis ſolidas ... pe oſſa, neruos, cartilagines, &c. quæ ſi creſcunt ... in longum porriguntur, animal quoq; incremen... aſſequitur, tametſi illud macie conficiatur atque ... tabeſcat. Natura itaque in producendis oſſibus ... longitudo emergit, vi caloris vtitur, qua exſiccat ... nihil humores atq. alimenta alendis oſſibus acc... modat. Neq, enim auctio ſine nutrimento afflu...

Quamdiu in longum corpora porrigantur.

Alia vis longitudinem, alia latitudinem parit.

erfici poteſt. Vbi enim generatio animalis conſtitu-
a eſt, vſq; ad ætatis vigorem augeri poſtulat atque in
ongum latumq; ac ꝓfundum ampliari. Deinde quo
ubſiſtat ac perduret in reliquum vitæ tempus, æuiq;
uius decurſum, nutritio ſubit ſuasq. partes obit, qua
eſtaurari poſſent, quæ effluunt, quaq; ambientis aë-
s qualitas depopulatur, nulla corpori tamen indu-
ta amplitudine, aut in longitudinem progreſſu. Au-
trix itaque vis ac facultas eſt, quæ oſſa febricitantiū,
t ceram, in longitudinem effingit, calòre ac virtute
minalis excrementi, quæ in ætatis vigore ad ea per-
cienda valida eſt atq; efficax. Quod ſi adoleſcentes
t pueri ab ipſis incunabulis lacti aſſueſcant, atq; ex-
ercitationi ſint dediti, productiori efficiuntur corpo-
e: ſtaturaq; decenti ac ſpecioſa. Siquidem lactis po-
a atque vſu oſſa aluntur, ꝙ ſemini affine eſt, ac ſan-
uis elaboratus atque exacte concoctus: Frugū nerui,
quæ carnes, quod obſeruare licet in bobus, q aquis
opioſis pingueſcunt, ac pabulo humido ſaginantur. *Quibus rebus corpus incre-menta ſuſcipit.*
einde in Belgis, præſertim Batauis, qui liquore illo
entilitio, quam Cereuiſiam vocant, adeo pingue-
unt, vt mentum pectori incumbat, ac

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipedo exſtet. *Perſ. Satyr. 2.*

In ieiunis, an pranſis venam incidere expediat. Et an conſul-tum ſtatim ab inciſa vena ſomno ſe dedere.

CAP. XXV.

QVid commodi adferat corpori humano venæ ſe-
ctio, quidve in ſecunda, aduerſaque valetudine
præſidii ex ea homines conſequantur, tum quibus,
uove tempore illam adhibere conueniat, ſuperua-
aneum eſt, hic referre, cum ea quiſque ex ſyncero fi-
oq; Medico diſcere poterit, nō ex vulgata ac triuia-
i conſuetudine, quam nugones quidam inuexerunt,
ui nimis rigide aſtra potius quam humores obſer-
ant. Cum autem innumeræ quæſtiones hac de re a-
itari ſoleant; illam paucis expediam: Ieiunisne an

pranſis venã feriri expediat. Equidem cum pleroſq
meticuloſos trepidare videam, ac contremiſceren
adeunda venæ ſectione, ne ſyncopi atque animi del
quio, vt aſſolet periclitentur, nonnihil cibi, ac mer
Cibus & potus ſpiritus alimẽta.
ciſſimi vini exhibendũ cenſeo. Obſeruaui ſiquide
frequentius animi defectu collapſos diu decubuiſ
immobiles, atque ægre odoramentis crebraque v
licatione refocillatos, adde quod ſanguis non co
fertim nec affluenter, ſed languide ac ſenſim iciu
profluit nonnunquam prorſus non erumpat, quo
natura auide vitæ theſaurum amplectitur, nec ſi
illum temere elabi, vt cui maximam vitalis ſpiritu
vim ineſſe ſentiat; qua exhauſta, tota corporis mo
langueſcit, operaque naturæ perficiuntur deteri
Cibus offerendus ante venæ ſectionem.
Vbi vero aliquid alimenti exhiberi contingit, ac m
derata corporis agitatione ſanguis ad fluxionem e
citatur, promtius emanare ac ſcaturire incipit. Al
cres enim atq; erecti efficiuntur ſpiritus cibo, pot
atq. exercitio moderate adhibito, corpuſq. ſangui
vndique perfuſum effloreſcit, ac fit coloratius. Cæte
An dormiendũ inciſa vena.
rum, An inciſa vena ſomno ſe dedere expediat, d
cutiendum eſt. Ego ſane, niſi quis aſſueuerit aut
Ab inciſa vena temperantia exigitur.
æſtu atq; itineris moleſtia, laſſitudinem contraxer
non ſemper valetudini cõmodum cenſeo vernis æſ
uiſq; menſibus meridiari; nec conſultum arbitr
ſtatim ab inciſa vena ſomno indulgere, præſertim
quis vel oppleto ventriculo, vel obeſo corpore ex
ſtat. Sunt enim inter hos, qui pertuſa vena ademto
ſanguine, vires inſtaurandas ſibi perſuadeant, eoq
affatim Genio indulgent: qui cum ſomnolenti ef
ciantur atque oſcitantes non ſine graui noxa iact
raque valetudinis ſe quieti dedunt: impletur ſiqu
Exemplũ eius qui a ſomno morte ſopitus eſt.
dem denſis craſſiſque vaporibus cerebrũ, ac venæ il
plerumque turgeſcunt, vt cæſura dehiſcat, ac ſa
guis denuo magno valetudinis detrimento profluat
Quod apud nos eueniſſe memini viro cuidam p

qui cum Idibus Maii, quibus feriæ ac supplica- triduanæ inducuntur, incisa eo die vena, in o allio virenti, vt mos est, vinoque se affatim it: à meridie oppleto fumis capite, primum , postea morte sopitus oppressusq; est. Quam- qui optime valetudini consultum velit: quo sa est vena, frugaliter victus rationem institu- uoad eius fieri potest, à somno se cohibeat, qui uitis obrepat, oculiq. nictare incipiant, ac so- nino excuti nequeat: tantisper tamen differa- n sanguinis impetus atq; agitatio resederit, ꝙ quihoræ spatium fieri solet, tunc placide ob- cere licet, explicitaq; corporis parte, cui inci- a est, semisupino decubitu, si id sedendo per- ermolestum est, caput in puluinum reclina- od si duabus horis somnus sit productior, vel- ebent, quo se erigant, atque expergiscantur, ne ingrauescant, ac corpus caliginoso vndiq; fu- primatur. Quo fit, vt nauseabundi exsistant, at- itantiam ægre excutiant.

nomia hoc est, naturæ morumq; inspiciendorum ratio, x notis signisq; corporis animorum motum ac propen- m elicimus ac diiudicamus, non improbanda. Ceterum ex hac potissimum obseruare conueniat, scripturæ te- niis comprobatur.

CAP. XXVI.

eque artes illiberales censeri solent, minusque enuæ, ꝙ vanitati atque imposturæ affines sint, ue obseruationes anxias habeant ac curiosas. ysiognomia, quæ ex facie, oculis, vultu, linea- s, totoque habitu corporis animique propen- n perspicit, nulla sui parte inter has referenda, m à laudatissimis viris studiose obseruatam ex- nque perspicio. Cum autem nulla sit corporis uamlibet minuta atque exilis, quantumuis ab- atque ignobilis, quæ non aliquod argumentum *Vultus & oculi animi indices.*

insitæ naturæ, & quo animus inclinet, exhibeat, tum omnium signorum notarumque sunt præcipua, quæ in facie vultuq; elucent, & qui certissimus est mentis index, in oculorum aspectu ac volubilitate se profert. In iis enim odium, ira, indignatio, pauor, metus, formido, spes, lætitia, modestia, arrogantia, zelotypia, auaritia, æmulatio, omnesq; affectus animi interni, in externo corporis habitu relucent. Sic Deus conspicatus Cain subtristem, animo deiecto ac demisso: Quare, inquit, mœstus es, & concidit vultus tuus?
Genes. 4.
Iosephus quoque cum videret captiuitatis collegas tristes, sciscitatus est: Cur solito tristior est facies vestra? Obseruabat enim aliquid sinistri ominis residere in mentib. illorum, cuius se certa indicia in externa specie pferebāt. Quo spectat illud Isaiæ: Agnitio vultus illorum respondet illis. Quo designat, homines sceleratos ex habitu corporis posse deprehendi. Vultus siquidem indicat, qua sint malitia imbuti, quid meditentur, quid moliri gestiant, quo spectet improbus illorum conatus. Plurima eius generis obuia sunt apud Dauidem & Salomonem, quibus nonnullorum nequitiam atque improbitatem coarguit, exprimitque, ex fronte, superciliis, oculis vltro citroque contortis, demorsis labris, naribus corrugatis, inflatis buccis, incessu superbo, gestu indecoro, vultu nutuque minaci. Vnde Sapiens: Vir improbus & nequam graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, peruersitate mentis machinatur malum, atq. omni tempore dissidia serit. In iis vero, qui placido sunt mitique ingenio, omnia formæ dignitatem exprimunt: Status, incessus, accubatio, vultus, oculi, manuum motus omnia honestati, decoroq. inseruiunt, sic vt in facie ac vultu sapientia, decus ac probitas, ceteræque virtutes eluceant.
Genes. 40. *Cap. 3.* *Esaia locus explicatus.* *Psalm. 34.* *Prouerb. 6.*

Ceterum licet non omnia exacte huius artis præsagiis respondeant, multaq. aliter, quā membrorum

æ præ ſe ferunt, eueniant, idque vel educationis
nere, vel parentum induſtria, aut denique diuino
dam afflatu: magna tamen ex parte vero ſunt
ſentanea, euentumq. certum conſequuntur. Si-
dem in his quæ viſenda aliqua nota inſigniti ſunt
veritatem aſſequitur. Vbi enim error circa prin-
m aliquam partem conſiſtit, mens quoque ali-
d incommodi percipit, ſuaque munia inculpate
re nequit. Sic qui gibbo deformati ſunt, modo
urale ſit id vitium, non adſcititium, nec ex acci-
re caſuq. illatum, improbi fere ſunt, ac malitioſi:
d cordi totiuſq; vitæ fonti ac principio, deprauа-
communicetur. His proximi ſunt ſtrabi, cœci, lu-
ſi, pæti, quiq; in obliquum detorquent oculorũ
m: quod circa cerebrum natura deliquerit. Sur-
ero, muti, balbi, blæſique, & qui ob muſculorum
uorumq; imbecillitatem, linguæ hæſitantiæ ob-
ii ſunt, non penitus à vitiis immunes exſiſtunt,
ea non magnopere culpari merentur. Quo enim
dque membrum, cui error ſubeſt, minus nobile
generoſum, hoc partes primariæ minus afficiun-
. Quod ſi aliquod corporis vitium, vel cerebro, vel
di affine ſit, horumq; alteri ꝓxime aſſiſtat: menti
oq; ac rationi aliquid erroris infertur; ſic vt illa
nib. ſuis numeris non ſatis conſtent, ac plerumq.
liciis amiſſis deliret, atque in obliquum rapiatur.
o fit vt facultates animales ſuas functiones ac
nia inoffenſa perficere nequeant. Atqui non ſem-
r eſt neceſſe, nec conſequitur, vt naturæ hominis
nditio, mores, ſtudia, inſtituta, animorum ꝓpen-
nes mentiſq; agitatio ad notas externas ſit accom-
danda, atq. ad lineamenta ſignaque corporis me-
nda. Cum multa plerumque agant ac mediten-
r homines, multaque mente concipiant atq. opere
rficiant, cuius ne vllũ quidem veſtigiũ, aut minima
licii nota foris ſe offert, aut diuinandi argumentũ

Notæ corporis animi conditionem indicant.

Cerebrum & cor à remotis partibus afficiuntur.

exhibet. Poteſt enim eſſe aliquis enormi corpore membriſq. diſtortis ſed tamen frugi atq; ad præclaras artes appoſitus. Rurſus fieri poteſt, vt quis ſit habitu corporis decenti ac liberali, at improbis moribus, vitaq. vndiq. contaminata. Quapropter nemini ob vlla vitia inſultādum, nec gibboſi, luſci, claudi, varis repandiſq; cruribus homines, conuitiis onerandi: cum hæc naturæ vitia erroreſque immutatos cupiant, ac corpus decentius conſtitutum exoptent. Sunt tamen inter hos qui hominum dicacitatem in ſe concitent, quo horum nonnullos impoſtores ſint experti verſipelles, ſubdolos, doloſos; ac non ſolum obſcœnis facetiis. ſed etiam dicteriis ſalibuſq; dentatis abunde inſtructos: vt omnes ꝓpemodum ſunt, quib. vitiatæ ſunt muſculoſæ neruoſæq; partes: ſic vt cerebrū mouendi ſentiendiq; principium, cor deniq; vitalis animæ ac ſpiritus fons, ex cōſenſu varie efficiantur, adeo vt externa vitia internas facultates immutent, atq; ad diuerſas actiones inſtruant incitentq;. Ex his itaque qui nota aliqua inſigniti ſunt manauit prouerbium, *Caueto à ſignatis* Quo deſignant rerum humanarum periti declinandā conſuetudinē cōmerciumque improborū: ꝙ quotidiano vſu, atq. experientia compertum habeant, fallaces eſſe huiuſmodi homines, ac technis doliſq. eſſe imbutos. Quod autem claudi impenſo ſalaces ſint, abditaſq. atq. obſcœnas partes inuſitatæ magnitudinis habeant, prouerbium inde natum indicat: Claudus optime virum agit. Omne ſiquidem alimentum quod inualido pedi deſtinandum erat, circa partes genitales conſiſtit, atq. in ſemen elaboratur, cuius vis & copia tentiginē mouet, atq. obſcœnis partibus pruritum excitat.

Errori natura non inſultandum.

Signati Sycophanta.

A ſignatis cauendum.

In Claudos prouerbium.

An aperto biantiq; ore dormire, an clauſo, cohibitiſq; labris ſalubrius. CAP. XXVII.

NOn deſunt pleriq. qui ſalubre exiſtimant patulo apertoque ore ſomnum capere: ſic enim melius

exſpi-

...rari fumos, ac discuti fuligines, animamque ho...s liberius cômeare, ac minus graueolentiæ con...re; subolido enim esse ore, putidoque anhelitu, ...compressis labris noctem somno transigunt. Ego ... aliud persuasum habeo. Vt enim decubitus in ...um pulmoni septoq. transuerso noxius, vt quæ ...is humoribus turgescant: sic hianti ore dormire ...udini incommodum: Pulmo siquidem cum fi...sus sit, per vocalem arteriam, aërē obuium qui ...noctem fere impurus ac turbidus est copiose al...,quo spirādi meatus imbuti vel raucam efficiunt ...em, vel obtusam. Occluso autem ore spiritus ex...usq; aër non confertim sed sensim per nares an...tuosas, sinuoso volumine vltro citroq; commeat, ...in pulmonem delabitur, cordisq. calorem tem...at. Quo fit, vt minus siticulosi efficiantur, qui cō...is labiis dormiunt. Qui enim faucibus dilatatis ...num capiunt, iis ob aërem halitumq. hinc inde ...antem, lingua ac palatum arescunt, potuque no... irrigari cupiunt. Cæterum cum multis solidisque ...onibus fulciri hæc persuasio possit, tum nulla sta...us, quam quod longe melius cōcoctio in ventri...o perficiatur, si quis occluso ore dormiat: fouetur ...uidem calor naturalis ac validius cibo incumbūt. ...enim ollæ ac lebetes elixandis carnibus destinati, ...turius concoctionem pficiunt, operculis obducti, ...od nihil caloris, nullusq. halitus emanet: Sic etiam ...or in corpore humano coactus cohibitusq. cele...s cibum concoquit. Itaq. his qui flaccido sunt flu...antiq. stomacho, subinde halitum cohibere con...o, tum iis qui tussi singultuq. identidem infestan...: Hac enim ratione calorem excitari contingit, ac ...xam discuti. Porro vbi occluso ore noctem trans...erunt, cibiq. concoctio peracta est, tum demū con...lo vt poppysmate, sonituq. bomboso, fumi ac fuli...nes expurgentur, quæ mediis spatiis inhærescunt,

Occluso ore somnus salubrior.

Vnde sitio nocturna.

Simile à re culinaria desumtum.

Anhelitus cohibitus concoctionem adiuuat.

Imprecationes parentum quibus ex se genitos exsecrantur, maledictis incessunt, aliquando in euentum effectumq; ra- Bonas quoque ominationes, quibus illis felicia ac saluta- quæque exoptant, ad lætum exitum esse adiumento, atque progenitorum voto omnia consequi.

CAP. XXVIII.

IN tantam delapsa est natura mortalium, exuta hu- manitate, feritatem, vt non solum in extraneos, se- in sua etiam pignora, quibus optime consultũ opo- tuit, sint crudeles. Quis enim per compita passim vicos exsecrandas voces non audit? quibus suos in- maniter diris deuouent, atque horrenda quæque imprecantur: quorum pleraque effectum sortita me- mini, atq; in calamitosum funestumq; exitum deu- nisse. Quamobrem Plato nihil parentis imprecatio- ne filiis censet periculosius. Pueri siquidem cum ir- incandescere progenitores vident, tamq; atroces ex- secrationes in se congeri, obstupescunt, trepidãt, per- turbantur, ac terrore metuque concussi, vel in spa- smum aut epilepsiã incidunt, vel furore ac rabie cor- ripiuntur, menteq; atq; animo alienãtur. Tanta enim fit in huiusmodi corporibus spirituum humorumq; concursus atque agitatio, ea intemperies, vt sensuum instrumenta conuelli contingat, omnesque anim- facultates inuerti. Quo fit vt non solum ætas tenera sed etiam adultior, quæ reuerentia ac pudore erg- parentes ducitur, repentino terrore subitaque anim- consternatione, tanquam fulmine concussa, magnam rationis mentisque iacturam patiatur, nec minorem in corpore cladem percipiat. Quo mihi optime insti- tutam habuisse adolescentiam, visi sunt veteres He- bræi, qui liberis salutaria quæq; precari solent bene- que ominari, ac domi forisque non fortunæ, sed De- muneri prosperum successum exoptare. Quin & fi- lii officiose magnaque religione ac pietate parente- colere atque obseruare consueuerunt, summisque

Lib. 7. de Leg.

Infantes non exasperandi sæuis verbis.

Genes. cap. 19.

Liberi à patribus instituendi.

voti

,blandimentis, obsequiis, boni ominis voces ac dicendi formulas extorquere. Hac enim ratione munes se fore à malis ingruentibus confidebant, supremi numinis beneficio, cui cum hi, tum procuratores sua vota nuncupabant, aduersus rerum humanarum casus atque incommoda, summa securitate fiducia posse subsistere.

fiat, vt iuxta vulgare prouerbium: Nemo propemodum ex morbo, aut longa peregrinatione melior euadat, vitamque emendationem assumat.

CAP. XXIX.

Soleuit opinio quædã ac persuasio in Belgica, quæ obiici solet ex morbo conualescentibus: Neminem ancipiti morbo diutinoque aut periculosa peregrinatione meliorem effici: quod plerumque ita vsu venire palam est. Ea siquidem est natura mortalium, quamlibet sęuis morbis diuexata fuerit, quantumuis anxia terra marique peregrinatione, atque erroribus fuerit agitata, vbi eluctari contingit, profunda iaceat obliuio, atque insistant homines viuere laxius licentiusque, adeo vt posteriora illis sint prioribus deteriora, atque insequens tempus, antecedente deprauatius. Ideo mihi euenire videtur quod magnus mentis neglectus nullusque cultus interno homini adhibeatur, qui insitos errores effectusq. vitiosos format, nempe Dei amor ac fiducia eiusque doctrinæ cognitio, cui se ratio ac voluntas subiicit, omnesque actiones ad illius amussim exigit. Hæc enim efficiunt præstant, vt subducamus nos ab iis vitiis, quæ in morbis & periculis sumus detestati: alioqui speciosæ illæ pollicitationes, atque emendatioris vitæ propositum, multaque alia, quibus nos astringimus, irrita sunt, nulliusq. momenti. Nam vbi pristino vigori mus redditi, ad mores natura recurrit damnatos, fiac mutari nescia. Proba ergo vitæ ratio, rectumque uendi institutũ, quid animo cõcipimus, nulla re nisi

A morbo nemo emendatior.

Matth.18.

Doctrina diuinitus inspirata optimos mores effingit.

Doctrina cœlestis mentis pabulum.

doctrina cœlesti, ac diuino spiritu perfici potest, q nisi discusso morbo menti nostræ insederit, non fa le resiliemus à concepto emendatioris vitæ propo to, quod non sine latenti afflatu dolor extorsit: se constanter illi adhærebimus, quamlibet multa ad d fectionem solicitent. Exstat præclara Plinii iunior Epistola qua ex amici cuiusdam ægrotatione adm nitum se testatur: Optimos esse nos, dum lecto s mus affixi: quem enim infirmum aut libido incita aut auaritia solicitat, non est amori deditus, non a petit honores, opes negligit, animosque demittit, a ferocire desinit, postremo vitam prorsus innoxia beatamq; destinat, si contingat euadere: Itaq; a pta hinc monendi occasione, cū sibi, tum amico pr cipit: Vt tales esse perseuerent sani, quales se futur profitentur infirmi. Quæ quidem exhortatio salubri est ac frugifera. At ignorabat is, nec commonstra potuit quo duce, cuiusq; afflatu atq; adminiculo hæ essent perficienda, Nisi enim virtute Dei, eiusq; do ctrina fulciri nos contingat, oblata leuissima quaqu occasione in pristinos errores labimur, atque æstu rerum humanarum alio nos deuehit, quam ad inte gritatem, ac vitæ innocentiam, moresq; probos atq inculpatos. Siquidem affectus humanus vitæ corre ctioris promissa extorsit, non fides, non solida vll doctrina verbo Dei fulta ac stabilita. Ceterum si qui rationem naturalem exigat, nulla mihi videtur ma gis probabilis, quam quod ad morbo defunctos ce tatim cō fluant, congerrones lepidi ac festiui, illosqu ad iocos, luxum, lasciuiam, delicias omnesque volu ptatis illecebras inuitent, incitentque, hinc comessa tiones ac poteria in orbem reducta, quibus adeptam sanitatem illis gratulantur: quæ plerumq; obscœnis canticis pstrepunt, dictuq; pudēda spectantur. Hæc & pleraq; alia facile ægrotum ac nutantem animū sui que oblitū in deteriorem partem applicāt. His adde

Lib. 7.

Vt animi propositum felicem successum obtineat.

Quare quisque fiat emendatior.

cibos

...s delicatos ac delectabiles, qui adauctis humori- *Cibi delicati libidinis fomenta.*
...lumbos stimulant, obscœnasq; partes scalpturi-
...ac tentigine afficiunt. Hinc ad luxum atque in-
...iem, ad profusas libidines, ad fœdos cōcubitus,
...normes atq; effrenes cupiditates reditus: Sic

--- Ad mores natura recurrit *Iuuenal. Satyr. 14.*
Damnatos, fixa, ac mutari nescia.

...ta est enim naturæ humanę ad deteriora propen-
...c procliuitas, vt nisi Deus salutis nostræ auidus,
...tinenter aures vellicet, ac calamitate subinde
...exerceat, omnia in profundam obliuionem de-
...gant. Sic iuxta Esaiam. Tantum sola vexatio in- *Cap. 29.*
...ctum dat auditui: hoc est, Nemo nisi ingruenti-
... periculis, obortaque calamitate expergiscitur,
...e aures arrigit: nec vnquam frugalis ac mode-
... victus ratio in mentem venit; aut vlla subit aut
...cipitur emendatioris vitæ cogitatio, nisi illata
...de: aut cum febribus morbisque oppressos, sæuis-
...is doloribus excruciari nos contingat. Nihil est
...em quod hominem à Deo magis auertit, atque *Prouerb.*
...num efficit, quam rerum omnium affluentia ac
...speri successus. Afflictio vna est, quæ ad gemitus *Affluentia socordes & acediosos facit.*
...suspiria ad sanioris vitæ propositum nos reuocat.
...: cuiquam persuaderi potest, displicere Deo vi-
... suam, mores studia, instituta, nisi animus mœ-
...e aliquo atque ægritudine. corpus morbis iden-
...em affligatur, ita enim ad salutaria quæque mo-
... ac vellicationes obsurdescit animus: sic mens
...candi assuetudine occalluit, vt mitiores castiga-
...nes vel respuat, vel non magnopere iis commo-
...tur, ne vlla resipiscendi spes se proferat, nisi acer-
...ra remedia admoueantur. Hinc illa Dei per Esai- *Cap. 5. & 9.*
... comminatio: Quoniam populus non est reuer-
... ad pœnitentem se, ideo non est auersus furor
...s, sed manus illius adhuc extenta, ac denuo ad
...iendum exporrecta. Similis est apud Hieremiam *Cap. 2.*

Hierem.5. querimonia: Frustra percussi filios vestros, discip nam non receperunt. Rursus: Percussi eos,& non d luerunt,attriui eos, & renuerunt accipere disciplin indurauerunt facies suas supra petram & noluerun reuerti,magnificati sunt,ditati, incrassati, impingu ti,& prӕterierunt sermones meos pessime. Quocir Deus aliquando nos premit acerbius, quoad fruge mentemque saniorem reuocet. Sic Alexander Mac *Alexander sauciatus fragilitatem suam agnouit.* donum rex, qui sibi diuinos honores decerni pass est sagitta percussus conspectoque effuse promana te sanguine, hominem esse se meminit, ac confesti ferociam fastumque remisit. Quo spectat illud Psa *Psal.88.* mographi: Humiliasti tanquam vulneratum, supe bum:omne illius robur cōtriuisti. Quamobrem cu res maxime secundӕ exsistunt, omniaque ex voto a que animi sententia succedunt, ne quis prosperita te successuq. nimio elatus se iactet insolentius, a immoderate exsultet. sed quisq. secum ipse expenda ac mediteтur res aduersas, damna, clades, pericul calamitates, morbos, infortunia singulis moment cuiq. impendere, eaq. Deū homini nonnunquam i ferre ad emendationem ac medelam, ad erratoru castigationem,& quo respiciat,certamq.salutis fid ciam,erecta in Deum mente concipiat. Quod cuiq testatum esse vult, ac nullos non attente obseruan *Psalm.88.* cum inquit: Si dereliquerint filii eius legem mea ac mandatis meis non fuerint obsequuti, visitabo i virga iniquitates eorum. & in verberibus peccata i lorum, misericordiam autem meam non auferam a *Deus castigat vt emendet.* eis, neq. nocebo in veritate mea. Quibus palam fi cit, castigari nos ad emendationem, non ad inter tum:quo domitis cupiditatibus, cohibitaq. peccan licentia,ad probitatem ac vitӕ innocentiam,ad inte gros atque incorruptos mores quisque se confera Est siquidem Dei in nos animaduersio,quoniam à pa terno affectu proficiscitur, summi amoris argumen

, ac beneuolentiæ testificatio. Quem n. diligit Prouerb.3.
minus castigat, flagellat autem hominem quem Hebr.12.
pit. Quos vero Deus patitur vagari licentius, ac
re laxius omnibusq; corruptelis inuolui, nec ta-
afflatu ab errore reuocat, quoniam pro desertis
et ac destitutis. Non visitabo, inquit, nec animad- Osea 4.
am in filios, ac filias vestras, cum fornicati fue-
nec in sponsas, cum adulterio se contaminãt: vt
nonnullæ, quarum etiam nostra ætate edita sunt
npla, quæ se aliis subiecerunt, anteq̃ cum spon- *Adulteria notantur.*
ui paulo ante solemniter se addixerant, congre-
ntur, ita vt illarũ pudicitia à riuali ac cõpetitore
gnata sit, vt alius quispiã illam delibarit, vulgo
t *gheproeft*, antequam peracta nuptiali pompa ac
britate, in thorum genialem se collocarent, spon-
amplexuræ. Ita Deus irritatus scelerum cõtinua-
e, ac peccandi assuetudine; manum à percutien-
uspendit, ac sustinet illos labi ac corruere in o-
dedecus, probrum, ignominiam, suisq. desideriis
qui: quo viuendi errore primum consequuntur
ulentam atque inquietam mentem, qua nihil
nini obtingere potest, aut calamitosius aut affli-
: deinde præter infelicem exitum ac mortem a-
am, in qua nihil habent, quo se fulciant, sempi-
am pœnam atq; intolerandos cruciatus.

quando itaq; homini affluant res domesticæ, o- *Gratitudo erga Deũ exigitur.*
facultates, diuitiæ, auri argentiq. immensa pon-
, ædes splendidæ, sumtuosa supellex, vestes ex-
itæ, quibus omnibus cumulate fruitur, nunquam
xcitat illius memoria ac recordatio, cuius muni- *Diuitiæ non mala, sed earum abusus.*
ntia hæc tam affluenter obtigerunt, atque obla
unt. Nihil n. vitij habet ædium ac villarũ magni-
ntia, pecuniarum, p̃diorum, latifundiorũ, iugerũ
essio, modo vsus spectetur & commoditas: deni-
quod præcipuum est, & potissimum exgitur, si
Deum adsit gratitudo, atque in tenuiores bene-

ficentia. Commonuit tale quiddam, ac sedulo inc[...]
Deuter. 8. cauit Moses Iudæorum ex Dei pcepto ac traditio[...] legislator, ne quis vnquã admittat, vt in obliuione[...] is deueniat, cui nos nostraque debemus: Cum com[...] deris, inquit, & satiatus fueris, ciboq; expletus de[...] que ædificia splendida exstruxeris, atq. accumula[...] tibi auri argentiq. vim, pecudes atq. armenta, omn[...] busq. rebus auctus fueris, obseruato ne eleuetur a[...] extumescat cor tuum, & excidat menti tuæ Domin[...] Deus tuus, omniũ istarum rerum largitor. Ne quo[...] id exprobretur atq. obijciatur ingratis atq. obliui[...] sis, butyrum de armento, lac de ouibus, cum adipe[...] gnorum & arietum, medullam tritici, & sanguine[...] vuæ meracissimum affatim illis Dominus attribu[...] verum vbi incrassatus est dilectus, recalcitrauit, in[...] pinguatus, satiatus, obesus factus, obliuioni de[...] Deum conditorẽ suum, & ingratus fuit erga aucto[...] salutis suæ. Quapropter huiusmodi desertoribus,
Deuter. 22. troces minas ac terrores Moses proponit, multasq[...] clades atq. horrendas calamitates illis obuentu[...] denuntiat: quo ex his posteri documenta capiant, [...]
Cap. 2. perspiciant, vt apud Hieremiam Deus pnuntiat, q[...] in eodem argumẽto versatur, quam malũ sit, quam[...] acerbum atque amarum reliquisse Dominum Deu[...] suum, nec vllum esse timorem, aut reuerentiam e[...] ipsum, dicit Dominus Deus exercituum.

Lapides seu gemmæ terra mariq; erutæ, vel animantium c[...] poribus exemtæ, qua vi ac facultate polleant, quave ra[...] ne aliquid efficiant.

CAP. XXX.

GEmmis ac lapidibus non deesse suos effectus, m[...] do ne adulterini sint, ac factitii, cũ ratio, tum e[...] perientia cõprobat. Itaq. annuli gestamẽ, aut mon[...] non minus decenti quã efficaci gemma decoratum[...] oculos oblectat, adspectuq. gratũ est, & vim salubre[...] in corpus exerit, idq. non abdita solũ occultaq. pr[...]

pri[...]

...itate, quam ab aſtris, vt Marſilius cenſet, cōſequi... ſed ab emanante virtute, effluxuq́ue latenti, qua ...itus vitales afficit ac recreat. Vt enim gemmæ ex ...piente aëre obnubilantur denſamq. auram con...unt, atq. halitus copioſos imbibunt. Sic etiam ex ...uiſibilem tenuemq. vim eiaculantur ac vibrant. ...nnquam enim res ſolida ſit, calor tamen natiuus, ...q. contactus, attritus, confricatio vim quam im...æ ſunt, elicit, cordiq. ac cerebro illam communi... Eranon ſiquidem gemmam, quæ vulgo Turcoſa ...tur, ſæpius mutari conſpexi atq. expalleſcere na...q. colore deſtitui, vbi qui hanc geſtat, langueſcit, ...valetudinarius exſiſtit, eandem rurſus cum cor...e reuiuiſcere, ac colorē amabilem, nempe qualis ...ereniſſimi cœli, cœruleū exhibere, ex natiui ca...s temperamento. Nec eſt vlla ꝓpemodum gem..., quæ non mutationem ſuſtineat, ſi homo vel in...perans eſt, vel non ſatis pro dignitate continen...n ſeruet ac tueatur. Deperit enim illi vis inſita, o...ſq. nitor ſordeſcit ac obſcuratur. Quo fit, vt qui ſe ...lterio contaminant, thorumque legitimum ac ...ialem commaculant, tum qui vago ſordidoque ...cubitu ſe polluunt, nunquam ſpecioſas nitidaſq. ...mmas circumferant, ſed fuliginoſas & nubilas, tū ... inquinamenta contrahant ex fœdo halitu, quæ ...n ab illis tum ſcortis emanant. Contrahunt enim ...uid vitii ex putidis corporibus, quæ virus exha...t, illaſque venenato halitu inficiunt: vt mulieres ...nſtruo inquinatæ ſpeculi nitorem obfuſcant. Ce...um ſi inefficaces eſſent gemmę nulliuſq. effectus, ... tam accurate, tantoque ſtudio Moſes indumen...n Pontificis, quod Rationale vocant, duodecim ...mmis decorari præcepiſſet, quarum Ezechiel quo...e ac Ioannes in Apocalypſi meminerunt: in qui... non ſolum ſpectari voluit ornatum ac colorum ...ndimenta, ſed etiam vim mirificam effectuſque

Simile à gemmis.

Turcoſa.

Impuri gemmas contaminant.

Exod. 28.

varios atq. admirandos, de quib. cum abunde mul[ti] alii, de lapillis nobis instituetur sermo, qui animan tium alitumque ac piscium corporibus eximuntur quorũ pleriq. ventriculo, nonnulli capiti inhærent. Eruitur autem ineunte autumno crescenteque lun[a] ex hirundinis ventre lapillus ab ea auicula chelido nius dictus, qui præsentanea vi pollet aduersus mor bum comitialem: valde n. exsiccat, absumitque hu morem tenacem ac glutinosum, qui huic morbo præ bet seminarium. Est siquidem hirundo cuius excre menta Tobiæ ademerant oculos, calidæ siccæque na turæ: quo fit vt in fornicibus ac concamerata testu dine ex vdo molliq. limo tã artificiose nidos suspen dant & affigant. Contactu enim suo humorem absu munt, coguntq. lutum indurescere. Hinc medici ca taplasmata ex iis configunt atq. hirundinum combu starum puluerẽ indiscutiendis gutturis anginæq; tu morib. efficacissimum experiuntur. Limaces quoq ac grandiores cochleæ lapillos nobis exhibent can didos, sublongos, scabros, ima sui parte concauos, quos è capite expressos, in multos vsus reseruare so leo. Vrinã siquidẽ stranguriosis moliuntur meatusq vrinarios lubricos efficiunt ac leniunt cõminuti atq ex vino exhibiti. Cõcrescit id genus lapidis ex liquo re mucoso atq. humore lubrico, q humorib' facilem transitum perficit. Qua ratione & partui auxiliantur hi lapilli, dilatant enim laxantq. locos atque vterum cogunt dehiscere. Linguæ autem subditus vnus aut alter miram vim obtinet in cienda saliua. Quapro pter aridis ac siticulosis in ore volutandum præcipio. Vdam enim efficit linguam, atq. humore fluitantem, sitimque ac calorem comprimit. Qua vi & crystallus pollet, si subinde aqua gelida maceratus ori immit tatur. Ex herbis eadem præstant portulaca, cucu mis, semperuiuum, quæ vulgo barba Iouis dicitur. Proferunt & rubetæ, seu bufones lapidem, qui non nunquam

Chelidonius vel hirundinarius.

Tob. 2.

Limacius lapis quo effectu polleat.

Lapis bufonius.

nquam eius animantis imaginem repræſentat, um annoſæ ſunt, diuque in arundinetis vel inter os ſenteſq. ac vepres delituerunt, antequam lapis capite concreſcat, aut aliquam magnitudinem quatur. Hæret atq; aſſeruatur in familia Lemnia- bufonius lapis, qui magnitudine nucem auella- n ſuperat, quem multoties expertus ſum tumo- atque inflationes à venenatis beſtiis illatas diſcu- e cerebro attritu contactuque. Habet ſiquidē eam uram, qua etiam beſtia imbuta eſt, vt omne virus ciat conſumatque. Si enim ſorex, aranea, veſpæ, abæi, glires vlli parti inſederint, damnumque ulerint, confeſtim à noſtratib. ad hoc remedium ncurritur, admotoque parti affectæ lapillo dolor eſcit, tumorque ſubſidit. Multa ſunt præterea pi- um genera, quorum capiti lapides duriſſimi inhæ- t, vt lupo marino, coracino, vmbræ, lucio fluuia- , mugili, & quorum magna hibernis menſibus co- , callariis, quos Belgæ *Schelfiſch* nomine indige- t, à ſcabra cute ac ſquamata. Nam qui colore ci- icio, & corporis figura aſelli dicuntur, vulgo *Cab- au*, lapillis magna ex parte carere compertum eſt, eſertim qui in fœmineum ſexum referuntur: nam maſculorum capite exemi lapidem cādidum ima te carinatum. Omnium genera contrita, vinoque ibita dolorē cholicum compeſcunt, ac calculum i renibus infixus eſt, terunt ac cōminuunt, non ſo- n grauitate & pondere, vt quidam exiſtimant, ſed ita quadam vi, qua humorum collectionem diſ- ant ac diſcutiunt. Carpionis triangularis lapis tri- s, ſanguinis à naribus profluuium ſiſtit ac cohibet, ſtrigendi ratione, quod etiam guſtu percipis.

Zeevvolff. Snoek. Schelfiſch.

Cabbeliau.

Carpioni à ca- pite lapis exi- mitur.

e ſomniorum euentibus & quatenus obſeruanda, iiſq; ad- hibenda fides. CAP. XXXI.

Vm olim incredibili ſuperſtitione ac vanitate, ſomnia obſeruare, iiſq; fidere atq. adſenſum ad-

hibere soleant homines: Deus Opt. Max. qui nemin
torqueri voluit anxiis dubiisq; rebus ac fallacibus
quæ animæ tranquillitatem perturbant, vetuit, ne q
in his obseruãdis esset curiosus, ac temerarias inter
pretationes confingeret, euentusque ambiguos com
minisceretur. Huiusmodi enim imposturis nonnul
los desciscere à Deo, atq; ad impios cultus deuolu
Quod si Deus in somno mentes nostras in exquirẽdi
illius voluntate oscitantes vellicat, animisq. nostr
salutaria, quæq; illius verbis ac doctrinæ cõsentiunt
inserit: magni ea momenti esse conuenit, summaque
veneratione amplectenda: iis n. indicat, quid exigat,
quidve a nobis præstari velit eorum, q̃ vel illius splen
dorẽ illustrant, vel quæ ad nostrum commodum, pro
ximiq. emolumentum spectant. Ceterum illa etiam
excutere atq. obseruare fas est nullaq; lex vetat, quæ
in naturalium rerum ratione consistunt, sic tamen vt
non fixe ac stabiliter illis insistamus. cum plerunq;
coniecturæ optatũ euentum non consequantur. Ima
ginationes siquidem, & quæ per quietem simulacra
menti obiiciuntur, ex spirituũ vaporumq. concursu
atq. agitatione excitantur, qui si crassi sint densique
ac copiosi, aut nulla insomnia animo obuersantur,
aut cõfuse & obscure ea mens discernit ac diiudicat.
Quod in temulentis fit, aut quos artus somnus ex
lassitudine opprimit. Quo fit vt somnia plerunq. tur
bulenta sint atque obscura. Cum n. vt Cicero ex Pla
tonis sententia differit, ea pars animi quæ rationis est
particeps, somno sopita langueat, atq; altera pars im
moderato potu ac pastu sit obstupefacta: visa quędam
obiiciuntur tetra atq; immania, vt cũ aliquo misceri
videatur, feras hominesq; trucidare, atq; impie cru
entari, multaq; facere impure cũ temeritate atq; im
pudentia. At qui moderato victu quieti se tradidere,
ea parte animi, in qua ratio & consilium consistit, a
lacri atque erecta, corpore vero nec inopia defecto,
nec satietate affluẽte oppresso; tunc eueniet, vt mens

Leuit. 19.
Deuter. 13.

Somnia à Deo aliquando im- mitti.

Naturalia somnia obser- uanda.

De Diuinat.

-at, & ſe vegetam acremq. ad ſomniandum præ-
-ac viſa tranquilla & veracia occurrãt. Cuicunq;
-eri interdiu homo intentus eſt & occupatus, re-
-ſo in ſomnum corpore, retractat, ſecumq. verſat
-agitat. Quod cuiq; pro ſuo vitæ inſtituto eueni-
-c venuſto carmine commonſtrat Claudianus: *Lib. 3. præfationis.*

-nia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
-nator defeſſa thoro dum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra redit.
-licibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaq́; nocturnis meta cauetur equis.
-udet amans furto: permutat nauita merces:
Et vigil elapſus quærit auarus opes.
-ndaq́; largitur fruſtra ſitientibus agris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
-e quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus innumeris ſollicitare ſolet.

-ane aliæ obuerſantur animo cogitationes aut ſi-
-cra, vbi corpus optime conſtitutum eſt, quam
-rnę actiones ac quotidiana munia. Quod ſi quã-
-mnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, ſed in-
-lis & interruptus, quem & inſomnia à memora-
-uerſa comitantur, ac minus conſuetæ viſiones
-rrãt: vel craſſis, vt Plutar. ait, humorib. abundare *De tuenda valetud.*
-us, vel ſpiritus intus turbatos eſſe declarat. Sic
-tlenti ac febricitãtes abſurdis inſomniis inquie- *Somnia ægrorũ & ebriorum.*
-olent, adeo vt pleriq; horrenda ſpectra ſe videre
-inentur, lemures, ſtriges, harpyias, & ꝗ melan-
-icis peculiare, cadauerosãs facies vultusq. tetri-
-c ſubtriſtes. Quib⁹ vero bilis flaua redundat, fa- *Somnia varia pro humorum redundantia.*
-ædes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente cõci-
-t. Vt ſanguinei tripudia, cãtilenas, iocos, riſus, ac
-ua quæq; pituitoſi largã aquę copiã: Quapropter
-ici nõ prorſus operã luſerint, ſi ſubinde ab ægro-
-c valetudinariis ſciſcitentur, qua ratione iis nox

transacta sit, quibus insomniis mens fuerit exagitata
illa siquidem morbos affectusque corporis indicant,
atq; humorū redundātiam commonstrant. Si quis n.
sordibus cœnoq. volutari se somniat, fœtidos putri-
dosque humores in corpore coaceruatos,indiciū est.
Si vero inter odoratos fragrantesq; flosculos versari:
synceros,purosq; succos dominari argumento est.

*De anno κλιμακτηρικῶ, hoc est, scalari & gradario, septi-
mo & nono. quibus annis corpora hominum manifestā mu-
tationem sustinent: senum potissime tertio & sexagesimo.
Similiter de dierum criticorum ratione. hoc est, indiciis mor-
borum, quibus Medici indubitanter salutem vel mortem
ægrotis denuntiant.*

CAP. XXXII.

Lib. 15. cap. 7. AVgustus Cæsar, teste Gellio, sibi gratulatus dici-
tur, suæq; incolumitati abunde prospectum ex-
stimabat, quod ætatis annum tertium & sexagesimū
euasisset. Is siquidem annus raro absq. vitæ periculo
transigi senibus solet: cuius in Belgica innumera ex-
empla obseruaui. Sunt autem duo annorum numeri,
septimus & nonus, qui plerumque rerum vitæq; im-
mutationem ac grauia pericula inuehunt. Quo fit vt
sexagesimus tertius, qui vtriusq; numeri multiplica-
Annus sexagesimus tertius senibus suspectus. tam atq; inuicem sibi connexā summam continet, nō
sine periculorum aceruo ingruat; nouies n. septem,
& sexies nouem, sexaginta tres constituunt, atque ob
id climactericus is annus appellatur, quia à septimo
orsus, vitam hominis, velut per gradus quosdā, pera-
gat. Itaq; omnes qui per septem, aut nouem annos
consurgunt, decretorij dicuntur, in quibus magnam
mutationem subeunt homines: nam vel calumniis
impeti solent, vel grauissimis morbis diuexari, vel
periculis obiici, vel deniq. aliquod perpeti detrimen-
tum ac iacturam vel facultatum vel valetudinis. Hos
ergo annorū decursus ac volumina in omnib. etiam
ætatibus obseruare soleo, sic vt impuberes atque in-
fantes periclitari expertus sim circa annū quartum,
septi-

ſeptimum, nonum, ac quartum decimum. Omnis e-nim pueritia, C. Celſo teſte, circa 40. diem periclita-tur: deinde 7. anno, poſtmodum circa pubertatem. Plurimos autem noui, qui ætatis anno 1. & 20. ſint pe-riclitati, deinde 28. nec vnquã poſt reuolutum annũ vel 7. vel 9. ab ancipiti morbo fuiſſe immunes: qui annorum decurſus tametſi non minus anxie ac ſu-perſtitioſe obſeruandus metuenduſq. ſit viris Chri-ſtianis: nihil tamen vetat circa ea tempora modera-te, ac circumſpecte vitam victuſque rationem inſti-tuere, ne qua humorum copia coaceruetur, quæ his annis fomitem miniſtret, morborumque ſeminaria pbeat. Qua autẽ ratione per illos annorum circuitus morbi plerunq; incrudeſcant, à nemine hactenus ex-plicatum eſt. Ego eo id euenire coniicio: ꝙ certis an-norum periodis corpus humanum magnam humo-rum collectionem ac redundantiã congeſſerit, quo-rum motu atq. agitatione morbi excitantur. Cum enim natura ad immodicã repletionem deuenerit, ac conceptacula humorum plenitudinem perferre nequeant, in morbum erumpere neceſſe eſt. Quam-obrem omne ſtudium operamque conferre expedit ad materiæ exſuperantis euacuationem, ꝙ ſemper vere & autumno, vel inciſione venæ, vel purgantibus medicamentis moliendum eſt: hac enim ratione ef-feceris, vt poſt ſeptennale curriculum, aut in quem aliũ annus climactericus inciderit, morbum nõ me-tuas, aut aliquam corporis immutationem pertime-ſcas. Ex hac autem annorum obſeruatione mos ino-leuit apud pleraſq. gentes, vt herus fundiq. dominus nouos contractus ineat cum colonis 7. quoq. anno. Eadem ratione ſyluæ ex ſalice, betula, populo alba & nigra, omnibuſq; arbuſtis, quæ vdo mollique ligno conſtant, quarto quoq. anno cædi ſolent: quæ vero ex dura materia conſiſtunt, vt ſunt quercus, ilex, ro-bur, vlnus, fraxinus, ſeptimo aut nono mutilari truncariq. poſtulant.

Lib. 2. cap. 2.

Anni non ſuperſtitioſe obſeruandi.

Cur anni climacterici periculoſi.

Quomodo euitanda pericula anni climacterici.

Simile ab arborum putatione.

Decretorii dies.

Non dissimili ratione dies criticos obseruant me
dici, quos si quis ex Hippocratis præscripto exacte a
calculum reuocet, raro illum frustrari cõtinget, au
in prædicendis euentibus à scopo aberrare. Est au

Crisis seu iudicium de morbus.

Crisis subita in morbo, ad salutem aut mortem mu
tatio, quæ vel quarto, vel septimo, nono deniq. at
vndecimo, decimoque quarto solet terminari: N
desunt, qui ad lunæ effectum dies decretorios ref
rant. Sic astrologi morborum iudicia decernunt cu
luna consistit in gradibus, qui vel quadrante, vel dia
metro mundi à signiferi parte distant, in qua hære
bat in morbi initio. Ceterum ad hos radios nunc se
gnius nunc maturius peruenit ob velociorem tardio

Astra ad morborum indicia conferunt.

remq. cursum. Crisis autem non omnib. eadem ob di
uersas naturas hominum atq; ætatum, corporumqu
discrimen, ac radiorũ qui à planetis aliis ad lunã de
feruntur. Si decretorio die luna sit in domo sua, se
exaltatione cum Ioue aut Venere, qui benigni sun
planetæ ac salutares, bonam fore crisin portendit. S
morbus in humorum plenitudine consistit: bonu
est ipsam in radiis tetragonis seu oppositis decresce
re. Quod si temporib. iisdem luna Soli iungitur, ve
Saturno, ominosum est, morbique vel periculum
vel longitudinem denunciat. Quod si luna decrescen
Saturnum comitetur incipiente iam morbo, aut illũ
diuturnum indicat, aut lethalem. Sin decrescente si
dere id ipsum eueniat: cito discussum iri ægritudine
indicat, minimeq; periculosam. Cæterum cum salu
taria noxiaq. astrorum signa negligi olim, tum non
nimis superstitiose iis inhærendum censeo, sed Hip-
poc. potius obseruationibus insistendum, vt quæ mi-
hi semper visæ sunt magis fidæ minusque dubiosæ ac
fallaces, modo quis exacte omnia expẽdat. Itaq. ego
hanc dierum criticorum rationem non tam in astra,
quam in naturam morborum corporumq; atque hu-
morum qualitatem ac copiam refero. Natura siqui-
dem

cũ morbo luctatur, eumq; excussisse laborat, q̃ fr
tundenda morbi sæuitia torpescat, aut sit inuali-
rimo quoq; tempore, nempe vel septimo, vel no-
ad summum decimoquarto die conflictus termi-
r. Simile n. quiddam iis corporibus euenit, quod *Simile ab vrbe*
arctissima obsidione oppressæ, quæ cum nõ satis *obsessa.*
ucta sit commeatu, aliisq. ad ꝓpulsandos hostes
diis, ne minimũ quidẽ insultum perferre potest,
ost vnã aut alteram oppugnationẽ labascit, atq;
ostium potestatẽ deuenit. Et quemadmodũ non-
quã intermittitur assultus, impetrato aliquo re-
ndi spatio, ac rursus redintegratis viribus acrius
na incrudescit atq; intenditur: ita in acutis mor-
suuenit, in quibus obseruamus morbi impetum
mpestates ac sæuiores ventos consilescere, sed *Simile à tem-*
uo tanta violentia renouari, vt natura ægre subsi- *pestatibus.*
nec vita in septimũ diem producenda videatur.
eterum cum septenarii numeri vis & facultas in
tis naturę rebus sit animaduersa, ac viri etiam ec- *Septenarius*
astici magnam virtutem illi subesse persuadeãt: *numerus sa-*
icorũ præcipue interest accurate illum obserua- *cratus.*
n secunda siquidem aduersaq; valetudine, in die-
, mensium annorumque decursu ac morborũ iu-
s magnum obtinere momentũ, quotidiana expe-
enta cõmonstrant, sic vt etiam qui inedia mori so-
t, septimo demum die mortem oppetant, aut æ-
i aliquid lambant ac deglutiant in nonum vitam
ogare possint, sopitis exstinctisq. spiritibus ac ca-
humoreque vitali consumtis.

ratione speculum obiecta referat; Et quid studiosis, quiq; ntinenti intuitu oculos fatigant, nitidus speculi lauor com- odi præstet, tum qua ratione hebescentem visum restau- .

CAP. XXXIIII.

ecula quibus in luxum nostra abutitur ætas, for- *Mulieres com-*
æq; venustatẽ venãtur mulierculæ cũ ex aduer- *mendi studiosa.*
iis comunt ac poliunt, genasq; atq; oculos stibio

fucisq. depingunt, in meliorem vſum excogitauit ſ
lertis naturæ induſtria, nempe vt contemplemur a
duę formæ humanæ dignitatē diuinique opificii pr
ſtantiam. Quamobrem Plato ſalubri conſilio tem
lentos adhortatus eſt, atq. iratos, vt ſeſe in ſpeculo
entidem ſpectarent, confeſtim à tanta fœditate rec
ſuros. Quod ipſum Socrates adoleſcentib. conſule
ſolitus eſt, quo ſi eſſent egregia corporis forma, ac f
cie liberali, ne vitiis illam contaminarent: ſi vero d
formi eſſent ſpecie, ac ſtatura minus decora, illam i
genii cultu, morumq. honeſtate penſarent. Inuen
itaque ſunt ſpecula, teſte Seneca, vt homo ſeipſe no
ſceret. Multi n. ex his conſecuti ſunt ſui notitiā atq
optimam vitæ inſtituendæ rationē: formoſus, vt vit
infamiam: deformis, vt cognoſcat vitia corporis red
menda virtutibus: iuuenis, vt admoneatur deſluxu
ætate formam, eoque paranda viatica, quæ auget, no
depopulatur ſenectus: ſenex ac rugoſa anus, vt negle
ctis carnis illecebris, mortem imminentem memin
rit. Ex ſpeculo itaque natura facultatem nacta eſt,
ſeipſam videat ac contempletur, inſpectoque vult
fronteq. ac facie, quæ multarum rerum ſunt indice
in ſui conſideratione verſetur, naturæque propenſi
nem exploret. Ita enim futuri ſumus proprii corp
ris phyſiognomones atq. inſpectores, noſtraq. vitia
qua externus habitus cōmonſtrat, poterimus obſe
uare, atque iis mederi. Sic ſcite Plautus in Epidico:

Ebriis & iratis ſpecula obiicienda.

Natural. quaſtion. lib. 1.

Speculi pracipuus vſus.

Ex ſpeculo noſtram conditionem exploramus.

Non oris cauſa modo homines æquum fuit
Sibi habere ſpeculum vbi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſint cor ſapientiæ.
Igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam,
Vbi id inſpexiſſent, cogitarent poſtea
Vitam vt vixiſſent olim in adoleſcentia.

Hoc itaque commodi præſtat ſpeculi vſus, vt oculor
aciē ex continenti intuitu retuſam exacuat, oculosq
laſſos reſtauret: colliguntur ſiquidem ſpiritus viſori
nouisq

...sq; à cerebro resilientibus recreantur. Qua autẽ ...ne speculũ ex aduerso imaginem referat, à ple...te dubitatum est. Alii enim in hoc simulacra esse ...antur, h. e. corporum nostrorum figuras à nostris ...oribus emissas: alii imagines nõ esse in speculo, ...ipsa adspici corpora retorta oculorum acie, & in ...rsus deflexa. Itaque specula res ostendunt per re...os radios. Reflexio enim à denso est, ideoque spe... postica parte plumbo obducta sunt, ne lumẽ per ...um directe transmittatur. Res vero opposita ap...t, ꝙ pars radii mouens oculum dirigitur in op...rũ, ideo totus radius velut in partẽ illã, quasi ex...ectus accipitur, quo cõsequitur vt res oculis ex...atur. Aduersa autem parte corporis, non auersa ...gines referunt, ꝙ species quæ à corpore solido ꝑ ...m manat ad speculi superficiem, simplex puraq; ... Imagines itaque in speculo collucent cum ex eo ... lumino si regenerantur: repercussi enim ad ocu...resultant, in quo se conspicit, & figuram graphi...xpressam quisque intuetur. Non n. per speculum ...mus, nec imago formatur in speculo: sed in ocu...peculum tamẽ adiuuat, cum visum referiat. Atq; ...est caussa, cur experrecti nocte lumen primo in...u videamus, radiis retrocedẽtibus, seseq; intuen...s, atq; in se retortis. Hinc collige cur partes cor...s dextræ efficiantur in speculo læuæ, & ẽ diuerso. ...ile enim quiddam accidit, quod tabulę massæque ...æ aut argilaceæ, in quam si sigillum imprimas, il...sque in reflexu, contrario modo se partes exhi...t. Quod ipsum etiam in Typographicis formulis ...picimus, tum laminis affabre cælatis, quibus arti...sa monochromata, h. e. effigies nullo pigmento, ...colorum fuco delineatas exprimi videmus, quo...emper partes dextræ sinistris correspondent. Ce...am qua ratione contingat solem in speculo aquis ...ito geminatum conspici, quod etiam in nubibus

Speculum quid oculis conferat.

Speculum cur ex aduerso imaginem referat.

Simile à sigillis.

Simile ex typis librariis.

fieri solet portentoso omine, vt imperiti quidam e
stimant, à pletisq. non animaduersum est. Sunt eni
qui existimant Caniculam, aut sidus aliud in con
Sol geminus in speculo aquæ subdito.
nio constitutum spectari, cum Solis splendor omn
astra stellasq. ita obscuret, vt interdiu cõspici nequ
ant. Verum duplex exhibetur Solis imago, primo
quæ, deinde speculi ratione. Aquam siquidē spec
naturā exprimere, omniaque auctiora efficere præ
experientiam Virgilianus ille Corydon testatur:

Eclog. 2.

Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

Primo itaq. speculi fulgor Solis formā reflexu oste
tat, deinde aqua, à cuius superficie retorqueri So
radios contingit. Par est ratio de face, candela, aut L
na speculo aquæ immerso opposita, quæ duplicē
Vrentia specula.
obiectæ imaginem per reflexionem exhibet. Sunt
in alium vsum excogitata specula concaua, quæ So
opposita per reflexionem ignem flammasq; eliciun
ac stipulas, festucas, aliosq. fomites ac nutrimenta
Archimedis memorabile factum.
rida succendunt. Sic Archimedes hostium trirem
vrentibus speculis incendisse legitur. In illis siqui
reflectuntur omnes radii Solares extra locum in
dentem, atque ad vnum punctum concurrentes o
uia quæque inflammant.

Qua vi & facultate polleat aqua vitæ, seu vinum ardent causticum, vulgo Brandevvin, *& quibus id tuto exhib possit: obiter admirandi aliquot factitii huius liquoris e fectus.*

CAP. XXXIV.

EXcogitata est superioris ætatis memoria in vsu
ac commoditatem tuendæ valetudinis secund
propulsandæq. aduersæ, Ars stillatitia qua ex herb
liquores ac medicatos succos elicimus, quos tame
non omnino pares cum his effectus obtinere certu
est, nec tam efficaces, vt herbarum dilutum aut dec
ctum, vel denique expressus succus: non tamen pro
sus reiiciendi, vt nonnulli factitant, nec censendi
mult

no inefficaces atque euanidi, cum illorum vis & itas nō penitus intercidat atque aboleatur, quod m cum plurima, tum aqua vitæ, seu, vt vocant, ar- ac sublimata, quod ex generoso nonnunquam, plerumque ex fæce cuiusq. villi vapescentis per nem seu meram furnariam prunis moderate ex- actam exprimitur, explorari potest. Illius siqui- vim mirificam in multis rebus sum expertus. mlibet enim asperum intensumq. gelu exsistat, ris nunquam congelascit, nec in glaciem con- itaut cogitur, adeo vt atramentum scriptorium, pleraque alia, quibus guttas aliquot admisceri ingit, nunquam frigore constringantur, idque ob mam caliditatem ac tenuitatem qua est imbu- Quod si experiri velis, syncerane sit, an adulterina quinta essentia: mantile aut linteum liquore il- adefacito, ac flammæ admoueto, si confestim in- scat illæso intactoque linteo, efficacissima est. In- mescunt siquidem sudariola aqua hac macerata, on consumuntur. Flamma enim leniter modo pe- ncumbit, nec penetrat, sed lambendo absorbet atum sibi, ac familiarem igneæq; naturæ liquo- Quod si volæ manus non nihil imponas, admota denti papyro flamma: ardescit quidem palma at us non vritur. Si vero succo maluæ aut mercu- s manus oblinas, inoffense citraque læsionem bum liquefactum tractare poteris, modo celeri u id perficias. Non est autem in rerum natura bo liquido, aut oleo feruido quid vrentius, ad- t si cochlear stanneum aut plumbeum oleo fer- ti aut plumbo liquefacto immergas, confestim escat ac dissoluatur quod in feruentissima aqua quam effeceris. Oleum enim & pinguia quæque idissima fiunt, caloremque maximum conci- pi- , sic vt plumbum citissime fluxile fiat, ac lique- pinguedinis admixtu, cum aqua prohibeat, minus calor in plumbum penetret; eoque fit,

Alembicum vulgo.

Aqua vitæ vis.

Aqua vitæ vt exploretur.

Plumbum liquefactum vt non vrat.

Plumbum liquefactum & oleum feruidū vrentissima.

vt anguillæ in craticula tostæ, vehementer digit
adurant, si incircumspecte versare pergas, adhæret e-
nim pingue digitis ac cutem exulcerat: ardoreq; v
ficas ac bullas excitat. Cum autem quatuor sint, q
leuitatis ac grauitatis ratione inter se certent, vinum
aqua, mel, & oleum: horum omniũ leuissimum, m
nimeque ponderis est vinum ardens, quod oleo
mixtum fluitat, summasq. partes subit, oleo in im
subsidente. Est enim illi prorsus excocta terrea om
concretio, totaq; illius substantia ignea, aëreaq.
fecta est. Proximum huic leuitate est oleum præse
tim ex lini & sesami semine expressum, quod nu
præter cæterorum oleorum naturam, frigore ind
rescit propter mollitiem atq; insitam caliditatem.
Huic liquor succedit ex virentibus herbis ignis vi e
tractus, & vinum defœcatum, ꝙ minimum dulced
nis admixtum habet. Nam vinum exoticum illud
bastardum, & quẽ nos seropon, aut zerapium voc
mus: omnem liquorẽ grauitate superat, ita vt dol
illo liquore oppleta demergãtur. Aqua cœlestis, m
do ne sit turbida, eiusdem fere cum vino ponder
est, nẽpe ea quæ mense Maio cœlitus delapsa in mu
tos annos reseruatur. Mel vero iis tertia parte po
derosius est. Nullus itaq; liquor, qui in aliquẽ vsu
corpori humano adhibetur, aqua vitæ, quæ sic appe
latur, quod vitam fulciat, seniumq; remoretur, a
leuior, aut penetrantior, aut quæ omnia putredin
aut corruptione magis præseruet ac tueatur. Cuius v
sus sic inoleuit apud Belgas, vt liberalius quam va-
letudini commodum est, assumant. Neque enim o
mnibus, aut quouis tempore eius potus æque salu-
bris est, macilentis siquidẽ, siccæq; naturæ hominib
denique æstate vsus eius admodum perniciosus est
adurit enim corpore, atq; humorem natiuum de-
populatur. Obesis autem corporibus atq; humidis,
quiq; pituitosis humoribus redundant, nihil incom-
modat,

Quatuor leuiss. inter liquores.

Oleum lini & sesami non congelascit.

Vinum ardens quibus vsui.

at, nam & humores excrementoſos concoquit, corpora à lethargo, atque apoplexia, morbiſque dis vindicat ac tuetur, quapropter hibernis menſis moderatum illius vſum concedo, nempe ſeſquidrachmam, quæ cochlearis menſuram implet, iſte zacchario edulcatam, adiectoq; exiguo parimarii bolo, quo minus vi adurenti cerebrum ſq; feriat, aut hepati noxæ aliquid penetrabili entiq; calore inferat. Foris vero admotum nerac muſculis, membriſq; algore oppreſſis auxiliaomneſque affectus dolorificos, qui in frigidis huibus conſiſtunt, compeſcit ac diſcutit vi calorifiac celeritate penetrandi. Quin & apoplecticis loā reſtituit, ſi ſeminis erucæ & aceti ſcyllitici motum illi commiſceatur. Quod ſi id genus factitii bis aut ter in alueum ſtillatitiū immiſſum ignis trahatur, incredibilem vim penetrandi conſeur.

enti viui prodigioſa vis & natura, quod Belgis à mobilita- Quickſilber *dicitur.*

CAP. XXXV.

VO conſtituta ſunt in natura rerum principia, ex quibus conflantur ex imis terræ viſcerib. omnia allorum genera, quorum ſulphur, vt pater omnia cit ac molitur: argētum viuum vt matris vice funs, ea ex ſe laborari patitur ac produci: primum um, mox argentum, deinde ignobile quodq; mei genus, vt ſtannum, plumbum, æs, cuprum, fer, omniaq. cum ſuis primordiis affinitatem ac naæ cognationem habent. Singula enim igni liquent, atque ad opus quodq; ductile accōmodari poſt. Hydrargyros autē, hoc eſt, aqueum iſtud argenac fuſile, qua vi & facultate polleat, cuiuſq; qualiis ſit particeps, frigidæne an calidæ, varie inter ſe ceptant Medici. Sunt qui frigidum & humidum e contendunt; argumento quod tactu miram fri-

Sulphur & argentum viuum metallorum principia.

giditatem membris inferat, eaque in ſtuporem ac paralyſim adducat: alii calido ſiccoque affectu eſſe ſtatuunt, quod penetrabili vi conſpiciatur, adeo vt inciſa vena eorum, qui ſimel atque iterum ex morbo Venereo inuncti fuerunt, argentū viuum emanaſſe conſpectum ſit: quod ego fieri crediderim, non ex inſita aut genuina caliditate, ſed quod rebus quibuſdam vrentibus vel exſtinguatur, vel admiſceatur, quibus retundi ſolet atq; hebetari frigida humidaq; qualitas, atq; ignea quædam induci. Eſt ſiquidē puluis quidam iu vſum Chirurgis circumforaneis, præcipitatus dictus, quod opus ſuum celeriter ac præcipitanter peragat nō ſine grauiſſimo corporis incommodo, ardentem enim vim ac deleteriam huiuſmodi præparandi ratione adſciſcit ex Chalcanthi, aluminis, & ſalis nitri mixtura. Ceterum cum argenteus hic liquor diſſipatus ac diuulſus, ita rurſus coeat, ſibiq; cohæreat, atq; in ſe conglobetur, vt nō ſit tractabilis, fingiq; poſſit, nec vllis medicamentis miſceri, niſi illius mobilitas cohibeatur, excogitauit induſtria humana aliquot rationes ac modos, quibus id affici poſſit, eiuſq. agilitas domari. Inter quos ille ſecurior eſt magiſq. innoxius, qui ſaliua hominis perficitur, cui momentum cineris, aut puſillum trituræ oſſis ſepiæ admixtum eſt. Eſt autem ſepia felis marina, cuius oſſe candido & friabili vtuntur aurifices, carne lubrica, ſanguine qui atramenti vſum præbeat. Ceterum hoc admiratione dignum eſt, quod cum omnia, quæ ex terra eruuntur, quamlibet ponderoſa ſint, huic metallo innatent chalybs, ferrum, plumbum, atque ænea quæq. ſolū aurum ſubſidit, ab eoq. abſorbetur, atque argenteo colore imbuitur, qui niſi igne elui poteſt, ſic enim in fumum reſoluitur, atque in auras euaneſcit, teterrima odoris fœditate, non ſine graui aſtantium noxa, vt quibus membra obſtupeſcant, neruiq. emolliantur: quod fere in his ſpectamus,

Puluis præcipitatus.

Felis marina.

mus, qui deaurandis vasis argēteis occupati sunt, neque enim argentum auro obduci incrustariq; potest nisi argenti viui ministerio, quo vno obsequiosum fit ac tractabile: nam cum omnia metalla respuat, solo auro afficitur, eoque se commiscet, fingique patitur. Sic sæpe experimentum feci in argenti viui sesquilibra, duas plumbi libras innatare, auri vero denariū, vel etiam scrupulum, quæ tertia drachmæ pars est, demergi. Ex omnibus autem metallis ægerrime adhærescit argento, ægre admodum plumbo, difficillime ferro, æri mediocriter. Huius argenti viuacissimique liquoris conditionem aliqua ex parte æmulatur plumbum liquefactum. Omnia siquidē illi innatant, ferrum, silices, testæ ac pleraque alia quæ igni non liquefiunt, naturaque sunt fluxili ac fluida: nam cum plumbo liquido nihil sit magis feruidum, aurum, argentum, stannum illi innatāt quidem, sed confestim, vt cera, diffluunt ac dissoluuntur. In eo quoq; argento viuo affine est, quod in planam tabulam effusum, guttis hinc inde dispersis illam lubrica humiditate non imbuit, nec tabellis inhæret, sed incredibili agilitate motuq; instabili rursus coit, ac globuli in sese confluunt ac conglomerantur, eo quod materia illis densa sit coacta, solida, ac continuata, eaque densitate, vt nihil aëris in se contineat. Quo fit, vt non solum ponderis ratione, sed quod nihil aereæ substantiæ in se contineat, in imum deuoluitur. Sic Agallochum seu lignum aloes licet leue sit, nec vllius ponderis, subsidit atque aquæ immersum in profundum labitur, quod compactum sit, nec illi quidquam inane insit.

Nihil absque argento viuo inauratur.

Lignum aloës licet leue, demergitur.

Qua ratione in salis inopia carnes, aliaq́; edulia à putredine conseruari possint. Obiter salis aceticq́; vis mirifica.

CAP. XXXVI.

SAlis conditura quantopere nobis vsui sit & necessaria, nemo est qui nesciat. Nam præter id quod

ſal eſculenta quæq. ſapida efficiat, guſtuiq. ac palato gratiſſima, cibiq. auiditatem incitat, tum omnia à putrilagine vindicat ac tuetur, præſertim cui omnes limoſæ ſordes excoctæ ademtæque ſunt. Sic enim mi-canti colore ſplēdeſcit, illoque tuto condiri quæque poſſunt, atq; in multam ætatem aſſeruari: abſorbet enim conſumitque excrementitium omnem humorem, ac cogit denſatq; carnes, ac ſalſamenta quæque ne quid ex ambiente aëre putredinis ſubire poſſit. Ceterum mirum cuiq. non immerito videri poteſt, fœcunditatis atq; expugnandæ ſterilitatis quandam vim ineſſe ſali: denique agros quoſdam feraces illius conſperſu efficit, quod à vero non eſſe alienum experimento compertum habeo. Obeſæ ſiquidem mulieres, quæ magna ex parte effœtæ ſunt, moderato illius in condimentis vſu fœcundæ fiunt, ac cōceptui idoneæ, abſtergit n. omnem vliginem, vuluamque plus ſatis vdam ac madidam exſiccat, efficitq. vt genitale ſemen facilius vtero minus lubrico adhæreſcat: aridis autē mulierculis & quibus vterus torridus eſt, vt fundus & terra ſiticuloſa, humectantia exhibenda: nam ſalſa ac acria reſpuunt. Viris quoque lumbos incitare, mouereq. tentiginem Belgæ commonſtrant, qui cum ſalitis affatim vtantur, impenſe ſalaces exſiſtunt. Sic frequens marinorū piſcium eſus, omniaq. teſtacea, oſtrea, gammari, locuſtæ, cancri, cochleæ, conchæque marinæ libidinem concitant caliditatis mordaciſq. naturæ ratione. Quæ de cauſa Ægyptii, Plutarcho teſte, à ſale omnibuſq. ſalitis abſtinuerūt, quod ſalem Venerem irritare perſuaſum haberent. Itaque inſipida potius ſumenda exiſtimabant, quam condimento omnium ſuauiſſimo vti, qui mihi nimis ſuperſtitioſe id obſeruaſſe viſi ſunt, nec ſatis valetudini conſuluiſſe, cum à corporibus hominum putrefactionem ſal arceat, humoremq. alienum atque adſcititium conſumat: adde quod fœcunditatis progi-gnen-

Quod ſalis genus optimum.

Sal fœcunditatem confert.

In Sympoſ.

gnendæque sobolis genuinam quãdam vim insitam habeat, qua cõiugalis fœderis societas stabilitur. Expergefacit enim animi vigorem moderatus eius vsus, ac non solum in amplexu, figendisq; oculis, sed in omnibus negotiis obeundis reddit alacriores & erectiores: fœcunditati autem auxiliari vel illud argumento est, quod immensa vis murium soricumque in marinis nauibus enasci soleat, & quod mulieres salinariæ continenter pruriant, multarumque prolium sint feraces: vt quibus naturæ ac piscatores in portum delati sunt adiumento, qui strenuè rerum suarum satagunt. Hac inducti ratione in nonnullis regionibus coloni, iumentorũ pabulo nonnihil salis inspergunt, quo sint ad cibum auidiores, atq; ad subeundos labores, gignendumq; magis alacres & erecti. Agris quoq; sterilitatem eo expugnant, vbi plus satis palustres sunt atq; vliginosi. Cæterum si oppida, arcesque obsidione oppressas huius penuria laborare contingat, salsugo ex aqua marina conficienda, quam tum demum efficacem experieris, cum ouum aut succinum, quod vulgo ambra dicitur, in illa fluitet. Huic in conseruandis eduliis viribus proximum est acetum, at vi non tam diuturna; nisi n. post aliquot menses priori effuso, recens condititiis rebus infundatur, mucore limoque obducuntur. Qua autem vi & facultate polleat, cum ex multis, tum maxime ex eo experiri licet, quod ouum in acerrimo aceto triduo maceratum, aut plus paulo, in eam teneritatem testa mollescat, vt velut tenuis membrana, per annuli angustiam adigatur. Coticula quoque, aut silex aceto septem dierũ spatio domitus, digiti attritu in puluerẽ resoluitur. Hinc Hannibal, quum alpes sibi peruias faceret, atque Italiæ inhiaret, feruenti aceto saxa dissoluere ac diffilire coegit alterius oculi iactura; tanta est enim ac tam penetrabilis aceti vis, vt saxa corrodat ac comminuat, cuius aliquando experimentum

Sal agros & iumenta fœcunda præstat.

Salsugo.

Aceti vis.

Acetum ouum consumit, ac cotem dissoluit.

fecit in gemma atque vnione seu margarita, sed non admodum sumtuosa, vt erat Cleopatræ Ægyptii reginæ, quam illa aceto immersam ac liquefactam (nam eius vis aspera in tabem margaritas resoluit) absorbuit. Simili ratione venenis resistit, ac pestilentis morbi contagia repellit, sic vt consulte mihi facere videantur qui grassante morbo populari moderatum aceti vsum sibi familiarum reddunt. Dissipat enim ac discutit vitiosum aërem, & si quid in corpus haustum est, prohibet humores infici ac putrescere. Sic qui venena ore emungunt, ac sordida vulnera exsugunt, aceto acri os colluunt. Verum illud studiose obseruandum est, ne nimius eius sit vsus, atque immodicus: nam cerebro siccitatem infert, ac somnum excutit, quapropter aquæ rosaceæ nonnihil admisceri iubeo ac pauxillum vini Rhenensis, crocique momentum; sic enim minus incommodi caput accipit. Eiusdem fere naturæ sunt, parique affectu, quæ impense acida sunt atque acerba, vt mala citrea, seu medica, tum quæ vulgo Aurengia, & id genus pomi, quod ouali forma limonis nomine passim innotescit, cui tam acidus inest atque excedêtis uacuitæ succus, vt si huic malo per horas aliquot aureum nomisma inseras, imminuto accisoq; pondere illud eximi deprehendes. Vt autem ista perfici contingit vi algifica, ac frigore penetrabili, quod æque ac calor adurit: sic aqua ardens in præseruãdis rebus est efficacissima, siquidem carnes ac pisculenta quæque illa imbuta, à putredine tuta sunt, ac vermiculis intacta. Cyminum vero, modo ne desit illius copia, & caros, vulgo carui, post salem præsentanea sunt in præseruandis eduliis, si illis confricata recondantur, exsiccandi ratione: adeo vt illi qui crebro iis vtũtur, pallescant, atq; exsangues efficiantur, quod humorem omnem natiuum depopulentur. Mel quoque, & quæ syrupus, dicitur sapore melleo, licet nonnihil

ad

Margaritæ aceto maceratæ liquescunt.

Limonis succus corrosiuus.

Aqua ardens.

Cyminum
Caros.

Mel.
Syrupus.

d atrum deuergat, vt Paſſum quæ Aroba Hiſpanis dicitur, nonnullam etiam vim obtinent præſeruandi præſertim ceraſa, pruna, perſica, vuas, omnesque fructus arbuteos: quod ipſum etiam in Omphacio, quæ Agreſta vulgo dicitur expertus ſum. Omnium autem efficaciſſime, ſi cuiuſque generis fructus in olla ſeriatim collocatos, eaque accurate operculo obducta ac pice ita oblita, vt nihil vel aëris vel aquæ ſubingredi poſſit, in putei profundum demergas, elapſo anno omnia recentiſſima inuenies, ſaporisque eximii. Cum enim ab ambiente aëre, omnique vitioſo halitu ſint remotiſſima, non eſt qui corrumpi poſſint. Humiditas ſiquidem omnia putredini obnoxia efficit, qua ſublata, inductaque ſiccitate, non facile quid tabeſcit. Sic Merlucæ, quæ nobis *Stockviſch* vocatur (nam Salpa alius eſt ab illo piſcis) tum alii pleríque vento indurati, in aliquot annos aſſeruari poſſunt, quemadmodum & panis biſcoctus, qui nunquam muceſcit, quod omnis humiditas excocta ſit. Intenſus itaque calor, atque frigus, quoniam ex æquo qualitatem ſiccam inducant, corpora ſeruant imputrida. Hinc elice, qui fiat vt hybernis menſibus, geluque rigido atque aſpero, minimo offenſaculo crus frangi ſoleat. Siquidem ex ambientis aëris ſiccitate os fragile efficitur ac rigeſcit, cum id ſtatu cœli humido lenteſcat, ac flexile fiat. Quod ipſum obſeruamus in candelis ex cera ſæuoque confectis.

Paſſum. Aroba. Omphacium. Veruys.

Fructus putei immerſi, atque in olla reconditi, diu conſeruantur.

Merluca, Stockviſch.

Gelu opportunum ad crurũ fractionem.

Pallidæ mulieres rubicundis, macilentæ obeſis magis ſalaces, magisq́ viri deſiderio pruriunt.

CAP. XXXVII.

MVlieres illæ magis feruidæ ſunt, acresq; in Venerem, magisq; auidæ explendę voluptatis, quibus plus caloris inſitũ eſt, ꝙ fere vſu euenire ſolet pallidis

ac macilentis, quæque subfusco colore exsistunt, h bent enim illæ partes genitales aeri mordacique s sugine imbutas, quocirca irrigari humectarique p stulant, atque hinc est, quod æstate fœminæ ma prutiant, ac concubitum appetant auidius, cum tempore iis calor augescat, flaccidus autem fiat vi ac languescat. Qua ratione ruta, thymus, & pleraq impense calida, libidinē in viris exstinguunt, acu autem in fœminis. In illis siquidem humorem sem nalem depopulantur ac desiccant: in istis consum superuacua humiditate atque vligine, incalescit vt rus, atque ad libidinem incitatur. Quæ res efficit, vino, quod calorificum est, affatim impleri is sex cupiat. Obesæ autem & rubicundæ mulieres, qu affluenti humore perfusæ sunt, semenque genitiuu dilutum habent, cupidine languida, magisque seda exsistunt. Itaq; delectum viros habere conuenit, ne cuiuis temere ac præcipitanter dexteram iniicer Quisquis enim gracili atque extenuato corpore, ve gentique ætate ac deuexa, eam nactus est, quæ assidu prurigine vritur, quæque lassata non satietur, carnifi cinam sibi paratam meminerit, quæ idētidem incru descit, ac magis magisque exasperatur: cum viro tan quam hirudo & sanguisuga continenter adhæreat at que affixa sit, nec patiatur defesso atque exhausto vl las inducias constitui aut tantisper intermitti con gressum maritalem, dum vires collegerit, ac robu virile instauratum sit.

Fœminæ æstate salaciores.

An affluenter atque auide, an sensim ac parcius, nonnullisq; in teruallis, vrgente siti vel in mensæ accubitu, bibendum sit.

CAP. XXXVIII.

PRæcipua tuendæ conseruandæq. valetudinis ratio in cibi potusq. temperantia ac moderatione consistit. Quum autē alias de sicco alimento ac panis esu abunde à nobis tractatum est, de potione, & quo cuique modo ac mensura eā adhibere conueniat, dicen-

dum

um putaui. Principio ſanis non poteſt certo aliquid c determinate præſcribi. Quandoquidem plerique iuerſæ potandi conſuetudini adſueti ſunt, quam itra valetudinis iacturam ac detrimentum mutare emini procliue eſt. Optimus ac ſecuriſſimus bibenli modus pro ſua cuique ætate, pro temporum ratioe, pro inueterata inolitaque conſuetudine, pro vini ehementia ac viribus decernitur. Sic potus vel vini, vel alterius liquoris ſitienti præſcribatur ad deſidetium redimendum, & vt cibus in ſicco ne ſit, nec fluitet, ſed moderate potu madeſcat. Subinde itaque modiciſq. interuallis corpus potione refocillari debet, ac cibus ſuperinfuſo liquore identidem macerari, quo commodius peracta concoctione venas ſubeat, atq. in corpus digeratur. Omnis ebrietas præſertim iugis ac continuata, Dioſcoride teſte, pernicioſa quoniam nerui copioſo vino diebus ſingulis obſeſſi dant manus, totiuſq. corporis compago ſoluitur. Quapropter moderatam eſſe decet omnis liquoris, qui temulentiam infert, potationem, in eaque ſalſamentarios ac lanios nos imitari par eſt, qui vbi recōdunt in fruſta conciſa carnium piſciumque partes ac ſegmenta, ſalſuginem per ſingulos ordines ac ſeries infundunt, digeſtaq. ſale condiunt. Sic nos quoque, modo valetudini conſultū cupimus, cibū decenti ordine ac quantitate ingeſtum, potu vbi res poſcat, irrigabimus. Incoata autē cœptaq. concoctione ventriculum potu fatigare noxium eſt, interpellat enim ac remoratur naturæ facultates ac functiones, quibus operi inſiſtit, cibumq. concoqui atque elixari prohibet. Vt enim ollæ ac lebetes deferueſcunt, atq; ebullire deſinunt offuſa aqua gelida, ſic ventriculus affluenti potione turbatus ab incepta concoctione deſiſtit, ſeriuſque munia ſua exſequitur, ac minus exacte cibum concoquit, vt qui ante legitimū temp' inconcoctus, vel in venarum anguſtias, vel inteſtinorū laxi-

Ebrietas Dioſcoridi deteſtata, lib. cap. 7.

Simile à laniis.

Incepta concoctione, potu abſtinendum.

Simile à re culinaria.

tatem propelletur, quo fit vt cibi vsus fructusq. homini pereat atq. ex viscerum obstructione, quæ humorum putredinem inducit, morborumque ac febrium seminaria acciri contingat. Quod ipsum iis quoq. euenit, qui inter initia, primoq. mensæ accubitu auide se potu ingurgitant. Prolui enim confestim alimenta contingit, nec diu stomacho inhærere. Quamobrem consultum arbitror inter edendum non confertim nec auide, sed sensim ac paulatim bibendum, quo commode vtraque misceri queant pariq. concoctione perfici illis præsertim, qui meatus amplos habent, venarumq. conceptacula laxa. Qui vero ea vtuntur edendi consuetudine, vt ad prandii medium à potu sibi temperent, affatim bibere debent, quo potius penetret, ac per cibum vndiq. diffundetur: his quoque, qui ex febri æstuant, potuq. refocillari gestiunt, affluenter bibendum, verum non impigre, nec raptim, sed sensim longoque ac productiore haustu. Sic enim ventriculum vbertim humectat, nec potius confestim in vesicam delabitur. Modicus siquidem potus, nec sitim restringit, nec calorem reprimit, sed magis adauget. Vt enim carbones fossiles in fabrorum vaporario humentib. scopis subinde irrigatæ inflammescunt ardentius, sic parciori potu accenditur, non sopitur febrilis calor maiorq. excitatur bibendi auiditas. Qui vero ex lassitudine æstuque siticulosi sunt, iis sensim ac placide sedanda sitis. Sic enim liquor magis adhærescit, omnesq. partes aridas humore imbuit. Cæterum huic argumento annectere visum est illos, qui vel ex febri hectica, vel phthisi tabescunt, atq. ex morbis extreme macilenti sunt, cibum solidum magis commode deglutire, quam vllum liquorem. Pondus siquidem, cibique grauitas vias iugulares dilatat meatusq. gulæ peruios facit, sic vt minori negotio delabatur, quod potus efficere nequit: cum n. paries ductusq. gutturis, qui huius-

Sensim non auide bibendũ.

Quibus affatim bibendum.

Ab officina fabrili simile.

Cibum aliquando commodius, quam potum deglutire.

iusmodi officiis sint destinati, collapsi sint ac subsiderint, sic vt latera vtrinque se premant; potus propter tenuitatem, & quod nihil adferat ponderis, illos ægre dilatare potest, atque inoffense permeare, nisi bant affluentius: hac siquidem ratione dehiscunt uces, ac potus defluit. Simile quiddam euenit paralyticis, & qui apoplexia feriuntur. Spiritus enim cum tenues sint ac subtiles, non facile à cerebro ad neruos penetrant. Quo fit vt motus sensusq; illis eripiantur, humores vero qui membra nutriunt, pondere ac grauitate viam sibi sternunt, aditumq. sibi ad partes corporis patefaciunt. Sic radii solares caliginosam densamque nubem dissecare nequeunt, cum grando facillime id efficiat. Quocirca non est quod quisquam miretur, qui fiat vt paralytica membra nutriantur, cũ sentiendi mouendiq. facultate sint destituta: per alias siquidem vias membra alimenta suscipiunt, suaq; crassitie sibi viam faciunt, quod ipsum spiritus, tenuitatis ratione, facere non possunt: nerui itaque orbati spiritu animali, membris motũ sensumque adimunt, sed si per alias vias, quam per neruos nutriũtur nempe per venarum riuos ac sanguinis conceptacula.

Spiritus non æque ac cibus ad neruos penetrat.

Simile à sole & grandine.

Nerui motu & sensu præditi.

Quæcunq; propere ac festinanter maturescunt vel iustam longitudinem assequuntur, celerius intercidunt, nec diutinam ætatem perferunt: quod infantes ac stirpium aliquot genera commonstrant.

CAP. XXXIX.

VT in arboribus omnisque generis stirpibus quæ spectatissime adolescunt, atque ante legitimum tempus, consuetumque morem maturitatem assequuntur, cito intercidunt ac confestim elanguescũt: ita quoque in humanis ingeniis & corporibus, si quæ naturæ dotes ac munera speciosius maturiusque se proferunt, minus diuturna esse solent, ac festinantius dilabi. Non subest enim solida vis, nec penitus firmis

Ab arboribus simile.

radicibus nituntur, eoque non temere ad frugem
Dentatos nasci, ignominiosum. ueniunt. Sic infantes qui citius dentire incipiunt
sunt, qui ex vteri latebris dentati prodeunt, celer
me dentes excutiunt. Prima enim illa dentium
ries ob neruorum, quibus deuinciuntur, mollitie
Præcocta cito euanescunt. minus stabilis est, minusq; firmiter infixa. Simili
qui citius ingrediuntur, ac pedibus insistunt, inua
dis minusq. firmis cruribus esse solent. Contra ve
qui tardius seriusque incedunt, ingressu vtuntur f
miori minusq; lapsanti. Quod ipsum etiam obseru
tum est in his qui præmature loqui, vocemq. form
re incipiunt, postmodum hæsitantius loqui, minus
articulate ac significãter proferre verba. Itaque m
lius est omnia cunctantius procedere, tardaq. incr
menta suscipere. Siquidem cum natura suas vires
facultates cumulatius, quam par est, in membra pr
fundat, efficitur vt ætatis accessu desit, quod illis in
pertiat. Quo fit, vt illæ partes deterius sua munia
functiones exsequantur: vt quas nullis viribus, aut
limenti confluuio fulciri contingat. In omni quoq
Serotini fructus diuturni. stirpiũ genere ac fructibus obseruamus serotina qu
que diutius asseruari: quæ vero festinantius matur
scunt, flaccida vietaque fieri ac putredini obnoxi
Properata minus solida. Celerius siquidem occidit festinata maturitas. Qu
circa minus nobis probari solet in adolescẽtibus pr
cox ac præmaturum ingenium, tum pleraque natur
munia, aut corporis animique dotes, quæ præter vu
gatam consuetudinem, aut quam ea fert ætas, præst
tius se proferunt. Tales enim minus vitales conspic
solent, morteque properata confici. Qua de re exor
ta est prouerbialis sententia apud Belgas, omnia fe
Prouerbium triuiale in pueros præmature agiles. stinantius procedunt, *Het ghaeter al voor zyn iaer alleens*
Quo designant præter solitum, contraque commun
temporis cursum, rerumque ordinem ac rationem
pletaq; euenire aut perfici, desumta translatione al
infantibus, qui, nedũ exacto anni curriculo, pedibu
insistun

ſiſtunt, nulliusque fulti adminiculo hinc inde diſ-
ſiſtant. ꝙ poſtmodum languide perficiunt, atq; ab
cepta incedendi conſuetudine deſiſtunt.

Alimenta aliquando vitiari ac venenati aliquid contrahere ex beſtiolarum inſeſſu incubituq;. Deinde humanis corporibus ex diffuſis in illa ſordibus ſimile quiddā innaſci. nempe mures, ſorices, glires, ranas, rubetas, eiuſq; rei exempla.

CAP. XL.

NOn ſolum vitioſi virulentiq; humores ex corruptis alimentis corporibus innaſcuntur: ſed præter aliquot lumbricorum differentias varii quoque generis animalcula in viſcerum latibulis pullulant. Obſeruatū eſt enim noſtra memoria diſſecto mulieris cuiuſdam corpore beſtiolas exemtas ſoricib. muribusque non abſimiles, quas natura ex ſordido aliquo excremento, quo alimenta erant imbuta, produxiſſe videtur. Calor ſiquidem natiuus in materiam illam elaborandam occupatus, non aliam ſpeciem, quam pro ſubiectæ materiæ ratione effingere poteſt: itaq; inſita vis naturæ ſui generis animalculum efformat, ac molitur; humida illa ſubſtantia opifici obſequente ac ſequaci. Compertum eſt enim animalcula domeſtica catellos, feles, mures, ſorices, qui nobis glires dicuntur, atq; id ranarum genus, quod bufones vocāt, & rubetas, quum paſſim oberrant, cellaſq; promtuarias depopulantur, aliquando excremento ſeminali commaculaſſe eſculenta, quæ cum homines à ſordibus non abluant, vel fructibus arbuteis putamina, membranaſq; ambientes non adimant, ex illa vligine, quæ cibariis incumbit, dapeſq; polluit ac fœdauit, tale quiddam progeneratur. Quod ſi ex putredine limaces, cochleæ, mures: ex fimo bubulo ſcarabæi, fuci, veſpæ, ex aëreo madore, humoreque roſcido, erucæ, papiliones, formicæ, locuſtæ, cicadæ, progerminant: cui abſurdum videri poterit in corporibus hominum ex ſimili cauſſa tale quiddam gene-

Animalculorum in corporibus origo.

Beſtiola ex ſordibus generata.

rari? præsertim cũ efficacior hic ratio subsit, quæ h
rei caussam præbet ac seminarium: illa siquidem i
memorata ex putrilagine, non semine licet illi fac
tate & viribus respondeat, cognataque sit atq; affi
pullulascunt. Ista vero quæ in humani corporis la
bris animantur, ex vitali humore, viuoque anima
profluxerunt. Non itaque alienum à ratione, aut a
le videri debet hoc, quod tractamus paradoxum, c
tamen multa conspiciamus αὐτόματα, hoc est, sp
te, nulloque animantis congressu ac concubitu e
ta, idque ex humore quem circumfusus aëris ca
spiritu vitaq; imbuit. Quam numerosa enim præ
immensos terrarum tractus spatiosissimi altissimiq
Oceani gurgites piscium genera profundunt, atq
in hominum commoditatem vsque proferunt. Ni
enim mari fœcundius, quod crassioris sit substanti
ac spiritu calorifico vndique suffusum. In quo cum
multa ex semine, tum pleraque nullius pars compl
xu atq; adminiculo propagantur. Sic testacea omn
primum ex limoso vdaque vligine nascuntur, tum
mnes lubrici pisces, præsertim anguillæ, q̃ postmod
mutuo cõplexu multa sui generis examina procreā
Aphiæ minutissimi pisces ex spuma maris apud Ba
tauos copiose generantur, vbi post diuturnas siccita
tes copiosi imbres ingruunt. Siquidē cum ostia Mos
ac Rheni assiduo Oceani influxu salescunt, æstiui
præsertim mensibus, flumina illa affluenti pluuia di
luta atq; irrigata, pisciculis huiusmodi vndiq; scatēt
qui vbi grandescere incipiunt, inito complexu poste
ritati insistunt. Cum itaq; multa atq; admiranda na
tura rerum cuius vis Dei munere vndique diffusa est
moliatur: nemo anile deliramentũ existimet, prodi
giosa quædam in corporibus effigiari, cum ligno ver
miculantia c carioso, multisq; rebus inanimis teredi-
nes agilesque vermiculi innascantur, quod æstate in
caseis multisque eduliis perspicimus, quæ vermibus
vndi-

Animalia sponte, nulloq; semine nata.

Quare mare piscibus fœcundum.

Aphia, vulgo Spierinck.

adique scaturiunt. Adde, quod ex sordidis vlceribus ac vomicis, vnguium, pilorum, testarum, officulorum, lapidum fragmenta eximantur, ex humorum putridorum cócretu coalita, quin & vermiculos caudatos, atque insolita forma bestiolas vomitu eiectas vidimus, præsertim in his, qui morbis contagiosis oppressi erant, in quorum lotio multoties innatare conspexi minuta animalcula formicis affinia, aut iis præsertim qui æstiuis mẽsibus in aqua cœlesti volutari conspiciuntur, quorum nemo non morbo Neapolitano, lueque Venerea fœde erat contaminatus. Huc itaque spectat narrationis nostræ series, ne quis incircumspecte, nulloq; delectu cibos ingerat sordidos, nec ab iis, quæ foris accidunt expurgatos, ablutosque. Quod cũ plebeii negligant, scabie & pruriginosis pustulis infici solent, multisq; vitiis ac cutis affectibus deformari. Neque n. eo conspiciuntur corporis habitu & constitutione, ea formæ dignitate, iis naturæ dotibus, ea ingenii dexteritate, nec denique valetudine tam inculpata, qua patricii ac generosi lectiq; qui nihil mensæ inferri patiuntur, ne panem quidem primarium, nisi extima crusta accurate decurtata ac derasa, reliquoq; eduliorum apparatu exquisite decentique munditie instructo. Quod ipsum non improbo, modo excluso luxu omnia ad frugalitatem, victusq. temperantiam referantur. Ita enim constitutam habere decet vitæ victusque rationem proceres aulicos, vt omnia ad salubritatem, ad decus, ad honestatem moresq. inculpatos spectẽt sic, vt fortunæ splendor, rerumq; successus atque affluentia, quæ Dei Opt Max. munere obtigit, non luxui ac profusioni, sed moderationi ac temperantiæ subseruiat. Quare exemplar iis exprimit inuictiss. Hispaniarum atque Angliæ Rex, totiusque Belgicæ illustriss. Princeps Philip. qui propter amplissimas natura dotes, diuinum quoddam virtutis simulacrum mortalibus

Apostemata rudera ac pilos profundunt.

Goutvvormen *aqua cœlesti æstate innascuntur.*

In victu munditiesſalubritati deuincta.

Philippi Regis laus.

exhibet. Cuius maieſtati ac magnificentiæ adium[...]
to ſunt tot præſtantiſſimi heroes,quorum aucto[...]
te & conſilio florentiſſima regna, vltroque obla[...]
parente optimo Carolo Cæſare latiſſimæ ditio[...]
ſtabiliuntur.

Solis Lunæq; vis & natura in conſtituendis excitandisq; tem[...] ſtatibus. Quid deniq; auræ, aëriſq; mutatio in corporib[...] nimiſq; hominum ac ſpiritibus efficiat. Obiter vnde o[...] fluxus refluxusq; ac reciprocatio, quæ dici naturalis ſp[...] bus conficitur. CAP. XLI.

Solis & lunæ effectus in inferiora.

CErta minimeque ambigua ſerenitatis, vel plu[...] ventorumq; ſigna exhibent ſolis lunæque ra[...] qui varios ſubinde colores ſibi adſciſcunt, vel ex [...] loci cœlique ambitu quem permeare ſolent, ve[...] obiecti natura, vel re quapiam illis offuſa: quos ſi [...] curate obſeruarent, qui imperitæ rudiq. plebi at[...] aniculis prognoſtica obtrudunt, non ita hallucin[...] illos ac cæcutire contingeret, nec credulam turb[...] vana ſpe ludificari. Ex his enim indubitanter p[...] nuntiari poſſunt imminentes tempeſtates ac tu[...] nes, & quis futurus ſit cœli ſtatus, ex quo vel vber[...] rerum copiam & prouentum, vel penuriam con[...] quimur. multaq. alia quæ eleganti carmine comp[...] xus eſt Virgilius: qui cum fuerit in rerum cognitio[...] verſatiſſimus, omniaque naturæ opera exacte ſit p[...] ſequutus: animos quoque hominum aliqua ex pa[...] illorum viribus effectibusque ſubiicit. Siquidem p[...] tẽporis ratione, ꝓ occaſu ſiderum, pro aëris ambie[...] tis qualitate ac quadripartita anni viciſſitudine h[...] mines aliter afficiuntur, alioq; modo conſtituti ſu[...] Sic cœlo nubilo auraq; dẽſa ac caliginoſa, tetrici h[...] mines exſiſtunt ac ſubtriſtes, ſomnoq; dediti: ſere[...] vero cœli ſtatu, vernisq; menſib. quũ omnia frond[...] ſcunt, alacres ſunt atq; erecti, rebusq; iocoſis inten[...] Diſcutit n. humorũ fuliginem, craſſoſq. ſpiritus, q[...] mentes noſtras obnubilat, aëris amœnitas, ſpiritu[...]

Virgilii laus ob rerum cognitionem.

Status cœli animos immutat.

exh[...]

-hilarat, atque animo lætitiam inserit. Quod venu-
o hoc carmine expressit Virgilius:

Verum vbi tempestas & cœli mobilis humor *Lib. 1. Georg.*
Mutauere vias, & Iupiter humidus Austris
Densat, erant quæ rara modo & quæ tarda relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectore motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui.

-xiliunt enim paulo ante cohibiti spiritus aura pla- *Simile ab ædi-*
-da ac suaui, spiranteq; Fauonio recreantur. Vt enim *bus situosis.*
-mi ac vapores reseratis ædibus, ostiisq. patefactis,
-mmisso vndiq; aëre, atque externis flatibus dissipari
-lent omnesq. porticus ac vestibula situ pedoreque
-bducta perspirari: ita in corporibus humanis omnes
-ques halitus & si qua corpori mephitis inhæret; aut
-ncæror animi, discuti contingit atq; euentilari. Itaq;
-on internę modo caussæ, insitique humores ad sani-
-tem vel morbum sunt adiumēto, sed externi quoq;
-derum concursus, atque aëris auræque constitutio
-e ventorū qualitas, varias subitasq. mutationes ho-
-minum corporibus inserunt, quod singulis momentis in
-squisq; experiri potest. Quis est enim, vt animorum *Corpus aëris*
-ffectus prætereeam, qui imminente tempestate ali- *constitutioni*
-ua aërisque intemperie, triduo etiam antequam in- *obnoxium.*
-ruat, puncturas in membris non percipiat, ac dolo-
-es pulsatiles, neruorum cōtractiones, palpitationes,
-ffectusque alios dolorificos non persentiscat? Claui
-quidē, calli, verrucæ, cicatrices, glandulæ, nodi, de-
-ique si quid luxatum, ruptum, fractum, conuulsum,
-olutumq. fuerit in aliqua corporis parte, omnia fu-
-turam tempestatē præsagiunt, quod non sine acerbis-
-simo cruciatu iis potissime vsuuenire solet, qui ali-
-quid latentis occultiorisque morbi ex scortorū con-
-tagio contraxerūt. Hi n. vbi venti rigidi spirare inci-
-piunt, dolorib. promtius infestantur. Intenduntur a-

Valetudinarii auræ mutationem percipiūt.

nerui ac rigeſcunt muſculi, agitatisq. vitioſis hu
ribus qui membris infixi ſunt, acerrime crucian
Subeſt enim illis partibus intemperies quædam t
peſtati externæ cognata ac familiaris, q̄ carnificin
quandam in intimo membrorū receſſu exercet
vero inculpato ſunt corporis habitu, firmaq; vale
dine ac ſtabili nihil incommodi, nullosque affe
ſentiunt. Vt enim futiles quaſſæq; naues ac rim
citius tempeſtati ſuccumbunt, ita morboſa corp
quique vacillanti ſunt ac dubia valetudine, omni
expoſiti ſunt iniuriis, omnibusq; obnoxii incom
dis. Siquidem oborta vel leuiſſima aëris intempe
dolores illos intenſos inferri contingit, aut vbi So
Luna inferioribus aliquam mutationem induc
Hæc enim ſidera præ cæteris vires ſuas nō in hum
modo corpora, ſed in terrena quæq; exſerunt, qu
vis tanta eſt, adeoq; ſe in immenſum porrigit, vt q
cunque cœli ambitu continentur, ſuum ordinem
natumque ac decus ex iis capeſſant, ac conſequant
omnisque rerum ſeries, atq; anni tempora horū ar
trio decurrant. Et quanq̄ ſuperiorum aſtrorum po
tia non ſit inefficax, Solis tamen beneficio maxi
quæq; perficiuntur. Is enim hunc orbē præcipue
ornat, omniaque concinne diſponit ac moderat
Huius opera propagantur ſata, ac fruges matureſc
cunctaque incrementa ac progreſſus ſuſcipiunt,

A nauibus quaſſatis ſimile.

Solis & Lunæ vis in res inferiores.

Georg. 2.

Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Magna ſane & Lunæ opera in rerum natura appar
verum Solis effectibus poſteriora. Solis enim ben
ficio illa fruitur, lucemque ab illo ſortitur. ſic vt ta
ta illius pars illuſtretur, quantum Sol ſuo ſplendo
irradiat: deficit autem lucisque expers redditur, v
terræ interuentu lux illi intercipitur. Tunc aute
potiſſime in terrena vires ſuas explicat, cum vel So
ex aduerſo oppoſita impletur, atque orbiculata ef
citur, vel vbi primum illi coniungitur, his enim di

Oppoſitio plenilunium coniunctio nouiluniū fecit.

ru

um spatiis augescunt segetes, conchylia turgescunt, ... næ sanguine, ossaque medullis implentur. Quo fit ... concubitus iis temporibus minus officiat. Et quo- ... am omnia humore imbuit, fit vt carnes radiis il- ... us expositæ tabescant atque homines somno vino- ... ue sopiti, pallorem capitisque grauedinem contra- ... unt, ac morbo comitiali afficiantur, relaxat enim ... eruos, ac cerebrum plus satis humectat, mentique ... algifica stuporem infert. Oceani quoque æstus ex- ... itare, caussamque reciprocandi illi præbere, non est ... uod quis ambigat. Siquidem cum perspicimus silē- ... atque obscura Luna, eaque vel medio orbe dissecta, ... el in cornua falcata, siue augescat & minuatur, nul- ... s propemodum fieri aquarum concursus, nec in ... lam altitudinem attolli Oceanum, quæcunque ... iam littora alluit: Rursum vbi cum sole congredi- ... ur, atque innouari incipit, aut in orbem circum- ... cta plena conspicitur, maximos excitari æstus, ... uctusque attolli in immensum; quis alio, quam ... Lunæ motum fluxum refluxumque Oceani refe- ... t? Vt enim magnes ferrum allicit, sic sidus hoc ter- ... proximum, mare attrahit, concitatque. Nam cum ... una oritur, Oceanus circa illas plagas deuoluitur, ... empe Orientales, partesque Occidentales deserit: ... uando vero ad Occasum vergit, in illis partibus ... rebrescunt fluctus, in iis vero, quæ ad Ortum spe- ... ant detumescunt, idque affluentius vel parcius pro ... ncremento defectuque lucis, quam lunares radii ... xhibent. Oceano si cui libeat in Oceano Gallico, ... ostroque mari, quod se ad Septentrionem porri- ... it locorum tractus ad spatia orasque regionum me- ... iri, & quos æstus littora perferant obseruare, luce ... larius perspiciet omnia Lunæ motu adspectuque ... erfici. Vbi enim hoc sidus exoriens diuersas pla- ... as ac climata collustrat, cursumque suum per cœ- ... i meatus prosequitur, eo æstum fluxumque directo

Æstus Oceani caussa.

Luna mare concitat.

Simile à magnetis vi.

deferri contingit, quo radios dirigit, & quas te
partes ac littora ex aduerso sibi oppositas respec
Simile à Solis vi attractoria. Vt enim Sol ex humenti gramine humorem eli
multamq. aquæ vim ex mari, stagnis paludibusq.
sorbet, vnde pluuiarum origo existit, vt deniq. m
tæ herbæ, q̃ hinc Heliotropia dicuntur, Solis vi ac c
lore qui humorem allicit, circumaguntur, eiusq. i
ab ortu in occasum expansis patulisq. flosculis co
tantur: ita Lunæ vi Oceanus modo in hoc, modo
illud littus impellitur. eoq. se inclinat, atq. in illa
oram decumbit quo sidus feratur. Cuius rei aliqu
dabo specimen, ac quorundam locorum, vrbiumq
ac littorum, quæ mare alluit, exempla ꝓferam, Pri
cipio quo omnia exacte percipi queant, hoc axiom
Lunæ decursus. seu pronuntiatũ subiiciendum putaui: Lunam se
per auersis à Sole cornibus, si crescat, ortum spectar
si decrescat occasum, quæ triduo plerumq. in coit
morata demum lucescit, ac falcata emicat. Singul
vero diebus ab incremento à Sole remotior ad sept
mum vsque augescens medio orbe diuisa spectatu
eaq. pars illustratur, quæ Soli in Occidentem delat
opponitur, illa opaca quæ Orienti obuersa est. Sem
per enim Luna crescens Solem Occidentẽ sequitur
supraq. nostrum horizonta conspicitur. Vbi vero de
crescit, Solem præcedit, illiq. præuia est, ac supra ho
rizonta antelucano conspicitur, ea semper parte il
luminata quæ Solem respicit: eoque efficitur, vt pars
incurua, atq in cornua falcata semper à Sole auersa
sit, globosa vero atque in gibbum sinuata, aduersa,
Solique exposita. Quarto autem & decimo die cum
ex diametro Soli oppositi est, plena perficitur, ipsa-
que oritur, vbi Sol in Occidentem declinat. Quo fit
vt vndique illustretur. Solisque splendorem quaqua
versum recipiat. Decimo septimo die cum Sol ori-
tur Luna in Occidentem depressa conspicitur. Alte-
ro & vigesimo die Sole emerso Luna medias fere
cœli

eli regiones peruagatur, eaque pars, quæ ad Solem
ttur, lucida eſt obſcuratis reliquis. Deinceps cum
ngulis diebus curſum ſuum proſequitur, octauo &
cesimo demum die & tertia eius parte ſeu horis o-
o, totum Signiferi circulum abſoluit: atq. vt annum
ol, ita Luna menſem conficit immutatione per ſe-
timanas illi accedente: nam vtrumq. tempus & poſt
rimam apparitionē in dimidium orbem accreſcit,
quo inde plenum efficit, atq; in rotundum circi-
atur, ſeptem diebus abſoluitur, qui geminati qua-
tordecim conſtituunt. Simili modo ſi inde cum æ-
uali portione diuiſa eſt, ad ſecundam diuiſionem
iuſmodi rationem ſubduxeris, & hos dies reliquoſ-
ue, cū plane ob oculos Luna declinata eſt, ſeptem
nuenies. Quare menſem à Luna immutari perſpi-
uum eſt, quam vim illa à ſolis adſpectu cōſequitur,
x ſe nullis facultatibus ac viribus imbuta. Vbi vero
um ſole congreſſum init, aut vndique expolita face
lluſtratur, vehementes mutationes terræ marique
nferuntur: argumento, quod ventos impetuoſos
xcitet, crebriſque fluctibus littora pulſet. Obſerua-
um eſt autem noſtra memoria minimo annorum
nteruallo iam quartum excreuiſſe in immenſam
ltitudinem Oceanum, totamque Belgicam diſſi-
patis diuulſiſque aggerum molibus miſeranda cla-
de oppreſſam, idq; hibernis menſibus, quib. vis Lu-
næ in concitandis fluctibus, ciendiſq; tempeſtatibus
quam æſtiuis acrior, ſic vt ſemper aquarum concur-
ſus ac redundantia vel in nouilunium, vel plenilu-
nium inciderit, illæq. regiones ac climata omnium
primo damno oppreſſa ſunt, in quæ aſpectus influ-
xuſq. ſideris proxime ferebatur: mox cum aliis litto-
ribus ſe obuerteret, illis quoque aquarum violentia
atque inundatio illata eſt. Hinc Flandri Oceani ſæ-
uientis incommoda primum ſentiunt, ac periclita-
ri incipiunt, proximo Mattiaci, qui Zelandiæ inſu-

Menſis à Luna Belgis nomen accipit.

Luna quando tempeſtates concitat.

Inundationes ineunte hyeme incrudeſcunt.

las occupant, mox Brabanti, ac modo hi, modo por tus, fidæq; alioqui ac tutæ nauium stationes v darum vi premi solent, sideris motu in certos reg num tractus conuerso. Exasperant quoq; maris iniuriã Cori ac Circii, qui ex solstitiali occasu impetu sissime in terras decumbunt, marinasq. aquas lon lateq. in continentem prouehunt, sic tamen vt m do in hanc, modo in illam terræ partem volui fluct contingat, ac subeunte quaq. regione suas vices p locorum distantia atq; interstitio, celerius tardius æstum concursumq; maris perpeti. Quæ vt cuiq. e acte innotescant rem paulo altius repetam. Quo d Luna noua conspicitur, quæ semper Occidenti in cumbit, ꝙ eo Sol inclinet, cuius fulgore splendesce re incipit, & quo plena efficitur; eodem æstus exci tari diffundiq. obseruamus portusque primũ vicin ad certam altitudinẽ impleri, ac deinceps versus O rientẽ ad obuia quæq. loca deferri, sic vt subsequen tibus dieb. hora vna tardius segniusq; Oceanus mo ueri incipiat, quod sidus indies ab illo fiat remotius ac versus meridiem ortumq; elatum à Sole longius recedat. Verbi gratia, Portum Ictium siue Caletum tum Slusas, quæ vrbecula est in Flandriæ confinibu sita, Brugis contermina, noua plenaque Luna sum mo æstu implet hora plus minus vndecima, ea parte illustrata, quæ in Austrum reflexa est: Arnemudæ a Metelliburgi tractus hora secunda seu noctis seu diei, Zirizeæ hora tertia, Luna in occasum bruma lem seu hibernum conuersa, à quo Africus fiat & Sol Capricornum subit, Bergis sesquihora aut dua bus serius, Antuerpiæ ac Dordraci Luna inclinata in Æquinoctialem occidentem, à quo Fauonii seu Zephyri spirant hora propemodum sexta, Mechli niæ octaua, sic tamen vt modo tardius, modo prope rantius mare influat, aëre vel tranquillo, vel ventis incitato. Et cum sex horarum spatio versus occasum

Circius. Noordvvest.

Oriens occidenti obuertitur.

Africus. Suydvvest.

fertur

ur, totidem horis refluit ac subsidit, vsq; dū sidus trum conspectum egressum iis oriatur, qui aduer- n nos vrgent vestigia: tunc siquidē denuo exęstuat. m vero Luna mediæ noctis lineam attigerit, inde- e ad nostrum hemisphærium deuenerit, rursus in luctus residunt. Itaq. obseruandi locorum situs, d quam cœli plagam spectent, metiendiq; regio- m tractus, atque iis assurgentis labentisq; sideris sus accommodandus: hac enim ratione procliue modū erit, cuiq; regioni fluxum refluxumq. assi- ate. Ceterū ne quis cornua spectanda sibi persua- at, cum ab illa parte nullos affectus obtineat, sed obam deuexamq; quam Sol illustrat, ea siquidem rs quæ soli terræq. obuersa est aquam allicit, illos- e portus ac stationes maris affluxu implere sata- , quos è directo splendore suo irradiat. Eo siquidē ceanus confluit quo Lunares radii impellunt. In- rim hæc meminerint, qui nauigio iter aliquo insti- unt, cum Luna oritur, ac se primū in nostro hemi- hærio conspiciendam exhibet si pars quæ à Sole il- lustratur, in ortum radios reflectat, in his terrarum rtib. quæ in Ortū vergunt fluctus in summū excre- sse: rursus si Austro vel occidenti se obuertat, illæ rtes æstum perferunt, exhaustis exsiccatisque Ori- tis. Itaque si quis ab ortu vel æquinoctiali vel bru- ali à quo Euronotus & Subsolanus spirant, in oc- dentales regiones properat, alto mari, summoque tu in tractus inferiores deuehi tempestiuum erit, orbi causa, A Mechlinia, Antuerpia, Dordraco, ergis, Breda, Boscoducis, Delphis, Gouda & si quæ ca vlterius sita sint, pleno iam iamque refluxum initante mari, nauem conscendere expedit. E con- a si quis ab Occidente versus Austrinos sinus tra- usque Orientales cursum instituit, portu vacuo, stuque aduentante, ac remeantibus fluctibus in tum deferri debet, sic vt pro locorum ratione

Adspectus Lunæ portus æstu implet.

obſeruet Lunæ decurſum, & in quas cœli plagas ſ
reflectat, quaſq; oras ac portuū ſtationes reſpectet.

De Lactuca natura ac viribus, & quibus illa proſit vel n-ciat. CAP. XLII.

Quibus retunditur lactuca frigiditas.

LActuca in acetariis frequentius aſſumta, niſi er-cam ac naſturtium, tum quæ Ptarmicæ prorſus finis, Dragon vulgo dicitur, admiſceas, oculis offic ac caliginem infert; incraſſat enim denſatque ſpirit viſorios, atque humorem cryſtallinum turbidum e ficit, niſi vino eius vis retundatur. Veteres hanc ne initio cœnæ, nec primis menſis inferebant, ſed p ſtremo, quod Martialis indicat:

Claudere quæ cœnas Lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras incoat illa dapes?

Quod ipſos nō citra rationē factitaſſe cenſeo: cum frigidæ humentisq. ſit naturæ, à cœna aſſumta effica cius ſomnum conciliat, vini feruorem reprimit, atc ebrietati obſiſtit, inducta cerebro humiditate. Noſtr vero ætas ſalubrius exiſtimat ab eius eſu cœnam au ſpicari. Siquidem cū ex prolixiori prandio exigua fe re eſſe ſoleat ad cibū auiditas, mos inoleuit, vt in ipſ ſtatim accubitu faſtidienti ſtomacho lactucis oleo a cetoq; conditis appetentia excitetur: quin & illum v ſum lactuca præbet, vt ante omnē cibum in venas de lata ſanguinis feruorem reprimat, atque hepatis cor-disq; calidam intemperiem mitiget, adeo vt immo-dicus eius vſus Venerē coerceat, ac concumbendi de-ſiderium exſtinguat, vt cucumeres, pepones, portula-ca, camphora. Quamobrem affluentius iis præſcribē-da, qui cœlibatui addicti ſunt, ac pudicitiam illæſam tueri cupiunt, quo prurire vtique deſinant: iis vero q matrimonii capiſtris ſunt alligati, non prorſus reſpu-endus eſt eius vſus: cum cerebrum illorum aliquādo ex immoderata Venere contingat ſicceſcere. Verum calorificis herbis retundi debet eius frigiditas, ne ſe-men genitale plus ſatis diluatur, atq; ad progignēdos liberos fiat inefficax, parumq. idoneum.

Lactuca ante & post cœnam ſumenda.

Lactucæ quibus vſus.

De

De Hippolapatho herba, vulgo Patientia.

CAP. XLIII.

CVm multa ſint Rumicis ſeu Lapathi genera, duo potiſſime in eſum expeti ſolent, Oxalis vulgo Adula: vel Acetoſa dicta, quæ in acetariis appetentiã uit, ac nauſeam diſcutit, tum à magnitudine Hiplapathon. Eſt autem olus culmoſum, foliis amplis præ longis, caule, vbi maturuit rubicundo, radice uueſcẽti. Eius eſſe facultatis hanc herbam experior carnes, atque edulia quæque quamlibet annoſa ac ɛruetuſta hac elixata tenereſcant, atque eſui reddãr apta. Cum enim lubricæ ſit humentisque naturæ, uriſſimã etiam vel bubulam, vel gallinaceam molac macerat. Quocirca apud veteres frequens eius ūs erat, ꝙ cibos concoctu faciles præſtet aluumque olliat. Eiuſdem cum hac facultatis eſt Atriplex, & uæ à ſpinoſo ſemine Spinacia dicitur, Lampſanæ ioſcoridis affinis, quam deſignaſſe puto Martialem, am inquit: *Oxalis, Zurckel.* *Hippolapathi deſcriptio.*

Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

enique Horatium: *Epod lib. Ode 3.*

lecta de pinguiſſimis,
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Malua ſalubres corpori.

De Saliua hominis effectu. CAP. XLIV.

SAliua ieiuni præſertim hominis nulla cibi potusq; qualitate diluta qua vi polleat, quibuſque viribus mbuta ſit, varia experimenta commonſtrant. Nam ichenas, mentagram, impetiginem, variolos, ſerpiginem, omnisque generis puſtulas abſtergit. Et ſi cui arti corporis virulentæ beſtiolæ inſederint, crabrones, ſcarabæi, bufones, araneæ, tum aliæ pleræq; quæ uo contactu tumores dolorificos atque inflammaiones inferunt, illius confricatione omnes affectus ubſidunt ac diſcutiuntur. Inſuper & ſcorpios interi- *Saliua vis & effectus.*

mit, aliasq; venenatas bestias conficit, aut saltem [illegible]
figniter lædit. Insitum est n. illi latens quoddã vi[illegible]
ac venenosa qualitas, quã partim à dentium sordi[illegible]
atq. vligine, partim ex humorib. vitiosis consequit[illegible]
Ad os siquidem ac fauces fumi ex his emanãt, ac sp[illegible]
tum aliena qualitate imbuunt, quo fit vt nonnunq[illegible]
saporem amarũ, vel acidum, vel subdulcem saliuæ [illegible]
esse percipiamus, quemadmodũ & sudori: Atq; hi[illegible]
est quod ieiunis os impense olidum exsistat, atq. h[illegible]
litus graueolentia obuios quosq; feriant inficiantq[illegible]
Restagnant enim euaporantq; è corpore, tanqua[illegible]
ex palude quadã limosa vapores terri atq. insinuan[illegible]
qui cum veneni naturam obtineant, saliuæ fontes v[illegible]
tiant. Est autẽ liquor hic qui ori innatat, linguamq[illegible]
humectat, aut cibum irrigat, nihil aliud quã pituit[illegible]
sum quoddam excrementum, qꝫ in ventriculo ex [illegible]
limentorum succo conceptum, ad cerebrũ deferru[illegible]
atq. hincad linguam facesq. corriuatur: Quo fit, v[illegible]
quibus stomachus pituita redundat, os quoq. saliuo[illegible]
sum fit, atq. humore immodico perfundatur: quibu[illegible]
vero præcordia æstuant, ac febrili calore torrescunt[illegible]
lingua omni prorsus humore destituta est, atque v[illegible]
terra nimis solis ardoribus adusta, finditur. Cũ itaq[illegible]
saliuæ qualitas effectusq. ex humoribus emergat (e[illegible]
illis siquidem illam naturæ facultas elicit, vt ignis e[illegible]
herbis stillatitium liquorem) facile initi ratio potest[illegible]
quare tam prodigiosa efficiat, rebusque nonnullis
perniciem adferat. Quod si sani hominis saliua ad
multa percipitur efficax, adeo vt non modo animal-
cula quædam, sed argentum viuum exstinguat atq.
mobilitatem illi eripiat quid de iis statui debet, qui
elephantiasi seu lepra ac morbo Neapolitano, aliisq.
contagiosis morbis sunt contaminati? Equidem no-
ui complures qui pustulas atque exanthemata con-
traxerunt, admotis ori cyathis, quibus infectorum
saliua adhæserat propter lentorem & venenatum li-
mum

Sudor & saliua ex humoribus vim sortiuntur.

Saliua quid.

Quibus os siccũ vel vdum.

Simile ab herbis distillatis.

Leprosorum saliua noxia.

um qui dentibus adhęrescit, sic vt ea ratione omnis
malíũ morsus pernitiosus sit, licet nerui aut mu-
li illæsi sint, ob saliuæ contagionem.

vsu lactis, de colostro ac cremore, illud Belgæ bieft, *hunc* room *indigetant: Tum quæ hæc coagulari in stomacho prohibent.* CAP. XLV.

Sus lactis non omnibus æque salubris: siquidem qui frigidiore sunt ventriculo, iis acescit, ac præ- rdia flatibus distendit, qui vero calidiore corporis mperamento exsistunt, iis aduritur, atque in nido- sos halitus effumat, capitique grauedinem adfert. *Lac quibus vtile.*

cum lac eius sit naturæ vt calore densescat ac spis- ur, frigore liquescat: fit vt in æstuandi stomacho omtius coaguletur, quod ipsum nulla re inhibetur ficacius, quam melle vel sacchаro, salisq; momen- . Ceterum cum plerosque nouerim ex coagulato ite, eoque in grumos cõcreto, strangulatos, spirandi eatu, oborto vomitu, intercluso incõsulte mihi fa- re videntur lasciuæ aliquot adolescentulæ, prociq; tulci, qui in pomeridianis symposiis colostris ac emore aliisq. lactariis se infarciunt, nec ea vino af- tim perfundere verentur maximo valetudinis de- imento. *Lac calore inspissatur liquescit frigore.*

Vinum siquidem coalescere facit lac atq; casei consistentiã conglobari, quo cum offendatur omachus, ac repugnantia elaborare ac concoquere queat, omnia ad putredinem deuergunt, magna- mq. ægritudinum seminaria ministrant. *Vinum & lac commixta uitiosa.*

Sic pisces lac, omniaq. acida lacti admixta, vinoque perfusa, abiem, ac lepram conciliant. Omnia enim impro- iscue sic ingesta, computrescunt, ac corruptioni ef- ciuntur obnoxia. *Lac pisces corrumpit.*

Colostris quæ fœtante enixaque oue in delitiis habent ganeones, nihil homini no- entius, adeo vt infantibus etiam triduo à partu lac aternum degustasse pernitiosum sit, ac tantum non thale. Coit enim ac crassescit in corpore, venasque sanguinis riuos obstruit, quo minus commode *Colostrum Bieft.*

atque inoffense possent alimenta permeare. Lacan
cum sanguinem concretum dissoluit cyminum, o
mel & acetum scylliticum, angelica, ostrucium.

Podagrici cur salaces, atque in Venerem proni, & quotquot dorsum decumbunt, duroq; cubili innituntur.

CAP. XLVI.

Plus nimium salaces podagrici.

QVi articulari morbo obnoxii sunt, magna ex pa
te salaces esse solent, atque impensius pruri
partim quod ex diutina assuetudine illi rei assueu
rint, cuius immoderato vsu is morbus contractus e
partim quod identidem iis nerui rigescant, atque i
tendantur, crebroq; in dorsum decubitu humores i
partes genitales confluant. Pari ratione qui frequen
tius equitant, tū qui nauium tabulatis incumbun
atq. in dorsum proiecti durius cubant, in rem Vene
ream proni sunt ac ꝓcliues, incalescunt enim neru
qui ad partes generando homini destinatas porri
guntur; sic vt ex agitatione, influxuq. humorum lum
bos incitari contingat, ac tentiginem suboriri. Ead
ratione euenit, vt si quis offendat colliderque pedi
pollicē, confestim ex huiusmodi affectu inguen intu
mescat, ac scrotū, hoc est, rugosum illud testiū inuo
lucrū condolescat consensus ratione, atq; ob neruo
rū venarumq. implexam seriem. Vt enim si quis for
cipē aut ferramentum aliud calenti ignitoq. foco im
mittat, nō solum pars igni inserta ignescit: sed etiam
ab igne remotior ita plerumq. incalescit, vt contre
ctari nequeat: ita membris è directo constitutis dolo
infertur, affectusq; morbidus vicinis partib. commu
nicatur. Sic à ventriculo, intestinis, vtero, splene, he
pate caput afficitur, atq; è diuerso cerebro læso, aut
intemperie aliqua affecto in subiectas subditasq. par
tes malum deriuatur. Atq; hinc est quod obstetrices,
licet huius caussam ignorent, explorare soleant in
puerorū morbis genitale, illiq; affixos testes, ex quo-
rum

A re fabrili simile.

Partes genitales vel secundæ, vel aduersæ valetudinis sunt indices.

n obſeruatione etiam adulti cõcipere poſſunt in-
pitata vel ſalutis, vel interitus, denique aduerſæ ſe-
ndæque valetudinis indicia. Si enim teſtiũ loculi
cidi ſint ac langueſcant, eorumque appendix de-
mitur, facultates naturales concidiſſe, omnesque
ales ſpiritus q vitam fulciunt, collapſos eſſe argu
nto eſt: Sin corrugatæ erectæque ſint abditæ illæ
tes, ac mentula rigeſcat, omnia fore ſalua denun-
r. Ceterũ quo euentus exacte præſagio reſpõdeat,
eruandum in qua corporis parte morbus cõſiſtat.
enim in morbis cerebri, & qui ſupra diaphragma
tumq. tranſuerſum conſtituti ſunt, propendent,
flacceſcant genitalia, ſalutare eſt, vt econtra con-
cta eſſe ominoſum, intermoritur enim facultas vi
is, ac nerui ad ſuam originem conuelluntur. Obſer-
ui autem in multis, conſtante etiam mente vigen-
que ratione, ita cõtractos teſtes, ac penem virilem-
e peſſulum reſiliiſſe, vt lotium redditurii illius ad-
niculo eſſent deſtituti. In omnibus autem affecti-
s qui infernas partes occupant, auſpicatum eſt, te-
s eſſe corrugatos, pudendumq. ſubrigidum, reua-
cere enim hæc indicant illas partes quæ naturali-
s facultatibus ſubſeruiunt, atq; ad obeundas fun-
ones ac munia denuo accingi, nulla ſiquidem cor-
ris partes citius reuiuiſcunt, diſcuſſõque morbo
getas ſe præbent, atque erectas, quam quæ naturæ
ens in occulto conſtituit.

Teſtes flaccidi vel erecti quæ valetudinis argumenta præbeant.

Cerebri & hepatis affecti præſagium ex teſtibus.

Genitalia ex morbo primum reuiuiſcunt.

exanthemata ac pueriles varioli, quæ vulgo Maſelen *di-cuntur, vino rubro exigi expugnariq́; poßint; denique lacte bubulo, quæ à mulierculis exhiberi ſolent, cum huiuſmodi puſtulæ efflореſcant.* CAP. XLVII.

N morbis qui in ſanguinis ebullitione atq. inflam-
natione cõſiſtunt, diaphoretica ſeu diſcuſſoria ex-
enda, quæq. humores attenuent, quo cõmodius
r corporis meatus ac ſpiracula queant expurgari,
n eſt ꝙ quiſquã ambigat. Itaq; mirari ſubit qua ra-

tione matronæ nostræ, cum hæ pustulæ eruptione molíuntur, vinum rubicundum exhibeãt, quod p rumque astringentis est naturæ atque humorẽ co ac densat. Quocirca ego decoctum confici iubeo Calthæ floribus crocatis, quæ vulgo Calendula di tur, melissophyllo, anetho, hyssopo, satureia, ficub aniso, & fœniculo, quod cutem relaxat, humorum collectionem dissipat. Inir tamen rationem posse v deo, qua inoffensè citraque incommodum præscri possit, modo tempestiue id fiat, cum scilicet omn humorum impetus ad cutem delatus est: tunc eni eadem ratione propellit, qua illa quæ comprimend aluum laxant, vt myrobolani, & radix pontica, vulg Rhabarbarum dicta, quibus manifeste astringens v aliqua inesse percipitur. Itaque astringendi ration rubellum fuliginem propellit, atque humores fumi dos, qui mediis spatiis inhærescunt, ad extimam cu tem deuehit. Sic experior in nonnullis vinum nigr Hispanicum, quod à tingendo *Tinctver* nostri vocant aluum ducere, quod tamen dysentericis exhiberi so let, quo aluum sistat. Id efficit partim quod ob crassi tiem venas subire nequeat, partim astringendi pre mendiq; facultate qua ea q̃ intestinis inhærent pro luit. Pari ratione rubrum vinum quod calorificũ fit discutiendi vi pollet, ac sudorem elicit. Lac autẽ nulla ratione exhibendum censeo, cum febricitantibus sit noxium, prompteq; corrumpatur, ac cõntagio cõcipiat. Experimento enim comprobatum habeo, moriente aliquo lac liuescere ac corrumpi, omnesq; halitus pestiferos in illud deferri.

Calthæ, Goudbloemen.

Vinum rubrũ an sudorem & vrinam moliatur.

Lac corruptelæ obnoxium.

Tonitru ac fulmine vitiari vinum, eumq; liquorem, quæ Belgis Ceruisia dicitur: & quibus id prohibeatur, eorumq; vires restaurentur.

CAP. XLVIII.

TOnitru & Fulmen noxam inferre rei penuariæ cellisque vinariis, nemo non patrumfamiliâs lu-

culento

lento suo damno experitur. Siquidem fulmine va-
scit vinum, coloremque refum ascissit, ac genui-
s illi sapor aboletur calore igneo ac vi penetrabili
entique. Cereuisia horrendo illo sonitu, motuque
lento ac concussione acore vitiatur, potuique ef-
itur inidonea. Et quanquã æstiuus calor præcipua
usa sit, vt liquores acescant, fulmen tamen ac
nitru subitam mutationem huiusmodi rebus infe-
nt etiam hybernis mensibus, cum æstus pedeten-
m id efficiat. Quod si penora subterranea sint ac
ncamerata, fornicibusque ac testitudine constru-
a, minus detrimenti poculenta accipiunt, quam
tabulatis constrata sint. Celerius enim in hæc pe-
etrat aëris auræque intemperies, ac violentius in
olia cadosque vinarios decumbit. Quocirca ego
os præmunire soleo, antequam tempestas ingruat,
perposita vasis ferri lamina cum sale, aut silicibus.
ulmen enim cum durissimis conflictatur, in eaque
ptissime vim suam exserit. Nam rara & tenera in-
cta relinquit, quod per ea transitus pateat, nec illis
hærescat: eoque fieri videmus, vt quercus atque
ex durissimæ celsissimæque arbores fulminis iniu-
æ maxime sint expositæ, cum Laurus quæ illi cedit,
ec renititur, intacta conspiciatur. Sic experimento
otius, quam ratione comprobatum est Phocæ seu
ituli marini tegmen, ob id opinor quod contextu
aro sit, minusque solido, fulmine inuictum esse, si-
militer & Aquilam eiusque exuuias. Ceterum hoc
mnium scire interest, ac meminisse expedit, vt vale-
udini consulant, alimenta fulmine vitiata, noxia
esse, ac pernitiosa adeo, vt ne canes quidem contacta
degustent, inest enim illi vis pestifera, ex qua spiritus
euenatus in contacta diffunditur, eoq. fit vt à ful-
mine adustis teterrimus odor emanet, quod in ari-
tis confricatis percipimus, quæ tactu fulminis ro-
bigine vitiata sulphureum odorem narib. effundunt.

Tonitru & fulmen liquores vitiant.

Ferrum qua ratione fulmen à liquoribus arceat.

Phoca. Zeehont.

Robigo Brandt *vulgo.*

Atqui cum indicauimus quid efficiant tempesta
hæ naturales, & quid damni rebus inferant: restat
quibus ea restaurari possint, ac pristino vigori re
tui commonstremus, quod ipsum non facile effec
ris, nisi liquorem in aliud dolium transfundas, qu
tamen prius defricari debet, deinde decocto folio
satureiæ, thymbræ, lauri iuglandis; myrti cum hort
sis, tum syluestris, quæ *Gagel* Brabantis dicitur, fœ
culi, baccarum Iuniperi, Orminij quæ triuiali vo
Gallitricum dicitur, vulgo *Scerley* macerari, exsicc
toq; dolio recondi, postmodum vbi in vsum depr
mi continget, calorem, odoremq; ac saporem ex

Vt vitiati liquores instaurentur.

bebit grauissimum. Ceruisiam quoque vbi a genui
sapore degenerauit, aut vbi languescit, medicatis
doratisque rebus restituimus, ac saporis gratiam co
ciliamus: nempe Iridis radice, Zinzibere, nuce myr
stica, seu muscata, garyophyllis, lauri baccis, eiusqu
aridis foliis, Calamo odorato, origano, beta. Cum

Brassica vinũ corrumpit, beta instaurat.

nim Brassica vulgo Caulis, vini naturam corrumpa
tum Beta restaurat, quod nitrosa facultate prædi
sit, qua efficit ne vinum in mellis lentorem dens
scat ac cogatur, quod ipsum & Erucæ semen præsta
sed non sine graui valetudinis dispendio: neruos s
quidem vi caustica atque adurenti afficit, morbosqu
articulares inducit, vt resinata quædam vina, atqu

Quibus vina condiri soleant.

exoticis quibusdam rebus condita. Nostri enim cau
pones sulphure cados suffiunt atq; aquam marinam
melle coctam infundunt, non desunt qui lac bubulũ
illi immisceant: alii calcem, arenam, tritosq. lapides
candidos ex Bentimargo in has oras aductos doliis
insternunt, adiectis aliquot salis manipulis, aut sex
septemve ouis, quibus omnia vitia vini emendari so-
lent, ac sapor & color in pristinum vigorem restitui,
quorum nonnulla tametsi minus noxia sunt, semper
tamen factitia natiuis ac genuinis deterioraminus-
que salubria existunt.

Tom-

mpestatis ex marina aqua contactu præsagia, tum quid portendant hyberna tonitrua. CAP. XLIX.

OBseruaui sæpius scapha in vlteriora littora deuectus, manu salo immersa, aquas marinas prorsus elidas ac tepore imbutas. quod ipsum tempestates te triduum imminere portẽdit, ventosq. impetuos, ac fluctus validos. Cum enim in alto remotoque ari, vnde ad nos æstus deuehitur, tempestas incuit, aqua marina concussa atq; agitata feruescit, vt e manus complosa, calore perfunditur, mox ad nos rbines ac tempestates deuoluuntur, fluctusque in mmam altitudinem intumescunt. Sic ineunte vere mpestates austrinæ herbas & gramina eliciunt conssu & agitatione aëris concalefacta. Similiter si ando hybernis mensibus tonitru ingruit, ac cœlũ lmine coruscat, crebrisq; ignib. æthera micat: subquuturam tempestatem ventosq; Typhonicos exituros, ac sæuissimos in Oceano æstus indicat. Cum im præter temporis rationem contraque naturæ dinem excitatur aëris illa intemperies, necesse est lidam subesse causam, quæ illos turbines commoat: nunquam enim tale quiddam obseruaui, quin stridie horrẽdæ tempestates sint extortæ magnaq; uarum eluuies. Fulmen enim & tonitru æstati failiaria sunt, quemadmodũ & ardentes febres, quæ hyberno tempore inuadant ac conciteniur, ex vementi id fieri caussa oportet, quam prohibere ac primere temporis contrarietas non potuit. Quo ectat illud Hippocratis: Minus periculose ægrotant quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel mpori familiaris morbus est, quam quibus horum lli affinis cognatusque exsistit.

Hyberna tonitrua tempestates præsagiunt.

Lib. 2.

ueros rebus pulcris affici, ac rugosas deformesq; anus exhorrescere, quocirca cum annosis fœminis in eodem lecto non collocandos, multo minus si pedibus ex aduerso illis sint constituti. CAP. L.

Nemo non afficitur rerum amœnitate.

NEmo non mortalium rebus pulcris blandisq[illegible] ducitur, sed præ cæteris tenella ætas atque imp[illegible]beres, qui cum viuidi sint ac gesticulosi, ignem, fac[illegible]las, funalia, scintillas, ac flaminantia quæque au[illegible]spectant, omniaque verborum lenocinia, & quæ an[illegible]mum demulcent, spiritusque erectiores faciunt, c[illegible]ptant. Quo fit vt pueri nulla re melius conticesca[illegible] quamlibet implacabiles, quam cantilenis, aut cum[illegible] lucentia quæq; oculis admoueas, quod efficit igne[illegible] vigor, atque aërea lucidaque substantia, quo fit, vt t[illegible]nebras exhorrescant, aspectuque tetra ac torua aue[illegible]sentur.

Pueri deformes anus fugiunt.

Sic vbi matrona aliqua verrucosa, vel rugo[illegible] anus infantes vlnis gestant, gremioque fouent, ad pr[illegible]mum statim intuitum plorabundi resiliunt, at si qu[illegible] forte elegantiori forma, beneque culta adstiterit, [illegible] se inclinant, illamque exporrectis brachiis ambiun[illegible] Quamobrem incõsulte faciunt, qui tetricas aut m[illegible]rosas nutrices conducunt, aut aniculis alendos com[illegible]mittunt infantes, quæ mansum in os tenerum in[illegible]rant.

Anicularis halitus pueris noxius.

Cum enim halitu graui fere sint ac viroso hi[illegible]cumque oleant, fit vt quidquid ex huiusmodi corp[illegible]ribus emanat, ad se eliciant, eoque afficiatur vt col[illegible]re giluo exsistant, ac mustelino, multaque vitia ex i[illegible]larum accubitu contrahant, præsertim si in decliui[illegible]ri spondæ parte reclinentur, illisque ex aduerso si[illegible] constituti.

Qui fiat, vt tenella ætas, prægnantes, sacrifici, quiq; solitaria[illegible] vitam agunt, ac sedentarii sunt, primo omnium morbis p[illegible]pularibus ac peste corripiantur.

CAP. LI.

Qui morbis contagiosis primum succumbunt.

ILlos comperio morbis cõtagiosis, quales autumn[illegible] æstiuisque mensibus grassari solent, cit[illegible] corrip[illegible] ac succumbere, qui tenuioris sunt ætat[illegible] [illegible]lidæ; humidoq; corporis habitu exsist[illegible] [illegible] neris sunt impuberes ac sexus mu[illegible] [illegible] somnoq; dediti excremẽtorum co[illegible] [illegible]

H[illegible]

ſi ſiquidem promtius periculis ſunt expoſiti, mor- *Simile à ſpeculo ſumtum.*
orumq. contagia celerius concipiunt. Vt enim per
olitum terſumq. ſpeculum, aut nitida quæq. citiſſi-
ne denſo halitu ac fuligine offuſcantur: vt denique
gnis leuiſſimas ſtipulas, atque arida nutrimenta con-
eſtim corripit, cum ſolida ſerius inardeſcant: Sic te-
iera corpuſcula ingruente primum populari mor-
o, vt minus armati munitiq. milites in bello, confi- *Simile à militibus non munitis armis.*
iuntur; ꝓxime mulieres geſtantes vterum nō facile
bſiſtere atque obluctari poſſunt, quandoquidē ægre
nternum onus ferre ſuſtinent, ac iam iam defecturæ
ideantur: quo fit vt inuadente vel leuiſſimo aliquo
norbo, nedum peſtis ſæuitia labaſcant. Sacrifici vero
moniales quoniam otio ſomnoq. dediti ſunt, nec
lla exercitia, laboreſq. ſubeant, ægre aduerſus hos
norbos ſubſiſtunt. Baiuli autem & vectores, ceteriq.
lebeii, ac vulgus promiſcuū, quod in omni vitæ vi-
tuſque ratione delinquant ac ſordide viuant, ab
iuiuſmodi quoq. morbis nō ſunt immunes, tametſi
orum nonnihil ob indurata laboribus corpora ſeri-
s iis malis tententur. Ceterum cum pueri in acutis
norbis inſitū nō perferant, tum in mitioribus, aut
bi lenta ægritudine contabeſcunt, non minus diu
quam adulti cum morbis luctantur: infantes ſiqui-
lem ea habent poteſtate, quæ prouectiores actu. Inſi-
a eſt enim huic ætati vis quædam, vitaque ac vigor
quæ in multos annos ſunt propaganda. Hinc Augu- *De Ciuit. Dei cap. 14.*
ſtinus: Pueri, inquit, habent perfectionis modū, ita
t cum illa & concipiantur ac naſcantur, verum in
atione ac poteſtate, non in mole. Omnia n. mem-
bra inſunt ſemini, quæ ſenſim emergunt, ac decus
uſtamq. longitudinem conſequuntur. Ita ætatis de-
curſu exerit ſe atque elucet vis rationis, ceteraq; na-
turæ munia perfici incipiunt. Hinc noſtrates dictita-
re ſolent, vbi impuberes laudant ac ſpe lactant: Sub-
eſt huic puero virile robur, *Daer ſteckt een man in.*

Varia naturæ documenta, rerumq; diuersarum non incontin congeries, quæ cũ grata breuitate tractare institui, vno ve fasce complecti visum est. CAP. LII.

Liquor stillatitius quem ex herbis virentibus eli mus, nunquam putrescit, quod excocta sit om terrena concretio, illiq; insit aërea quædã substanti quo fit vt nullam decoctionem perferat. Si enim ig admota feruescat, omni sua vi & facultate destit tur: siquidem cum pura sit & defœcata, non habet adimi illi possit, eoq; fit, vt citius putrescat, ac muc re obducatur, quã putealis decocta. Sic cereuisia c cta ex puteali, stagnanteque aqua, licet turbida sit inquinata, sapidior est, minusq; acessit, quam ex c lesti & clara confecta. Turbulenta siquidem si qu habet vitii, excoquitur ac meliorescit. Memorab est, quod Hermolaus Barbarus ait, aquam septies p trefactam, purgatamq; nõ putrescere amplius. Qu niam, vt opinor, exinanita est, atque exemta terrest omnis substantia, prorsusque defœcata ab omnib sordibus quæ illi putredinis caussa exstitit. Sic obse uaui Zythi hoc genus, quod plebes *Iopenbier* vocan certo anni tempore acescere, ac postliminio pristi vigori restitui, quod ipsum in vino exsotico euen Bastardo & Nigro Hispanico, quod mantilia manu que inficit, ac lintea quæque saturato rubore imbui vt cerasa Actiana, quæ vulgo *Morellen* appellantur.

In Coroll. Dioscor.

Duo sunt liquores humanis corporibus non min grati, quam salubres intus Vini, foris Olei: quorum vsus si moderatus sit, inculpata valetudine homin efficit, tum cruda viridique senecta. Vt autem ocre duriores ac coria quæ rigescunt, situq; sunt obduct oleo macerata mollescunt, ita corpora hominum, potissime senũ vino perfusa, mitiora fiunt, minusqu rigida ac tetrica. Olea vero atq; vnctiones quanqua apud plerasque gentes propemodum in dissuetudin venerint, [illegible]

Vinum. Oleum.

Simile ab in-uncto corio.

[illegible]

num corporib. ſalubriter adhibentur; his enim ea
nſa præſtamus, ne externo ventorum impulſu fe-
ntur ac ſuccumbant, vel laxa efficimus ne interna
morum fuligine ſtrangulentur. Quin & cutis oleo
buta venena reſpuit, adeo ſi quis cutem admotis
uteriis erodente medicamento exulcerare pergat,
amq; oleo perungat, fruſtrabitur, operamq; luſe-
; non n. adhæreſcunt quæ applicantur, nec pene-
ant. Intus quoq. aſſumtum virus acrimoniam re-
ndit atq; hebetat, venaſq; ſubire prohibet, ac con-
ſtim vomitu id exturbat. Oleum vino vel alterius
neris liquori ſuperinfuſum præſeruat, ne vel va-
ſcat, vel corrũpatur. Siquidem aërẽ arcet, omneſq;
litus excludit, quæ putredinem inferre poſſint.

Oleum venena retundit.

Oleum cuiuis liquori superinfuſum putredinem arcet.

Succinum feſtucas atq. arida quæq. allicit: at oleo
lita intacta relinquit, qua ratione Ocinum quoq.
lgo baſilicon repellit. Sic magnes allio perunctus
rrum reſpuit, quod pingue quiddã allio inſit, quo
s eius retunditur, ac minus adhæreſcit.

Ambra.

Cucumeres & cucurbitæ cum humore turgeſcãt,
q. alantur, oleum ita auerſantur ac diffugiunt, vt
li admotæ reſiliant ac ſeſe cõtrahant. Omnes enim
irpes oleo affuſo putreſcunt.

Cucumeres aquam appetunt oleũ reſpuunt.

Vitis ſi ſterileſcat, ac præter pampinos, ſtoloneſq;
ſarmenta nihil proferat, lotio acri ac vetuſto per-
ſã, fœcunda efficitur: cum enim redundantiori hu-
ore ſtranguletur, excitato calore abſumtaque ex-
rementitia humiditate in ſpecioſos vbereſque fru-
us protuberat, quod ipſum etiam fit fæce vini ra-
ici affuſa. Male autem noſtrates vitis fœcunditati
onſulunt, qui ſcrobe facta fuliginem ex fumario
eraſam circa radicẽ obruunt: tametſi enim aliquid
inguedinis illi ineſſe videatur, feruida tamen vren-
iq. virtute perniciem vineæ effert, eamque areſcere
acit, vi corrodenti.

Vitis vt fœcunda efficiatur.

Fuligo ſaxis noxia.

Orminum, Centrum galli officinis dicitur, cuius

Gallitricum, Scherley.

ſemen feſtucas, ac puluiſculos, aliaque oculis infe[...] quæ foris incidunt, eximit vi attractoria. Siquide[...] illud oculo admotum per ambitum illius quaqu[...] uerſum voluitur, aſſumtoque humore, ac diſcuſ[...] caligine, turgidum egreditur, ac velut tenui mem[...] brana obductum. Ipſa vero herba contraria aculeo[...] ſpinaſq. extrahit, ac morantes difficileſq. partus a[...] celerat: Vino iniecta mentem exhilarat, animiq[...] nebulas diſcutit, ac Venerem ſtimulat: liberalius t[...] men aſſumta odoris grauitate caput tentat: Scabr[...] rugoſaſq; manus molliculas præſtant ac leniunt A[...] theæ maluæq; decoctum: illis autem efficacius fœn[...] græci, linique ſemen, quod miti eſt oleagine imbu[...] tum. Conficiuntur autem apud nos contuſo lini ſe[...] mine expreſſoq; oleo fraces formaq; quadrangula[...] liba quædam ſaginando pecori accommoda, quoru[...] ſi fragmentum aqua cœleſti maceres, manuſque ill[...] abluas, pruriginoſæ cutis vitia emendari percipies[...] membraque nitida ac perpolita effici. Frontem quo[...] que atque vbera flaccida, rugiſque deformata expo[...] lit lini fæx aut amurca, addito gummi Arabici ac tra[...] gacanthæ, maſtichesque momento, ac Caphuræ pe[...] puſillo, quod oculis quoq; rubicundis, ac palpebri[...] lippitudine arida vitiatis, atque hiantibus decorem[...] aſpectuſq. venuſtatem conciliat.

Vt manus lenore perpolian-tur.

Vt frons & v-bera rugis de-formata nite-ſcant.

Viſum eſt nonnullis prodigii quiddam ſimile æ[...] grotos membris eſſe calidiſſimis totoque corpore v[...] ri, nec tamen vlla ſiti premi, cum id eueniat eo, quod calor ſe diffundat, nec cordi vlliq. parti principi in-hæreſcat. Quo fit, vt erumpente ſudore, cordeque perſpirato, ac diſcuſſo calore fumido qui interna vi-ſcera occupabat, ſiticuloſi eſſe deſinant: econtra qui-bus calor in extimam cutem non erumpit, ſed intus deliteſcit, intoleranda ſiti cruciantur, etiamſi foris nulla ſe caloris indicia proferant, quæ febres omni-um pernitioſiſſimæ.

Cur quidam febricitantes non ſitiant.

Albu-

Albumen oui conquassatum, calcique viuæ ad-mixtum vitri fragmenta ferruminat, ac testacea æque ita glutinat, vt dissolui nequeant propter atorem ac tenacitatem glutinosam. Cum enim x cuiuis liquori admixta in lapidem indurescat, n maxime albo oui confusa, quod muscosum est coque assimile. *Ferruminare. Souderen.*

Qui horrorum cultui deditus est, atq; vberem ex gulis stirpibus prouentum consequi volet, obser-re eum decet, q̃ inter se consentiant, quæq. discor-nt. Siquidẽ herba altera alterius incremento offi-t. Sic vitis si in brassicæ confinio consita sit, vel lan-escit vel emoritur. Cum enim vitis succulenta sit, brassica humoris præauida, omnem succũ allicit, deprædatur. Laurus quoque & hedera viti noxia t, eamq; exarescere facit vi calorifica atq; exsiccan-, ꝙ Pseudonardus, quæ Lauandula dicitur, pluribus rbis infert intensi caloris ratione, vt Raphanus ob rimoniam, quæ vicina quæq; deurit, quo fit vt te-ulentiæ aduersetur, quod vini vim retundat. *Herba alia aliis aduersantur. Laurus viti inimica. Raphanus temulentiæ obsistit.*

Allia prope rosas consita illas odoratiores præstãt, uia alliorum acrimonia ac caliditas insitas illis vi-s excitat atque elicit: quæ enim ex frigiditate lan-uescunt, calore acuuntur. *Alliis rosæ odoratiores euadunt.*

Olea medicina est Ciceri, arcet enim abigitq. eru-as; quæ illud erodunt ac depopulantur, idq; odoris rauitate, quo fit vt bestiolæ illi non innascantur. Cum autem olea amaritudine imbuta sit; brassicam erbasque alias præhumidas marcescere facit, quod plum & Origanum efficit, Ruta & Cyclaminus fa-ultate calida atque exsiccante. Scio equidem multa huius generis perfici occulta insitaq; vi ac totius sub-stantiæ proprietate, sic vt non semper ratio iniri aut ffectus caussa explicari possit, iuuat tamen, ac volu-ptati est Philiatro ac rerum naturalium industrio, sagacique inuestigatori probabiles rationes commi- *Oleæ natura. Ratio multarũ rerum inexplicabilis.*

nisci: quas si prorsus non assequitur, non tamen r manifestis fidem derogat, nec affectus calumniat sed naturam eiusq. opificem admiratione proseq tur. Innumera autem sunt, quorum probabilis ra reddi potest. Verbi caussa, Portulaca dentium stup ri medetur, qui ex acerbis acidisq. cōtractus est, qu niam glutinosa est ac lentore prædita, quo ab aus ris affectos dentes, & quibus deuinciuntur, neru lenit, suaq. viscosa humiditate incommodum farc Caliditas autem atque adstringendi ratione id ipsu facit salis confricatio, aut si paululum casei ouilli ridis dentibus conteratur. Exsiccat enim dentesq stupidos stabiles facit, atque ex frigido humidoq. a acido humore labantes fulcit.

Portulaca dentium stupori medetur.

His qui obesæ naris sunt, & quibus olfactus v vitiatus, vel abolitus est. efficacissime hunc restaur Melanthii semē quod Gith apud Esaiam vertit Hi ronymus, Abrotanum, ruta, & quotquot acris v brantisq. sint odoris. Dilatant enim meatum, hum resq. atque alienos vapores resoluunt ac discutiun Nihil autem, etiam in senibus expertus sum mag præsentaneum, quam Mentham identidem naribu admouere, cuius fragrantiam manifeste percipiun quibus etiam is sensus ad teterrima quæque occal luit, omnisque odorandi facultas ademta est. Rapha nus quæ Antonomatice Radicula dicitur, primi mensis inferri debet. Sic enim edendi auiditaten incitat, ac stomacho minus officit. Quocirca cul pandi sunt nostrates, qui peracta propemodum cœ na aut prandio illam esitant. Sic enim melius perfic concoctionem sibi persuadent, cum ventriculo infe sta sit, nisi aqua saleq. conspersa cibo præmittatur, a lioqui graues halitus fructusq. nidorosos ac suboli dos excitat. Quod si ex ea dissectam particulam vino immerges, confestim fœtorem contrahit ac graueo lentiam.

Olfactus ut restituatur.

Mentha olfactum restituit.

Raphanus.

Ferro

[f]erro rubiginem è veſtigio adimit, illiq. ſplendorẽ [con]ciliat oleum Tartari, quod ipſum etiã lentigines [ma]culat in facie omneſq. puſtulas fœdas, quæ fron[tem] [a]c mentumq. deformant abolet vi abſterſoria. *Tartarus, VVynſteen.*

[C]aphura aquæ cœleſti commixta illã à putredine [vindica]tur ac præſeruat odoris fragrãtia: ſimiliter & myr[rha] atque Agalochum, vulgo lignum aloes. *Caphura vis putredinem à liquoribus arcet.*

[S]uccus quoq. Cyrenaicus, qui vulgo Benzoi vo[cat]ur, Styrax calamites in arcenda à rebus putrilagi[ne] efficaciſſimæ ſunt. Omnes ſiquidem vitiatos ha[litu]s auramq. peſtiferam abigunt, atque ambientem [a]ërem, qui fere putredinis cauſſa exſiſtit, puriorem [re]ddunt, effluxu grato ac ſuaui, qui ex calida ſiccaque [qu]alitate emanat.

[T]ithymali cuius ſeptem numerantur differentiæ, [su]ccus lacteus verrucas delet vi adurenti & cauſtica. [Si]quidem ob intenſam caliditatem ac vim penetran[tia]m, radicem areſcere facit, quo facto mox vt ſcabra [qu]ædam cruſta decidunt. Pari ratione Hermodacty[lu]s ac Sauina in puluerem redacta, atque oxymeliti [Sc]illiticæ, vel ſucco Calendulæ commiſta clauos cal[lo]ſq. abolent etiam in partibus pudendis, cum à fœ[da] concubitu contracti ſunt. *Tithymali vires. Verrucæ vt aboleantur & claui.*

Æſtiuis menſibus ne vinum in congiis cito vape[re]t, aut calore perfundatur, ſed inter propinandum [fr]igeſcat, in labro aqua gelida oppleto collocentur [ur]cei, aut capaciora pocula: deinde Sal nitrum, vulgo [Sa]lpeeter, inſternatur: tanta frigiditate vinum imbui [c]ontinget, vt eam vix dentes tolerent. Huius autem [q]ualitas illum in bombardis ſtrepidum efficit; nullo [a]utem ſonitu, nec tam valide explodi glandem con[ti]nget ſi is eximatur. *Vinum quo minus vapeſtat. Nitrum liquori frigiditatem inducit.*

Si quis dilutius bibere inſtituit ac conſultũ exiſti[m]at vinum plus ſatis meracum infuſa aqua mitigan[d]um, non id inter edendum moliri debet, ſed ſeſqui[h]ora antequam ſit accubiturus. Sic enim coaleſcunt *Quomodo vinũ diluendum.*

inter se liquores, nec repugnanti qualitate conc-ctioni resistunt. Vulgari siquidem more diluta, te-tant caput, ac rugitus flatusq; excitant. Acerba qu-que vina ac subaustera dulcibus non commiscend-nec rubrum candido. Negotium enim facescunt ve-triculo diuersarum qualitatum alimenta, cum alit-properantius, aliud tardius in habitum corporis r-piatur. Quopropter hunc delectum habendum su-deo, vt in prandio album assumatur, in cœna ve-rubrum. Album siquidem prompte delabitur, ac v-nas meatusq; vrinarios peruios efficit, ac dilatat: ru-brum vero modo generosum sit plus alit, sed adstr-ctionis est particeps. Quod si in eadē mensa vtrum-ꝓpinetur, semper album rubro p̄mittatur. Cum au-tem diluendi vini rationem nō penitus negligendā-censeā, tum illud Plutarchi mihi semper arrisit: Vi-num in tempore modice bibendum potius, quam a-qua diluendum: deperit enim infusa aqua.

Plutarchi sententia de vino diluendo.

Castaneæ qui seruentur.

Castaneas si quis volet conseruare intactas, nuce-basilicas ex iuglande collectas inspergat. Omnem si-quidem vliginem atque humorem excrementitium-qui cariosas eas efficit atq; euanidas, absorbēt, situq-obduci prohibent. Est enim eius naturæ nux regia-vt exsiccet, humoremque depascat, vnde salubrite-consiliis, vuulæ omnibusq. guttutis vitiis adhibetur-in quem vsum Diacaryon hoc est, ex nucibus anti-dotum conficitur, ꝙ omnes à capite fluxiones sistit-ac reprimit. Et quoniam venenis resistunt ac vene-nati aëris contagia discutiunt: compositio diatesse-ton, quod ex quatuor rebus conflata sit, à veteribus-excogitata est, quæ recipit nuces binas ac totidem-ficus folia rutæ viginti, aliquot salis grana: quæ con-trita si quis ieiunus sumserit, eo die à venenis mor-bisque contagiosis futurus est immunis.

Diacaryon.

Antidoton contra pestem.

Cæpe natura ab aliis stirpibus diuersa.

Cæpe præter omnium stirpium naturam de-crescente Luna augescit, atque incrementa sumit: crescen-

ſcente minuitur. Ideo fit, quod Luna immodico m humore ſtrangulet: cum enim natura ſucculē- ſit vt omnia bulbacea. ac natiuo ſucco abunde fuſum, Luna creſcens humorem quidem illi ad- et, ſed calorē imminuit; qui potiſſima cauſſa eſt, ncrementa ſtirpes capeſſant. Eadē ratione enor- ter pingues & obeſi ſteriles ſunt, nec progenerant, od calore deſtituti ſunt, qui excrementum ſemi- e fœcundum efficit ac prolificum. Atque hinc eſt od cæpe, aloen acetabulum, croci radicē ſcyllam, trum, compluraque alia natiuo ſucco turgida in nario laquearibus affixa progerminare perſpici- s: cum enim ſucco affatim imbuta ſint, calore tā- n opus habent, vt proſiliant atque ſe proferant. *Pingues ſteri-les.*

Febres, quæ homines edaces efficiunt, diuturnæ e ſolent; itaque mihi ſemper viſum eſt melius ſiti- loſos eſſe febricitātes, quam fameſcere. Illis enim m ex flaua bili febris accendatur, affuſa humoris pia, ſudoreque exſiccato facile miteſcunt: Iſtis qui cibum auidi ſunt, ex humore melancholico, at- e acida, ſalſaque pituita febris excitatur, quibus moribus cum ventriculus perfuſus eſt, præter ra- onem edendi cupiditate ducuntur: quo fit, vt ita af- cti morbum alant fomitemque miniſtrent, ac diu- us cum febri conflictentur. Cum autem tres ſint tuitæ ſpecies, vt Galenus teſtatur; Dulcis, Acida & lſa. Prima ſomnolentos efficit, altera famelicos, rtia ſitibundos. Horum omnium maxime diutur- os morbos parit quæ edaces homines efficit. Quo- rca ſi illos celerius terminari velis, in morbi inſul- cibum ſubducito. *Famelici in-gruente febri.* *De plenoſ.*

Vinum ex ambientis aëris qua- tate aceſcere, æſtiui menſes nobis commonſtrant. uocirca in ſpecus ſubterraneos penitiſſimaque ca recondi debet, atque accurate obturari. Quod ea commoditas deſit, lardi carniſque ſuillæ ſalitæ ſquilibram, aut pro dolii amplitudine maiorem li- *Vinum quomo-do ab acore vin-dicetur.*

no obuolutã dolio immittas, sic vt dũ vinum dep[...]mis, semper id desilire patiaris ad fundum vsq; d[...] vas exhaustum sit: vinum nec degenerabit, nec [...]pescet. Omnia enim quæ illi vitii aliquid essent al[...]tura, in suillam incumbunt. Interim arctissime [...]cludi dolii orificium debet, ne quid aëris subeat, [...] sacculo vel sale oppleto, vel humẽti sabulo mun[...] Sic enim nec vapescet vinum, nec acorem contrah[...]

Vt autem vinum subacidum aut acetum vini[...]turã asciscat porri semine effeceris, aut iniectis pa[...]pinis ac capreolis vitis.

Vinum glutinosum vt instauretur.

Vinum corruptum ac glutinosum lacte bubu[...] modice salito restauratur. Sunt qui calce, sulphu[...] & alumine id moliuntur, q̃ ne homini infesta sint, [...] noxam inferant, Iridis radice & grana iuniperi co[...]miscenda suadeo.

Quo vinum palato arrideat, acceptumq; sit, atq[...] odore coloreque gratum: malum Medicum, seu p[...]mum citriũ caryophyllis vndiq; stipatũ cado infer[...] ita vt vinum attingat, eoq; innatet; nam ex mado[...] computresceret, nullum nec vapidum nec mucidu[...] saporem contrahet, sed palato erit gratissimum.

Ruta venenis obsistit.

Mustela Basilisci hostis.

Ruta herba cum multis morbis accommoda[...] possit, multæq; illam dotes commendent: tum illu[...] admirandam eius vim declarat; quod mustela basil[...]scum præsentissimi veneni serpentem rutæ demo[...]su præmunita conficiat, ex quo conici potest, quan[...] vi polleat contra venena ac morborum contagia.

Itali quomodo anatomiam perficiant.

Medici apud Italos homines facinorosos qu[...] morti addicti sunt, certo anni tempore à præfecti[...] impetrant in dissectionis vsum, & quo rei medic[...] studiosi in re Anatomica exerceri possint. Itaque n[...] vllos humores dissipari contingat, aut crassiores spi[...]ritus euanescere, omniaq. se aperte proferant; Opii

Opii vis.

hoc est, succi nigri papaueris binas ternasve dra[...]chmas ex vino meracissimo mortem commeritis ex[...]hibent

nt, qua potione hausta primum exhilarescere ...piunt, velut risu Sardonio perfusi, mox in somnũ ...remque resoluti, morte sopiuntur: tanta siqui... pernicitate venas ac vitalia corripit, vt dissecto ...um, qui opio potionati sunt, corpore, cordi adhæ... compertum sit.

...num aut cereuisia Soli ventoque exposita si so... acescant, sal contusum cum pipere ac fermento ...acido commixtum celerrime id præstant. Quod si ...perãtius id perfici velis, Chalybis partem, aut la...em semel atq; iterum ignitum in vas cõiicito, aut ...phani radices immergas: confestim acorem con...hent. Mespila quoque, corna immatura, mora vel ...rubo, vel ex arbore lecta, prunella syluestria hinc ...e incisa, cerasa Actiana quæ foris nigro colore per...a sunt, intus sanguinolento, sapore acido liquo... imbuunt, atq; exuberantissimi ruboris colorem ...ciliant. Quod ipsum etiam præstãt anemone flos ...tensis, sambuci ebulique acini & violæ altilis quæ ...yophyllea nobis dicitur, flos spectatissimus. Nam ...pauer illud erraticum agris frumentariis familia..., vermiculanti quidem & coccineo rubore liquo...s inficit: at vsus eius noxius est & pernitiosus, sic ...explodendus sit illorum error, qui in agnita ac do...re laterali huius vel decoctum, vel deniq; stillati...um liquorem exhibent, cum astringentis sit natu... ac narcoticum, hoc est, stuporem inferens nec spu...m promoueat.

Vt vinum aut alius liquor cito acescat.

Morellen.

Papauer erraticum noxium.

... Elephantiasis, quam lepræ nomine passim desi...nant, abominandus fœdusque morbus est, eoque ...tra vrbis pomœria ablegantur, qui illo contami...ati sunt. Et quoniam aliquando cognitu difficilis ...t, constituti sunt apud Belgas Critici ac Censores, ...ui hos explorant. Ego ex lotio experimentum ca...io cui plumbi vsti cineres inspergo: qui si subsidunt, ...que in imum ... [illegible]

Leprosi vt explorentur.

corpori huius morbi contagium. Sin fluitent, at in vrinæ superficiem hæreant, infectum esse sta Indicat enim humorum crassitiem, atq; adustam ruptamq; per corpus vndiq; diffusam melanchol

Argenti viui effectus.

Si quando aurifices in crustandis obducendis auro poculis intenti sunt, argento viuo id perficit quod calenti foco admotum in fumum grauesq; litus euanescit. Quod si protenso velamento fum

Argentum viuum auro afficitur.

excipias, is rursus in argentum viuum coit ac cong batur, quemadmodum fumus ex carbonibus in d sam crassamque fuliginem. Quantopere autē res metallica auro afficiatur, superius à nobis demōst tum est. Id autem admiratione dignum, q ex mor

Aurum ficosis salubre.

Gallico inunctus si aureum annulum ore gestet, dentibus linguaq. hinc inde volutet, argentū viu quod corpori ex vnctione innatat, in annulū deu ui, vt sic totus argēteus eximatur, ac non nisi igni a motus pristino nitori restituatur. Quocirca consu

De argento viuo prodigii quiddā simile.

huiusmodi ceromate delibutis, vt id crebro fac tent: inhæret enim iis magni metalli huius copi adeo vt obseruatū sit, incisa vena aliquot drachm profluxisse: atq; hinc est, quod tales tantisper pall scant, & tremuli exsistant, dum aliqua huius meta portio corpori inhærescit. Quo mirari subit nonnu los scrupuli pondere exhibere puerperis, quo clem tius pariant, ancipiti, dubioque experimento, tu pueris etiam ad vermes enecandos: quanquam no diffitear parum viuumque argentum ceteris esse in nocentius, deinde saliua alioq. liquore exstinctum Siquidem argentum sublimatum ignis vi ex Cha cantho, alumine, arsenico, sale, nitro, & ammoniac extractum pernitiosissimū, cui succedit puluis pcipi tatus rubenti croceoq. colore, quod nonnulli empi rici dimidii scrupuli pondere deuorādum ficosis ex hibent, nō sine faucium ac gingiuarum exulceratio ne, foris autem vulneribus cōtumacibus adhibetur

Aqu

a autem fortis qua aurũ ab argento separant au-
es, æque noxia. Quanquam non verentur sponsæ
rates flauam cæsariem ea moliri, maximo detri-
nto ac pilorum iactura, siquidem arescẽtibus ca-
orum radicibus intempestiuam atq; indecoram
itiem consequuntur, nec vllam spem capillitii:
corroso denti impositum gingiuas exest.




EVINI LEMNII

EDICI ZIRIZÆI, DE NA-turæ dignitate & præstantia

LIBER TERTIVS.

a ratione filii parentum probra atque ignominiam perferre ogantur, iusq; progenitorum scelera atque iniquitates imputentur, adeo vt horum caussa, vel fama, vel rerum fortuitarum iacturam patiantur, aut aliqua in corpore animoque damna ac detrimenta concipiant.

CAPVT I.



Xstat præclara apud Ezechielem concio vel potius seuera atq; obiurgatoria Dei expostulatio cũ iis qui caussam progenitorum in se deriuari queruntur, atq; iniuste posteros plecti parentum nomi-: Quid est, inquit Dominus, quod parabolam verti-in prouerbium passim decantantes: Patres comerunt vuam acerbam, & dentes posteriorum obstuescunt? Viuo ego, inquit Dominus, ni non erit vobis nplius vsus istius prouerbii. Cumque omnes meæ n animæ, tam patris quã filii: anima, quæ peccaue-ipsa morietur. Itaq; Deus sublato hoc prouerbio, nũtiat quemq; in sua iniquitate extinctũ iri, nec-nitorũ scelera, aut vllã ignominiã in posterita- Cap. 18.

tem deriuandam, nisi iisdem vestigiis insistant, dem grassentur via, parentumque æmulentur vi Quisquis enim, vt prolixe toto hoc capite disse contemto desertoq. Deo paternos auitosque m imitando consectatur, atque illorum improbitat ac dedecus exprimit, obiter se rapinis, vsuris, ca mniis, adulteriis, fraudibus, fallaciis, captionib idolorum cultu, fœda libidine, alaisq. sceleribus co taminat ac polluit, nec Dei præceptis nec mon acquiescit, sed salutarem eius doctrinam respuit, dem, qua progenitores, culpa plectitur, iisdem m redditur expositus. Itaque non patitur Deus pare tum peccata imputare filiis, aut vllam posteritat puniri ob maiorum scelera, nisi paria cum illis fa ant, sed vnumquemq. delicti sui reum futurū, vt C priano teste, post edomitam legis duritiē, Euange coruscatione, diuina iustitia non genus, sed perso iudicet. Quod si quis nobis obiiciat peccatum ori nis, quod Adamus nobis inuexit, quo cuiusque me iacturam facit diuini luminis, voluntate etiam à D auersa, facile id dilui potest. Cum n. parens fuerit mnium mortalium, atq. ex hoc traduce vitiata sit h mana natura: hæc labes ac corruptela, naturæq. d prauatio propagatione in omnem posteritatē est di fusa: vt assolet in iis, qui ex morbidis parentibus vitiosis humorib. corruptoq. sanguine sunt progn ti. p omnē siquidem vitæ decursum, hereditariū m lum iis adhærescit. Itaq; illi peccato potissime sunt obnoxii, non aūt alterius generis quorū alia aliis ho minib. peculiaria ac propria, quæ actualia dicuntu adscititia ac consuetudine aut improborū cōmerci accersita, non congenita, insitiua, genuina, naturali quanq̄ magna ex parte ista ex superiore emergant a pullulent. Ita non semper ea vitia, vel etiam virtu tes quæ parentibus insunt, filiis communicantur, au è diuerso. Potest enim pater esse idololatra, deco

Pueri non plectuntur ob scelera parentum.

Peccatum originale quam labem contulit.

Exemplum à vitioso corpore.

Peccata actualia.

Alia aliquando parentum, alia filiorum conditio.

libidinosus, leno aleator: cũ filius frugi sit atque uiuscemodi vitiis alienus. Vt aũt ab Adamo hanc m consequuti sumus, ita eadem nascendi prin- nacti sumus maximo enitentiũ parturientiũq; ore ac cruciatu, eundem non sine trepidatione ,vitæq. interitum. Itaq; eodem nos luto inuoluit s ꝓcreatio, eandemq; aspersit maculam. Nemo ẽ ex tot millibus non eadẽ ꝑpetrasset, si talis fuis- bblata occasio, si Adami loco constitut', iis blan- entis ac pollicitationib. iis illecebris inescari cõ- sset, ita vt in eundem laqueum nemo nostrum nõ disset, non eodẽ hæsisset luto si ratione eadem ac do, eisdẽ artib. ac technis mens nostra cœpta fuis- oppugnari. Quemadmodum aũt præter Reges & ncipes, magistratus ac ciuium præfecti, ꝙ apud gas iam vulgare est, Remp. iuuandi studio ære a- o onerant ac se suosq; ciues ac populares arctissi- obligant, acceptique ratione in annuam debiti tionem obstringunt, etiam eos qui primo quoq. pore nasciruri sunt, adeo vt si serius aut maligne ficiatur solutio, apud exteras nationes detineri sint ac sisti, ita vt nõ sit liberum egredi, aut absque lcta se subducere, nisi aut consignata pecunia aut a fide ac promisso vadimonio factaq; sponsione: simili propemodum ratione Diabolo sumus ob- cti, ac tanquam obærati Adami culpa grauissima nno impliciti, in eum siquidem errorem ac scelus xpiabile illius transgressione sumus deuoluti, vt llus hominũ ex eo eiuctari potuisset, aut se extri- e, nisi clementissimus Pater deuicta ꝑ Iesum Chri- m diaboli tyrannide in libertatem nos asseruisset, leto atq. obliterato expunctóque ꝙ aduersus nos at, vt Paul' ait, chirographo, siquidẽ illud sustulit ẽ dio, quo nos vrgebat hostis, affixũ cruci exspolia- q; principatus ac potestates ostentauit palã, triũ- ans de illis, tanq̃ exutis, deiectis ac debellatis, con-

Omni homini similis introitus & exitus.

Simile ab ære alieno oppressis.

Coloss. 2.

Peccatum originis quomodo obliteratum.

donans ſimul omnia nobis delicta, ſic vt nihil ſ
ticuli, ne in poſterum vlli imputentur priori
commiſſa; modo fide ſtabiles conceptaq. illius
cia toti tã munifico Domino innitantur. Ceter
incepta perſequar, cõtingit aliquo modo filios
tum nomine d. uexari ac detrimẽta concipere,
facultatib. exui, cum in hæreditatẽ male partam
opes fraudib. ac verſutiis conflatas inciderunt,
culte Dei iudicio plerumq. dilabuntur, ac vel i
dio, vel naufragio, vel populatione depereunt.
non patiatur Dominus iniquis parentum rapin
teſcere innoxios, aut diutius huiuſmodi bonis f
aliorum iniuria coaceruata ac congeſta ſunt. S
ratione nonnullos ante diem, ac ꝓperata morte
fici ſuſtinet, cum progenitores illorum nomine
ſatis ſibi blandiantur, nec aliud, quã opes, latifu
honores, dignitates, ambitioſos, fucoſosque ti
meditentur, ad q̃ illi per fas per nefas aditum pa
ciant, nullaq; erecta in Deum cogitatione aut fid
nihil nõ moliuntur, quo ampliſſimo loco poſſint
locari, cum plerũq; Deus præmature illos ex hac
ſtatione ſubducat, nec patiatur diu ſubſiſtere, a
inanes parentum ſpes foueri. Quod ipſum Sapi
hac ſententia teſtificari poſſum; Cum Deo plac
dilectus, viuẽs inter nefarios, translat⁹ eſt, raptu
ne malitia immutaret intellectũ eius, aut fallaci
ciperet animũ illius: propterea properauit illũ
cere de medio iniquitatũ. Quod cum homines v
ant, nõ intelligunt, inquit, huius facti cauſſam, ne
tionẽ inire poſſunt mortis tã ꝓperatæ, atq; accel
ti interitus. Ita nonnunq̃ euenit Dei prouident
berili filio ſublato tota poſteritatis ſpes & exſp
tio, totiusque familiæ columen labaſcat ac cor
Oſeas quoq; nõnullos orbari liberis in ſcelerum
dictam profitetur. Sic n. apud illum Dominus m
tam ſceleratis: Auolabit, vt volucris, g oria illo

Iudicium Domini in illatis cladibus.

Quando proles damna concipiunt ob parentum reatus.

Præmaturus interitus vnde.

Sapient. 4.

Orbitas liberorum à Deo.

Cap. 9.

artu, à ventre, & à conceptu: hoc est, infœcundi e-
ant ac steriles, nec vllos fœtus concipient, aut libe-
os propagabunt, quos si genuerint, eos interimam
tq. ex hominibus subducam. Proferunt se innume- *Sterilitas & orbitas à Deo.*
a, nulla non ætate, huius rei documenta: cum præci-
uos heroes, atq. aulæ proceres spectemus non solum
rbari liberis, sed multum æris alieni contrahere. Quod
utem Dauid orbatus fuerit filio, quem sustulit ex *2. Reg. 10.*
ethsabe Vriæ vxore, magna subest diuini iudicij
atio. Sequitur enim confestim hanc patrati sceleris
ragœdiam grauis vltio ac vindicta, ira diuina non
am in Dauidē, quam in puerum accensa. Siquidem
Deus puerum morbo deplorato afflixit quo septimo
die, vt acutis morbis assolet, exstinctus est. Non e-
nim passa est extare aut superesse illum prouida Dei
ustitia, qui sic prognatus esset: tametsi Dauid, referen-
e scriptura, humi stratus atque effusis lacrymis, vt
Deus pueri miseresceret, precaretur assidue. Cuius
rei historia salubre documentum cuique exhibet, vt *Adulteria cauenda.*
quoadusque humana fragilitas patitur, ab omni im-
pudicitia se contineat, tum maxime ab earum com-
plexu, quæ legitime atque ex Dei institutione matri-
monio coniunctæ sunt. Deinde si quē orbari contin-
gat liberis, ne se vexet, excruciet, dilaceret, nec mœ-
rore, luctu, ac lamentis conficiat. Quæ enim insania, *Non nimium*
se affligere ob hæc, quæ restitui nequeunt, aut in vi- *dolendum orbi-*
tā postliminio reuocari? Quocirca laudem meretur *tate liberorum.*
Dauidis robur, atque affectuum in tam acerbo luctu
moderatio. Sublato enim è viuis puero, cum paulo *Dauid morte*
ante squalore esset obsitus, puluere ac cineribus, gē- *pueri non con-*
tis illius more, obductus, nec ad summum mœrorem *tristatur.*
quid esset reliqui: confestim omnem excussit mœsti-
tiam ac regali splendore accubuit. Quod vero ad re-
liquam tragœdiæ partem attinet, quæ non minus
quam prior, funestum ac luctuosum habuit exitum:
Domin' Dauidis offensus facinore, atroces minas ac

Adulteria non impunita. *2. Reg. 12.*

terrores per Nathan Prophetam illi denuntiat: quo expugnato legitimo thoro pudicæ matronæ exstinctoq; tam fido duce Vria, maledicendi occasionē d dederit qui alieni erant à Dei religione: ac nō solum illius cultoribus insultant, sed in Deum etiam sunt contumeliosi atq; iniurii. Ceterum vt reliquā argu menti partem exsequar: contingit nonnunquā libe ris, parentum culpa aliquam notam infamiæ vel ig nominiæ inferri, aliquod probrum aut dedecus im pingi verbi caussa, si mater adulterio contaminata est, si bibacula atq; ebriosa, vllaq; infamia insignata:

Liberi quando ferre cogantur parentum probra.

in liberos pars mali deuoluitur. Ita si quis ex incestu atque illicito concubitu sit procreatus, aut naturali quidem congressu, sed extra connubii societatem pro seminatus (vnde consuetudo inoleuit, vt tales prole naturales vocentur) huiusmodi conditionis homini bus passim insultant populares, ac conuitiis onerant:

Qui filii naturales. *Procacitas hominum.*

vt est natura mortalium in lacessendo promta, pro cax & temeraria quanquam ista criminatio in homi num deprauatis affectibus magna ex parte consistat: cum nulla penes liberos culpa resideat. Nec enim pu duit Euangelii scriptores in enumeranda Christi ge neratione plerosq; recensere, qui extra coniugii sta tum sunt prognati: quod ipsum studio ac data opera

Homil. 3. in Matth. *Nemo insolescat progenitorum nobilitate.*

factum interpretatur Chrysostomus, ac plerique alii: ne quis intumescat progenitorum dignitate ac præ stantia, nec animum deiiciat, si humiles atque abie ctos sortitus est, aut qui nullis virtutibus enituerunt, modo ipsi ad res præclaras aspirent atque enitantur. Siquidem propria ac genuina virtus quemque nobi litat, non aliena aut adscititia, quæ ex progenitorum primordiis mutuatur. Vt enim ignauum nec parentū, nec patriæ splendor illustrat: ita nec virtute præditū maiorum illaudata vita commaculat:

Metamorph. lib. 13.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Haud ea nostra voco.

Quo spectat illud Satyrici: *Malo*

Malo pater tibi sit Thersites dummodo tu sis *Iuuenal. Satyr. 8.*
Æacidæ similis: Vulcaniaq́ arma capessas,
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.

...e commonstrant veram nobilitatem ac decus non *Nobilitas quæ solida.* ...n proauorum stemmate & imaginibus, q̃ virtute, q̃ ...egritate vitæ, quam morum probitate metiendū: ...niq; non despiciendos vllos quamlibet humili ab...toque loco natos, quantumuis vilibus modicisque ...rentibus ortos, modo frugi sint, atq; ad præclarissi...quæq; sibi aditū patefaciant. Quod ipsum tota il...apud Ezechielē concionis series, atq; enarratæ rei ...plificatio cōmonstrat: qua prolixe sinistra, incon...ta, temeraria, improuida, inconsiderata hominum ...am in Deum iudicia, vellicat ac reprehendit.

...are conualescentibus ac morbo defunctis primum omnium genitalia turgescant. quæque illis natura insita sunt, nempe concumbendi desiderium perficere tentent: ac hac de re salubre consilium atq; admonitio.

CAP. II.

CVm ex morbis conualescunt ægroti, nō confestim vires suas recuperant, aut subito restituuntur: sed ...hibitis alimentis, præscriptaq; salubri diæta sensim ...focillantur ac reuiuiscunt: tametsi enim morb⁹ ex...ssus est, ac sopitus febrilis calor, nonnulla tamē ad...uc inhærent corpori debilitatis deiectæq; valetudi...s vestigia, ita vt nulla propemodū pars probe mu...us suum obeat, suoq; officio perfungatur, vbi ad v...s aliquos accōmodatur: sola membra procreandis ...oeris destinata, partesq. genitales primum vires ac ...obur concipiunt, atque obeūdis perficiendisq. mu...is suis validas se ostendant atq; erectas, tametsi ita ...ōstitutis operam dare Veneri nimis q̃ perniciosum. ...unt autem certa atque indubitata recuperatæ vale...udinis argumenta, nullasque in corpore morborum *Conualescentibus Venus noxia.* ...eliquias inhærere, si quando partes genitales prurire ...c tentigine affici incipiunt, tametsi reliquis mem-

bris flaccidis ad perficiendos hymenæos, thorumq. nuptialem adornandum vi es desint, nec tanto labori sufficiant. Quod ipsum hinc euenire ominor, quoniã obstructione venarum discussa ac patefactis meatib. hepar ac renes aliaq. membra distribuendis alimentis destinata primum oblato cibo pfruuntur: ac præ ceteris instaurantur: quo fit vt vires concipiant, ac spiritu cũ naturali, tum vitali affatim impleãtur, cuius motu atq. agitatione abditæ obscœnæque partes turgescunt ac despumant in libidinem, cum remotissima membra, pedes, brachia, armi, furæ, femora, ceruices, genæ serius alimento ac vitali succo perfundantur. Cum itaq. pudenda membra hepatis munere exquisito ac salubri succo saginentur ac pinguescant: primo omnium conualescunt, ac virile robur concipiunt, sic vt oborta etiam leui tacitaq. cogitatione inguina indecore intumescant, & qua vi imbuta sint, patefaciant. Cuius rei indicia etiam impuberes pferunt, quib. illæ partes, tametsi imbelles sint, & denegata generandi facultas, spiritu tamen distentæ eriguntur, atq. ex decubitu in dorsum rigescunt salubri sanitatis boniq; habitus argumento. Ita licet conualescentibus sint infirmæ fractæq. vires, ac morbo attritę, membra languida, corpus macilentum ac frigosum: pars tamen illa secretiore loco collocata quæ Ciceroni mentula dicitur, primũ recuperatæ valetudinis indicia profert. Eo siquidem præ ceteris alimenta deferuntur, propter vicinitatem, & quod pcipuis membris ea pars connexa est, atq. ex vna venarũ atq. arteriarum neruorumq. propagine producta. Quod si morbo defuncti ac conualescentes, maturius quã par est & quam vires patiantur, se Veneri dedant, exhausto puriore succo ac vitali spiritu, lethaliter affliguntur, omniaq. illis vergunt in deterius. Siquidẽ syncerior puriorq. alimenti pars ac roscid' humor, quibus membra arida atque extenuata mor-

Cur conualescentes in Venerem proni.

Sanitatis indicia in pueris.

Erectio genitalium sanitatis indicium.

Veneris incommoda in valetudinariis.

...e exhausta madescunt atq; irrigantur, absorbe-
...c velut lactis cremor, emungitur: quo fit vt vires
...is nonnihil incrementi accesserat, concidant ac
...trantur. De mulieribus vero alia est ratio, quæ
...ubitu minus, quàm viri delassantur, imo vires ex eo
...ipiunt, ita vt nonnullæ impendio salaces, huius
...aussa aliquando morbū simulent, quo maritos
...mplexus inuitent atque alliciant, adeo vt hinc e-
...um sit apud Belgas prouerbium: Matrona ægrota
...per aliquid exposcit: Mulieri valetudinariæ sem-
...aliquid offerendum: *Men moet den sieken Vroukens*
...*wat bieden.* Quo designant non semper mulsum,
...alimentum delicatum exhibendum nauseabun-
...mulierculis, sed aliud quiddam, quo illis viri ma-
...e gratificari, & qua re potissime affici solent ac
...niri, etiamsi exquisitissimis donariis illas studeas
...hereri: eoque factum est, vt Salomon os vuluæ aut
...ri ostium, velut orci fauces inter ea referat, quæ
...iditate exsistunt insatiabili. Quocirca si optime
...consultum cupiunt, qui matrimonio sunt addicti,
...à morbo sunt eluctati, ac reuiuiscere incipiunt,
...e vxoribus festinanter obiiciant, atq; emulgendos
...ebeant, sed voluptati moderentur potius, ac frænū
...empestiuæ libidini iniiciant: nihil enim ita consti-
...is adimi potest, vt nec arboribus tenellis, quæ trun-
...i putariq. recusant. Nam si redintegrari ac recru-
...scere morbum contingat, ac subita morte confici-
...tur, aut ægerrime conualescunt. Quod si validi ro-
...stique viri inito primum coniugio ægre subsistunt,
...i res Venerea frequentius peragitur, atque vxorum
...bolia, vt Ciceroniano verbo vtar, sæpius frequen-
...nt, quanto magis vacillantis, ac dubiæ valetudinis
...mines deiici contingit, ac debilitari, argumento quod
...orii, h.e. qui coniugi plus satis dediti sunt, atq; illi
...sequuntur, colore conspiciantur mustelino, giluo,
...uxeo, exsangui, plumbeo, membris articulisque fra-

Mulierum salacitas.

Prouerbium populare in fœminas.

Prouerb. 30.

Exemplum à tenellis arboribus.

Venus immodica venustatè depopulatur.

ctis atq. eneruatis: cũ alii quibus cõcubitus perfici moderate, atq; intra mediocritatẽ consistit discu atq; dissipato fuliginoso vapore, colore florido, e stant ac facie roseo rubentiq; pigmento perfusa. quidẽ cuiq. membro sua vis insita ac facultas attri ta, nempe oculis visus, auditus auribus, naribus o ctus & odoratio, linguæ ac palato sapor & gustatus ex sensib. omnib. maxime voluptarius: vesica eiu musculi reddendo lotio, intestina deiiciendis exc mentis inseruiunt: partes genitales progignẽdis lib ris, perficiendoque concubitui sunt destinatæ, ita al membra aliis officiis instructa sunt ac dedicata, qu tũ singulis temperantia moderatioq; adhibenda. quidem oculi obtuitu continuo fatigãtur, ac caligi offunduntur: aures intensiore sonitu obsurdescunt, omnibus fabris ferrariis. Sapor immodico vel ci vel potu aboletur, omniaq. efficiuntur insuauia at insipida, sic vt etiã stomachus alimẽta respuat atqu auersetur. Nares odorãdi facultate præditæ affusa p tuita, ne fragrãtissima quidẽ percipiunt: Partes quo genitales, quibus singula mẽbra inseruiunt. & si for illæ defecerint, aut exhaustæ sint, succẽturiata admi niculantur (nam ex toto corpore humores ac spiritu eo deriuantur, ac confluunt) si immoderata ac ꝓfu libidine defatigentur, non tã ipsæ, q̃ tota moles cor poris flaccescit ac collabitur. Quocirca in cõseruan dis naturæ virib. in roborãdo firmandoq. totius cor poris habitu omnia moderate ac tẽperanter instituã tur, quo quisq. mature ac tẽpestiue, nullaq. molestia senescat ne libidinosa adolescentia animũ morosum ac querulũ, corpꝰ effœtũ ac flaccidũ senectuti tradat.

Cuique parti sua vis insita.

Omne nimium pernitiosum.

Fabri cur surdastri.

Omnia membra suis officiis distincta.

De aura atq; aëris effectu, tum flatuũ ventorumq; nominibus, natura ac viribus in excitandis morbis ac permouendis humoribus, qui agitati menti damna nonnunquam inferunt.

CAP. III.

DVæ sunt res aduentitiæ atq; externæ corporibus

nostris

...ris non minus infestæ quam salubres, quæ & va-...dinem fulciunt. & sanitatem nonnunquam de-...untur: nempe alimenta, atque aër ipse qui nos ...it, ex cuius agitatione & motu ventus emergit ...atus, quibus singulis momentis corpora nostra ...sita sunt, ac manifestam mutationem sustinent: ...cipiuntur autem intra corpus nostrum flatus & ...osi spirit⁹, partim ab externo aëris impulsu, par-...ab esculentis & potulentis, quæ assumta flatus ...unt ac ventrē distendunt, vt sunt fabæ, pisa, cru-...lera, rapæ, radicula: fructus arborei, mustum, zy-...& cereuisia recens ex quibus orti flatus ventri-...negotium facessunt, atq; cum intestinis, tū hy-...hondriis seu præcordiis molesta sunt. Hi vt etiam ...inter edendum spiritus subingredi solent, vbi a-...e & confertim cibum potumq; ingerunt, ructi ...aut emissis postico flatibus discutiuntur. Quod ...utius corpori immorantur atq; inhærescunt, aut ...parti infixi dolores inferant, foris calorifica fo-...nta adhibenda, intus vero quæ discutiendis flati-...sunt idonea: vt sunt cuminum, lauri baccæ, anisi, ...niculi, cari semen, vinum meracum nempe Cre-...um, quod Maluaticum vocant;

Aër & ventus valetudini vel officiunt vel prosunt.

Vnde flatus in corpore.

Auide bibere flatibus corpus distendit.

Quæ flatus discutiunt.

Ex Æneid.

...Is siquidem venti luctantes agmine facto
Qua dato porta ruunt, ac terras turbine perflant.

...Ceterum cum externi flatus magna ex parte no-...sint infesti, effectuq. penetrabili va'etudini offi-...nt, de iis potissime habebitur sermo, Siquidem il-...modo tacite ac latenter in corpus insinuant, mo-...palam ac violenter ingruunt, atq; hominibus, ar-...ntis, pecoribus, satis messiq; tritriceç herbis, arbo-...us infesti sunt, ac damna inferunt. Promanat autē ...que effunditur ventus ac aëre auraque concitata ac ...mmota, quo fit vt modo placidus sit, blandus ac ...auis, modo validus atque impetuosus pro ratione ...ris tranquilli, vel agitati. Sic vt ventus non aliud

Ventorū origo.

Ventus quid.

ſtatui poſſit quam effluxus atq; effuſio cõmoti aëris qui vires & alimenta concipiat ex terræ exhalationi & vaporibus. Vel, vt Vitruuius ait: Ventus eſt aëris fluens vnde incerta atq; inſtabili vi incitata: Quod ipſum cum deſignaret Seruator, Spiritus, inquit, vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde prodeat, & quo ſe proripiat. Sumta ſiquidem ſimilitudine ab externo flatu Nicodemum inſtruit, qua vi & quam arcano effectu Dei ſpiritus hominum mentes afficiat. Vt n. ſpiritus aëreus non cohibetur, nec cõquieſcit vllius arbitrio, ſed inſtabilis eſt & inquietus ſuoque impetu fertur, atq; hinc inde impellitur: ita vt per omnia diffuſus ſonitu effectuque ſe prodat, non viſu, rebus terrenis nunc ſalutaris, nunc exitioſus: ita ſpiritus diuinus tacito atque ineffabili afflatu humanas mentes pulſat, agitat, impellit, rapit, inflãmat, incitat, transformat, atq; homines ex carnalibus ſpirituales efficit. Vt autem mens atq; humanus animus diuino ſpiritu ſubſiſtit ac fouetur: ita corpus hoc ſpirabile, atque animale externo aëre ac ſalubri aura non minus, quam cibo ac potu recreatur. Eſt enim aëris ac ſpiritus, quem hauſtu intra corporis noſtri receſſus concipimus, non minus, quam alimentorum vſus neceſſarius: abſq. iſtis enim aliquouſque ſubſiſtere poteſt humana natura: nam ſeptenis nouenisq. diebus, vt aſſolet, inedia tabeſcentibus, abſq. vero aura circumfuſoq. aëre ac flatibus, ne tantillo quidem momẽto perdurare poterit, quin ſuffocetur. Quo autẽ is purior ſit, ac minus habeat contagii, eo corpori ſalubrior ac magis ſalutaris. Si enim aër contagioſus ſit ac peſtilens, cibo vitioſo ac venenato eſt nocentior: Siquidem cibus vomitu excuti poteſt, ac caloris naturalis beneficio concoqui, ac ſpiritus auraq. peſtifera non facile domari poteſt, aut cõfici: vbi intimos corporis receſſus occupauit: nam confeſtim cor ac ſpiritus vitales inficit opprimitque. Quocirca commu-

Iohan. 30.

Locus Euangelicus explicatur.

Spiritus diuinus aëreo ſpiritui comparatur.

Inedia quando pernitioſa quouſque.

Spiritus vitioſus alimento nocentior.

unis hic aër (qui respirationi subseruit, & cu-
mininiculo spiritum hinc inde reciprocantem
mus atque attrahimus) accurate obseruandus
ec minor habenda ratio, in stabilienda sanitate
rum, qui ab aëre promanant ac diffunduntur,
lum in libero apertoque aëre, cui subinde nos
imus, sed etiã inconstruendis erigendisq. ædi-
onstituendis porticibus, vestibulis, fenestris, o- *Obseruatio in constituendis ianuis.*
mniq; ꝓspectu, per quem in triclinia ac cœna-
xterni flatus se ingerunt, quo salubri aura nos
ant, non offendant graues atque insalubres ha-
Quod cũ Hippoc. in peste quæ totam Asiã de- *Hippoc. in peste consilium.*
labatur, ac Græciã exhausit studiose obseruaret,
a hominũ millia ab illa vindicauit. Marcus quo-
Varro cum Corcyræ esset, in omnibusq. passim *Varronis in peste consilium.*
is ægroti decumberent, inducto fenestris no-
quilone, atque obstructis quæ Austrum admit-
t, ianuaq; permutata, comites ac familiam inco-
s reduxit. Sic apud Belgas maritimos quoniam
æ ciuitates Austro atque Africo sunt oppositæ,
ines plurima anni parte ægrotant. ac pituitæ flu-
ibus sunt obnoxii. Quo spectat illud Victruuii: *Lib. 1. cap. 5.*
sula Lesbo oppidũ est Mytilene magnificenter
catum atque eleganter, sed positũ non pruden-
n qua ciuitate Auster cum flat, homines ægro-
nã is ventus putredinis caussam præbet: cũ Co-
Circio affinis ab occasu solstitiali spirans, vulgo
drvest, homines tussiunt: cum Septentrio atque
ilo restituuntur in salubritatem. Ex quibus li-
lo apparet instabilis ventorum impetus humanis
oribus morbos inferre, ac valetudinẽ deteriorẽ
ere: quos si euitare atq; excludere liceat, minus
bis quemq; tentari cõtingat: aut si forte ex caus-
iqua cõtracti fuerint, vbi flatibus noxiis aditum
cluseris, expeditius senescũt ac consopientur. Ve- *Venti cardinales quatuor.*
s, quoniã quatuor sunt cœli regiones ac limites,

totidem constituerunt ventorum discrimina, qu
eleganti carmine complexus est Ouidius:

Metamorph. lib.1.

Eurus ad auroram Nabathæaq; regna recessit,
Persidaq; & radiis iuga subdita matutinis.
Vesper & occiduo qua littore sole tepescunt,
Proxima sunt zephyro; scythiam septemq; trione
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis, pluuiaq; madescit ab austro.

Alii quibus visum est exactius omnia dimetiri, du
decim dinumerant. Nostra vero ætas nautarum nau
gatione edocta ob vastum ac spatiosum Oceani am
bitum marisque mediterranei longissimos tractu
duos & triginta statuunt, eosque in versoria ac pyx
decula nautica, vulgo *Compas*, exhibitos, continent
intuentur, atq; intempesta nocte etiam, cœloque nu
bilo ac caliginoso, illius vsu & commoditate cursum
dirigunt portusque destinatos assequuntur. Nec es
recens aut nouitium inuentum hæc pyxidecula, cum
Plautus etiam huius meminerit:

Pyxis nautica duos & triginta ventos statuit.

Trinum. Act. 4. Scen.3.

Quin tu quod periit, periisse ducis?
Cape versoriam, recipete ad herum.

Ceterum viris politicis qui à nauigandi consuetu
dine sunt alieni, non tam ventorum numerus, quam
natura effectusq. excutiendi. Quisquis n. ex Hippo-
cratis præscripto valetudini optime consultũ velit,
quadripartitas anni distinctiones (quatuor tempora
nostri vocant) obseruet: deniq; ventos calidos frigi-
dosque, quibus omnes passim sunt expositi. Habent
enim momẽti plurimũ ad tuendam valetudinem, ac
morbos propulsandos ventorum concursus & aëris
constitutio. Siquidem non tam corpora, q̃ animi ho-
minum mutationẽ subeunt pro cœli ac ventorum ra-
tione, ita vt etiam sani aliter affecti sint cœlo nubilo
ac turbulento, aliter sereno ac placido, aliter spirante
Zephyro aut Fauonio, aliter sæuiente Austro vel A-
frico, adeo vt non modo corpora sint agiliora, sed
mentes

De aëre & locis.

Aura & venti corpora immutant.

Animus ab aëris intemperio vitiatur.

es etiam erectiores, expulsaque omni morosi-
magis tractabiles, vbi cœlum suaui vernantique
ac vento placido perfunditur. Ceterum quo
la ad amussim exigantur, ventorum nomina do-
c plebeis vsitata, conditiones, vires, effectusque
r percensebo, quo quisq; declinare possit, quæ
cura videbuntur, atque iis se tuto obiicere, quæ
aria fore sperat atque innoxia. Ab æquinoctiali
ernali exortu, qui perficitur vbi sol arietē subit,
olanus progreditur, *Oost*, Germanis, *Leuante* Ita- *Subsolani venti qui ab ortu progreditur, effectus.*
entus magna ex parte salubris, & qui animi men-
e nebulas discutit, antelucano autem subfrigi-
est, merid e vergenteque in austrum sole tepescit
nguidum calorem concipit, nostrates *Lauoft zeel*
nt, cum corpora non æstu immodico infestan-
sed flaccido calore tepefacta languescunt ac nau-
, Belgæ *wanlustich* vocant: Cornel. Celsus atque *Lib. 1.*
dius Egelidum, cum inquit:

Et gelidum Borean, egelidumq; Notum.

ate autem media, vbi feruescit sol, æstū Subsola-
excitat, ac flauā bilem accendit, ex cuius inflam-
ione febres ardentes pullulant. Hyeme vero pau-
itior est, ac minus quam aquilo asper ac rigidus.
us orientali vento affinis, effectuq; proximus, ad *Euri locus & effectus.*
m versus meridiem nonnihil declinat, sic dictus,
d ab auris procreandis mouendisq; diluculo, or-
rimū sole, moueri incipiat, vulgo *Oost, Zuyd Oost*,
in illo cœli cardine apeliotæ seu Subsolano adsi-
non longo interuallo proximus. Æstiuis autem
sibus feruidus est, vrentesq; febres excitat: & quod *Eurus aliquādo pestis caussa est.*
gica à me sæpius obseruatū est, grassante mor-
liquo populari, vt illo spirante assolet, carbun-
os ac tumores contagiosos in inguine & sub alis
turit, rubentesq; pustulas atq; exanthemata quæ
xtima cute efflorescunt atq; ebulliunt: cum enim
idi caloris sit particeps, admixta scilicet nonnulla

humiditatis portione, aliquam putredinis atqu
Eurus hyeme frigidissimus. flammationis caussam sanguini præbet. Hyberna
ro mensibus intensissimum frigus adfert, quod
rumq; nix subsequi solet, ac rigidissimæ pruinæ,
vt qui huic vento se exponunt, ægre nares, facie
culos, genas, à penetrabili vrentiq. frigore tueri
Vulturni natura. sint: quæ vis & vulturno adscribitur vento viol
ac præferoci, quem in eodem ordine nonnulli co
cant, tametsi paulo ab Euro digrediatur. Proxim
Euronoti effectus & flatus. locum versum meridiē sortitur Euronotus Zay
qui æstate magna ex parte serenus est, tametsi
nunquam non modo aëra, sed etiam mentem neb
ac caligine offundat: cum enim aliquando turbu
tus exsistat, animo melancholiam adfert, sed qua
cile discutitur. Siquidem non acer est aut acerb
Simile à marinis fluctibus vento agitatis. concitandis humoribus, vt plerique alii: Vt autē
rini fluctus ventorum violentia intumescunt atq
attolluntur: ita quoq; in humanis corporibus ea
vi agitantur humores atq; exæstuant, quorū vap
Venti etiam animo intemperiem adferunt. ac fumi sursum delati, mentē inquietam reddun
nimumq; morosum, difficilem, querulū, præfract
durum, intractabilē, adeo vt subsistente illa affec
intemperie, non facile ab huiusmodi hominib. q
quā impetraueris, aut possis obtinere, præsertim
lierculis aut auaris seniculis: qui cum sint suspici
odorantur plerosq; insidiosa quadam ciuilitate al
venari ac captare, quos indignatione quadam rep
sos maledictis onerant, nisi forte tempestiue atqu
tempore quod omnium primum est ac præcipu
Opportunitas captanda. accesserint. Sunt enim qui dextre sua negotia per
unt, ac captata occasione, arreptaque opportunit
Ex Virgil. desumtum Æneid. lib. 4.

Pertentant aditus, & qua mollissima fandi
Tempora quis rebus dexter modus.

Quocirca cum multa sint, quæ naturæ humanæ co
ditionem permutare sunt idonea, tum maxime v
torum concursus auræque instabiles motus, quor

...ulsu non modo corpora, sed spiritus animalis in-
...mmoda percipit, ipsaq; mens intemperie quadam
...itur, adeo vt pro aëris ac flatuum varietate, modo
...ila exsistat ac turbida, modo serena, placida, seda-
...quanquam victus vitæque intemperantia multū
...menti adferat in cōstituendo corporis habitu, fo-
...disque affectibus. Inter ventos autem qui homi-
...us maxime infesti sunt, ac valetudini officiūt, Au- *Auster instabilis.*
...um refero *Zuyd*, natura effectuque calidum ac hu-
...dum. Eo siquidem flante terra madescit imbribus
...que humore affatim perfunditur, quo fit vt corpo-
...promtissime putrescāt, atque humorum corrupte-
... concipiant, catarrhos quoque excitat ac defluxus *Auster quot morbos excitet.*
...fauces, vocalem arteriam ac pulmones, hinc cory-
..., raucedines, tusses, morbi comitiales, vertigines,
...hargus, apoplexia, lippitudines, surditates, aurium
...nitus, multaque alia quæ cumulate spirāte Austro
...ergunt ac scaturiunt. Obseruaui autē sæpius diu- *Austri incommoda in excutiendo partu.*
...rno eius flatu grauidas abortire, ac partum excute
..., obortoque immodico profluuio periclitari. Cum
...im partes corporis, ligamēta nerui, musculi, mem- *Auster biliosis non incommodat.*
...anæ, ansæ, omenta quæ gestando oneri inseruiunt,
...ccescere incipiant, ipsumq. vterū concepto humo
... nimio, lubricum fieri ac sensim dilatari contingat: *Auster pituitosis noxius.*
...eri nequit, vt natura onus perferat, ac legitimū ge
...ationis tēpus assequatur, præsertim vbi post siccita- *Tussis à liquido humore molesta.*
...em ac squalores humida tempestas inciderit, q̄ cum
...ccis ac biliosis corporib. nō incōmoda, tum pituito-
...s atq; humidis, nēpe pueris ac mulieribus, quiq; pa- *Tussis pueros strangulans.*
...ustria atque vliginosa loca incolunt cū primis noxia:
...oq; fit vt infantes atque impuberes implacabili tus-
... infestentur, *Kind hoest* Belgæ vocant, quod singultu
...uodā p̄deat, nullis admissis induciis, aut respirandi
...patio. Cum n. continenter ac laboriose, nullaque in-
...erposita mora tussiunt: irritus tamē est conatus, nec
...uicquam proficiunt, adeo vt intercepto occlusoque

anhelitu, suffocatio immineat, atq; obturatis spiri-
fistulis anima ac spiritus, qui vltro citroq; comme-
ac reciprocatur, postico prodeat erumpatque non si-
ne maximo vitæ discrimine, nisi natibus vtroque ge-
nu arcte compressis illum cohibeas ac reprimas, qu-
spiritus qui inuersó ac præpostero tramite sibi via-
molitur, atq; aliũde erumpere gestit, resiliat, adsue-
tasque spirandi fistulas repetat. Contrahitur autem
hoc tussis genus ex humore tenui ac fluido, qui no-
conglobatur aut concrescit, sed in pulmonis conce-
ptacula effunditur ac diffluit, adeo vt naturæ vis a-
facultas tã liquidum excrementũ nec coarctum au-
concretũ expellere nequeat. Vt enim gutta aquæ au-
alterius liquoris in tabulã aut planitiẽ effusa nõ co-
sed diffunditur ac dissipatur, ita vt primorib. digiti-
prehendi non queat: ita humoris è capite in fauce-
ac vocalẽ arteriã, pulmonumq; fibras delapsus sub-
duci nequit, quanquam natura continenti tussi hum-
excussisse laborat, sed frustra, quoniam ob tenuitat-
contactum subterfugiat atq; elabatur: crassa quoque
pituita, quæ tanquã viscus pulmoni inhæret, non mi-
nus, quam tenuis, homines fatigat, sed nullo stran-
gulandi periculo. Hos itaque morbos ac valetudini-
incõmoda austrini flatus corporibus inferunt, mul-
tisq; aliis causam præbent ac seminarium. Siquidem
liquefactis diffusisque vndique humoribus tumores
articulares, ac dolores podagrici excitantur, quibus
afflictæ singulæ corporis partes ad omnes functiones
ac munia redduntur inidoneæ. Quod vero ad inter-
nas vires atque animi munera attinet, mens flante
austro, languida est, demissa, stupida, deiecta, somni-
culosa, & quæ oscitanter omnia aggrediatur. Hæc
quoque vis in rebus inanimatis se profert ac vires
exerit. Siquidem obseruamus, spirante Noto, in æ-
dibus omnia flaccescere ac madida esse, lintea, lodi-
ces, tegeticulas, stragula, papyrum, membranas, char-
tas

Simile à re liquida & florida.

Auster articulares dolores mouet.

Auster animo grauis.

...ographicas, reliquamq; supellectilem: paludes ...ue ac stagna, amnes, flumina, oceanum, turbida ...ari atque vmbrosa. Spirante autem Aquilone, o... pellucida, clara, splendida, defœcata, ita vt fun... ...it conspicuus, omniaq; in imo se spectanda pro... ...it. Simile quiddã accidit in sanguine & humori... ...quorũ sordes & fæces emergunt austrinis flatib' ...enti caliginẽ inferunt, recũdunt vero se ac subsi... ...t, flante vel Subsolano vel Zephyro, aliisq; ventis ...dis perspirãtibus, hinc maxima in animis homi... alacritas, mentisq; erectio, vbi cœlũ solis splen... nitescit: maxima contractio, animiq; mœror & ...ctio, si quando aura caliginosa est ac nubila, ven... turbulẽti sæuiunt. Simili ratione imminentibus ...iis, spirãteq; vel Noto, vel Africo, cloacæ, stagna, ...des, foricæ, latrinæ, aliaque loca proluendis sor... ...s destinata, graues halitus effundunt, atq; esculẽ... ...æque vitiant, ita vt minus diu asseruari possint. ...enti collaterales atq. intermedii, qui à meridie nihil declinant, ac versus occasum hybernũ pau... ...m deflectunt, pares cum Austro & Africo vires ...nent, inter quos refertur Libonotos atq. Austro... ...us *Zuyd, Zuydwest*, ab illa enim cœli plaga pro... ventus turbidus ac nimbosus non minus corpo... ...uam animo mentique infestus: habent enim eam flatus impetuosi, vt humores in imis visceribus, ...t sentinam in nauibus commoueant: quorum ...is & vaporibus agitata mens, intemperies conci... affectibus commouetur, incandescit, tumultua... inquieta est, ac non secus, quam Oceanus æstuat ...eruescit, ita vt spiritus quoq; aërei ac mali Genii ...uando se tempestatibus ingerant, ac faces mini... ...nt, mentique humanæ se tacite ac latenter insi... ...ent, eamque vexent, lacerent, exagitent. Vulgare autem apud Belgas plerosq; emotæ mentis, & qui ...s sensus diminuti sunt, aut spiritus animalis vitio...

Auster omnia obnubilat.

Aquilo serenat.

Aër serenus mentem exhilarat.

Noto spirante paludes olida.

Libonoti & Austroafrici natura.

Genii mali ad inferenda damna presto.

Mens quibus vacillat ab nõre sito offendãtur.

sa aliqua qualitate imbutus triduo etiam antequa tempestates ac venti ingruant, tumultuari omne vicos, compita, plateas, angiportus circumire ac co cursare modo silentes ac taciturnos, modo clamo atq; obstrepentes ita vt vulgus dictitare soleat. Su orituram aëris intemperiem, atque, vt fere asso imminere tempestates, imbres, procellas, turbine Econtra vbi sudum est cœlum ac tranquillum, ve tisque placidum exsistit; omnibus se comes præbet blandos, suaues, affabiles, festiuos, lepidos, sic tam vt ridiculos subinde mores ac facetos exprimere desinant, ex quibus facile coniecturam feceris, q sint corporis habitu, qua mentis constitutione.

Africi natura. Ceterum inter ventos qui in Austri confinio co stituti, ab occasu hyberno perflant, nullus Afric vulgo *Zuydwest*, impetuosior, aut procellis fœcu diornam tonitrua ac fulmina æstiuis mensibus pr fert, sæuasq; tempestates parit, adeo vt culmina co uellat, sata prosternat, naues in vada ac scopulos ill sas, ad naufragia impellat, æstate tamen, quam hy me minus diuturnus: vt enim subito exoritur, ac fr ribundus est, ita confestim desinit, ac consopitur: *Iapix ventus.* cuit autē huius iras ventus ille, quem Horatius Iap ga vocat, *VVest, Zuydwest*, omniaq; exasperat, & sæui ra efficit qui etiam magna anni parte stationem sua constanter tuetur, expulsisq; aliis ineunte hyeme cō tinenter spirat, maximo nauigantium incommodo æstate autem media magis placidus est, ac minus tu bulentus. Qui vero ab æquinoctiali occasu se prof *Fauonii, natura.* runt, nempe Zephyri ac Fauonii, *VVest.* Italis *Ponente* ineunte vere atque hirundine prima placidi sunt, a mœni, blandi, suaues, quique omnia fouent ac re creant: siquidem moderato Solis calore tepefacti stirpes ac flosculos eliciunt, omniaque redituua præ stant, ac renouant; adeo vt etiam sanguinem ac syn ceros humores, qui hyeme delituerunt, proferunt, discus-

ussaque mœstitia, atque animi nebulis, mentem ritate ac lætitia reficiant. Definente tamen au-no, annique circuitu in hyemem inclinato, venti dentales inclementer sæuiunt, terrasque ac ma-turbulenta tempestate concutiunt, in excitandis morbis frigidis: ac pituitosis non minus quam trini flatus, noxii sunt ac perniciosi. Venti autem cidenti ac Septentrioni confines ac finitimi tres merantur, Corus siue Argestes, *VVest*, *Noordwest*, cius ab occasu solstitiali *Noordwest*, Thracius, *d, noordwest*, venti omnes validi, qui marinos flu-furenter quatiunt, diruptisque ac conuulsis ag-bus Oceanum in continentem longe lateque de-unt: duabus autem anni partibus potissimum vi-t, declinante autumno, atque aduentante vere: sertim mense Martio, quibus temporibus grandi-, nimbos, procellas, fulmina è sublimi deiiciunt: vt vno temporis momento, aut perexiguo saltem ernallo tres illi inter se conglomerati, prorūant, gnaque detrimenta hominibus, satisque inferant. ergunt autem ex iis ac plerisque alii repentini, itique flatus, qui in concitatissima aëris intempe-igneos globos, ardentesque faces eiaculantur, vt ster, Ecnephias, ventusque Typhonicus Paulo A-postolo infestu. Obseruata sunt hæc superioribus se-is, cum aliis, tum maxime Virgilio, qui ea bisce libus complexus est, quæ singulis anni tempori-s non sine insigni clade atque annonæ iactura no-obueniunt:

Cori & eorum qui illi affines sunt, natura.

Actor. 25.

Quid tempestates autumni & sidera dicam?
Atque vbi iam breuiorq; dies, & mollior æstas.
Qui vigilanda viris, vel cum ruit imbriferum ver.
Sæpe ego, cum flauis messorem induceret aruis.
Agricola & fragili iam stringeret ordea culmo.
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis,

Georg. Lib. 3.

Sublime expulſam eruerent, ita turbine nigro,
Et pluuia ingenti ſata læta, hominum labores
Diluunt.

Corporibus quoque quæ non minus, quam culm conuellunt, multos morbos inferunt. Siquidem re & autumno, tum præſertim menſe Martio, art lis, neruis, muſculis, membranis, tendinibus pun ras, rigores, contractiones, palpitationes, laſſitud vlceroſas accumulāt, ita vt ſic affecti, futuræ tem ſtatis prognoſtica edant, & qualis ſit exoritura a intemperies, indubitanter denuntient ac præſagi noſtri *VVeerwys* vocant, hoc eſt, euenturæ tempe tis præſcios, quales fere ſunt valetudinarii, quiqu morbida ac ficoſa cadauera circumferunt: Et qu admodum huiuſmodi venti morbos ac febres, m taque valetudinis detrimenta adferunt, ac ſanitat vitiant: ita ſolo fœcundo ac fertili, excultisque a ad ſementem atque vberem meſſem officiunt. T ſiquidem non minus vento rigido perflata, quar pluuia triſti atque inſuaui madefacta, non ſaluta herbas, ſed lolium, zizania, ſentes, carduos, lapp tribulos, vepres profert, quæ ſata ſtrangulant, niſi dulo exſtirpentur. His proxime adſiſtit ſeptentr nalis *Noordt*, Italis *Tramontano*, nonnullo ad ortur progreſſu, Aparctias *Noord, Noord-Ooſt*, Aquilo ſeu reas ab æſtiuo ac ſolſtitiali ortu medium locum t tur, *Noord-Ooſt*, Cæcias vero *Ooſt, Noord-Ooſt* ab Aqui ne Subſolano ſeu Apeliota ſtipatur. Septentrionar natura effectuq; frigidus & ſiccus exſiſtit, magna parte ſerenus, licet aliquando pluuius, mitigat a Cori & Circii ferociam: vbi enim plus ſatis ſæuit eſt, ac iam propemodum ſunt defeſſi, in ventum ptentrionalem fere deſinunt, ſic vt mox aura mi ſcat, ac tempeſtas ſopiatur: quocirca vnice eo tra ferri cupiunt hos ventos indigenæ; nam ſi verſus a ſtrum ferantur, recrudeſcit intemperies ferocius,

Valetudinarii auræ iniuriis obnoxii.

Aura rigida ſatis noxia.

Septentrionalis venti natura.

ius nouas vires concipit; quo fit vt quotãnis mul-
roſtratæ naues, ac vaſtæ holcades periclitentur,
ue in ipſo ferè portus aditu in breuia & ſyrtes, va-
ue cæca ac latentia illiſæ diſſoluantur, incredibili
cium iactura ac diſpendio. Quocirca ventus Se-
ntrionalis, non ſolũ Coro & Circio ſalubrior, ſed
m ſedatior atq. in concitandis ciendiſq. tempe- *Auſter & Aquilo diuerſa ratione catarrhos mouent.*
ibus mitior: tametſi hybernis aliquando menſi-
rigidus ſit ac violenter ſpiret, quo fit vt catarrhos
itet, pleuritides, atq. anginas, ſed alia, quam Au-
. ratione. Siquidem ſpirante Noto humores lique-
i, ſponte diſſoluuntur, atque è capite in ſubiectas
tes defluunt. Septentrionali vero atq. Aquilonio
u, quoniam conſtringi contingat muſculos ac mẽ-
nas, pituita exprimitur, quemadmodum compli-
is cõpreſſiſq. in pugnum digitis, ex ſpongia aquam *Simile à ſpongiæ compreſſione.*
undimus. Quacunque autem anni parte hi venti
ant, frigore corpora afficiunt, meatus conſtipant,
is contagia diſſipãt, coactoq. intus calore natiuo,
coctioni auxiliantur. Cum autem Auſtrini flatus
ſoluta corporis compage, membriſq. languore ac
erno affectis, homines ſomniculoſos efficiant, o-
antes, flaccidos, veternoſos, nauſeantes, deſides
ue ad obeundas vllas functiones aut exercitatio-
imparatos. Tum Aquilonii, Hippocrate teſte, a *Lib. 3. Aphor.*
es præſtant, viuidos, erectos, alacres, geſticuloſos,
ue ad quiduis aptos, præſertim quibus habitus eſt
midior, iis enim naturæ munera ac functiones
lius perficiuntur, omniaque ſalubrius procedunt,
emadmodum ſiccis aridiſq. corporibus, humidus
li ſtatus ſalutaris: eo enim minus frigore rigent,
t vruntur calore. Cum itaque duo iſti venti Auſter
Aquilo, illiſque vtrinq. affines in tota fere Europa *Auſter & Aquilo præcipui in mouendo acre.*
ciſſitudines anniuerſarias conſtituant, præ ceteris
os obſeruandos cenſeo: nullus enim ventorum per
tum anni circuitum ſpirat conſtantius: ſiquidem

ceſſante ſopitoq; altero alter exoritur, ſuamque
tionem tuetur: tametſi cæteri paulo ante memo
ſuas vices etiam ſortiantur, ſed cui celerius conq
ſcant ac deſinant. Quocirca horum vtriuſq. habe
ratio, non ſolum in tuenda valetudine, profligan
que incommodis, ſed cum iter ingredimur, aut c
terra mariq. nos aëri committimus. Hoc enim l
ga obſeruatione compertum habeo. Aquilonem
ctu exortum non eſſe diuturnum, aut ſtabilem,
triduo in ea ſtatione atque iis excubiis conſiſte
quod, Ariſtotele teſte, etiam Homerus, dum Vly
errores proſequitur, indicauit:

Aquilo quando minus diuturnus.

Tertia lux nunquam nocturno Aquilone laborat:

Quod eo fit, quoniam exhalationes ac materiam
nus copioſam ſit nactus, quibus ſubſiſtere poſſit
diuturniores flatus perficere. Siquidem motus a
agitatio aëris qui ventum efficit, ab eoq; vires &
crementa concipit, debilis eſt, imbecillis, tenuis, e
guus, ita vt vires deſint, quartū adminiculo prog
di poſſet ac ſe diutius proferre efficiq; diuturnu .

Simile ab inſultu febrili.

enim in morbis ac febribus humorum copia ac
dundantia omnia grauiora, magiſque diuturna f
cit, atq; inſultum producit: ita vehemens aëris co
citatio, atq; exhalationum vaporumq; qui è terra
manant, creber denſuſque concurſus ventos exaſp
rant, atque illos cum violentos, tum diuturnos eff
ciunt. Et quemadmodum ignis confeſtim exſtingu

Simile ab ignis fomite ac nutrimento.

tur, vbi arida nutrimenta deſiderantur, ac fomit
deſinunt: ita Aquilo intempeſta nocte, vel ipſo no
ctis crepuſculo exortus, mox euaneſcit, ac ſtatio
nem deſerit: eoque fit vt exercitati naturę non teme
re Aquiloni fidant ad primum intuitum, nec quid
quam aggrediantur, niſi triduanus ſit: cum Auſte
primi diei exortu ſpem fulciat nautis, diuturnum
fore ac ſpiraturum conſtantius: Quod ipſum apud
Italos nauclęri ac nauarchi, qui vulgari idiomate

Pilota

æ & Admiraldi dicuntur, Prouerbio designant, ... πρῶτος, Βορέας τρίτος. *Pilotæ seu nauclerì ventorum obseruatissimi.*

...i sententiæ cum esset addictus Andreas ab Au-...chithalassus, h.e. Cæsarianæ classis apud Genu-... præfectus, Carolo Imperatori eius nominis ...to id obseruandum consuluit. Siquidem cum ...ticam expeditionem meditaretur, ac Cæsar ad ...ũ Aquilonis conspectum, Mauros adoriri tenta-...dmonuit alter non incitandas triremes, nec clas-...mari committendam, nisi Boreas seu ventus A-...nius triduum substitisset Austro vero ingruen-...uestigio, primaq; luce in altum ducendas naues, ...nfestim, nullaq; mora, si omnia adornata sint, ...ue armamentis abunde instructa classis, nauiga-...em instituendam, velaq. exponenda flatibus non ...nmetuendum, ne mox desinat, aut minus futu-...it diuturnus: cum fere nebulis densisq. nubibus ...ur, ac caligine stipatus, diuturnitatis ac constan-...pem præbeat. *Andreas ab Aurea exercitatus nauarchus.* *Andreas ab Aurea quid Caroli Cæsari consuluit.*

...æcias Orientali vento, minimo interuallo à dex-...roximus, minus Aquilone violentus est, aut ...orus, nec frigore tam penetrabili flatuque rigido, ...oli sit vicinior: conuoluit autem ac conglomerat ...es, illasq. conglobatas ad se allicit, quoniã retor-...aliarum nubium vel montium obiectu resistant: ...od it fluminibus atq; omnibus, ipsoq; oceani flu-...æpius obseruaui, in quibus non continuato cur-...obseruatoque alueo fertur ac voluitur fluctus, sed ...inq. circa littoris oras ac ripæ extremitates refle-...ur ic retorquetur, auerso scilicet ac deflexo con-...toq dextrorsum ac sinistrorsum cursu, nec aliam ...ius rei excogitari posse rationem video. Ex huius ...rem venti natura Prouerbiũ manauit in improbos, ...la ad se attrahens, vt Cæcias nubes, vt nunc pas-...n factitant nocturni oppressores, qui cõglobati in-...pesta nocte ædes subruũt, atq; excruciato hospite, *Cæcias cuius naturæ.* *Cæcias quare trahit nubes.* *Prouerbium in improbos.*

adactisq; domesticis ad commonstrandũ thesau
omnia conuasant ac diripiunt: *kreuelaers* nunc pa
appellantur, à violentia q̃ inferunt, ac contorq
dis hominum membris. Ceterum vt ex rebus na
salubre aliquod documentũ eruatur, hoc cuiq;
suasum cupio omnes istos aëris ac naturæ effect
nutu atq; arbitrio summi opificis pendere, eiusq;
perfici. Siquidem ignis grando, nix, pruina, glaci
turbines, ac spiritus procellarum obsequuntur ve
Psal. 48. illius. Ipse enim mittit niuem sicut lanam, nebul
sicut cinerem spargit: qui iacit grandinem frustu
Psal. 77. tim, atq. efficit, vt omnia glacie constrata sint, ta
Psal. 68. planities, adeo vt nemo frigore eorum possit sub
stere: ipse eadem, incitato flatu, liquefacit, ac con
Aggai 1. & 2. stim in pluuiam resoluit. Ipse aufert Eurum, atq;
virtute sua inducit Africum. Ipse dominatur pot
stati maris, motum autem fluctuum eius compesc
ac mitigat. Ipse producit ventum vrẽtem, & are ce
Deus elementis vtitur ad inferenda damna. facit germina terræ. Patitur quidem Deus mundu
hunc, atque vniuersi naturam ferri, voluiq; suo ord
ne ac modo, vt initio constituit, elementa, sidera, O
ceanum, ventorum impetus, veris, æstatis, autumn
hyemis discriminata tempora, sic tamen vt penes e
horum sit potestas & imperium. Siquidem vbi illi vi
sum est, & expedire videtur, quædã in scelerum vin
dictam exasperat ac sæuiora efficit, multasque clade
ac damna horum ministerio hominibus infert, quo
mentes sopore oppressas sopitasq; ac delitiis indor-
mientes excitet; sic enim religionis desertoribus mi-
Leuit. 6. nitatur. Quod si præceptis meis nõ fueritis obsequu-
ti, persequar vos tabe, morbis, ac febribus animique
tædio, ac mœrore: dabo vobis cœlum ferreum, & ter-
ram æneam, ita vt nequicquam ac frustra vires con-
sumentibus, neque terra fruges, neq; arbores fructus
proferãt. Sic apud alios expostulat cum populo suo:
Amos 4. Excitaui vobis ventum vrentem, quo rubigine atque

...ine vos afflixi, veſtrosque hortos, olivueta, vineas, ...a conſumſit bruchus & eruca, nec tamen ad me ... reuerſi, dicit Dominus: Quo euenit, teſte vate a- *Agg.12.* ...t terra rorẽ, pluuias atq; imbres deneget, omnia ... ſata ardore, rubigine, grandine infeſtentur. Quæ ...umento ſunt, ac quemq; erudiunt tempeſtates, ...bos, grandines, tonitrua, fulmina, turbines, ex na-...alium quidem cauſſarum progreſſu exoriri, ſed q̃ ...rudeſcant, atque homines diuexent atrocius, vbi ...s illos caſtigatos ad frugem reuocat: qui vbi reſi-...ente homine factus eſt placatior, ac furor mitiga-...deferbuit, calamitates transfert, immutat, cohi-..., imminuit, omniaque feliciora pollicetur, nempe ...rem annonæ prouentum, agros fœcundos ac fer-...s, tempeſtiuam pluuiam, meſſem copioſam, tritu- *Deut.18.* ...n, vindemiam, greges, armenta, pecora quæ voto ...pondeant, corpus ſalubre, ac vegetũ, vires firmas, ...ultates ac res familiares ſtabiles, animũ vero im-...idum, tranquillum, ſecurum, quietũ, infractum, *Pſal.90.* ...qui fiducia diuinitatis, vnde mentem hauſtam ac ...atam obtinemus, non facile expalleſcat metu, aut ...ore concutiatur.

...pyxide nautica, vulgo Compas, *quam Plautus Verſoriam vocat, cuius obtutu atque obſeruatione naucleris vellificatio perficitur: & qua vi ac ratione continenter Septentrioni obuertatur.*

CAP. IV.

...Vm ventorũ paulo ante habita ſit ratio, eamque ...fuſius explicaſſe viſus ſim: reſtat vt de Verſoria *Verſoria Septentrionis index ex vi magnetis.* ...nnihil proferam: quandoquidẽ nautæ vſu & com...editate nauigationem inſtituunt, ac longa maris ...atia, tractusq; Oceani immenſos, denique locorum ...um ac diſtantiam demetiuntur, & quantum viæ ...ractum ſit, & quid reſtet peragrandum, exactiſſime ...plorant, omniaq; ad hanc pyxideculam, tanquam ...nuſſim, exigunt: quam vim conſequitur ex magne-...s aut lapidis Lydii attritu, qui ſingulari vi pollet in ...trahendo ferro, niſi oleo aut pingui aliqua re ob-

Oleum magneti vim attrahendi eripit.

litus sit, tunc enim id respuit: hic nostratibus *Zeyl*[...] vocatur, quod eo cursum naturæ instituant, ac secu[...] re velificentur. Subest huic pyxideculæ rotula qu[...] dā versatilis, papyracea plana, circinatæ rotundita[...] tenui ab bipartito ferramento suffulta, in cuius cen[...] tro seu medio turricula ænea acuminata (nā ferrum[...] rei effectum eo loco impediret) affixa est, quæ styl[...] aut cuspidi acutissimæ insistit, eoque hinc inde in æ[...] quilibrio, voluitur, atq; vbi conquiescit, pars illa qu[...] filii imagine inscripta est, & in quam ferramentum magnete confricatum desinit stabiliter Septentrio[...] ni obuertitur, polumq; arcticum respectat, quocūq[...] etiam contorto clauo nauis impellitur: producuntur autem in huius rotulæ circulo à centro ad circumferentiam æquali distantia duæ & triginta lineæ, quæ & ventos ac cœli cardines designant, terræq; ac maris spatia portubus distincta cōmonstrant, ac numeratis reuolutis clepsidris, aut, vt nunc vsus est, defluente arena, clepsammis, quantum itineris emensum sit, & quid emetiendum, quantoq; interuallo à loco quo properant, absint, exactissime dinumerant ac metiuntur. Qua autē vi magnes in versoria hæc perficiat, qui ex aduerso Septentrioni se opponit, eamq; cœli partem obtuetur, non facile ratione expediri potest: quamquam multorum ingenia [...] torserit huius rei inuestigatio. Sunt qui in mutuū cōsensum ac concordiam referant, qua alter alteri similitudinis ratione qua pficitur attractio, mirifice afficiatur, sic vt magnes odoretur ferrum in montibus Septentrionalibus, ex quibus erutus est, non secus quā vultures, naturæ sagacitate, cadauera maxima locorum distantia, biduo etiam, vt plerique opinantur, antequam cædes facta sit. Multa autem effici occulta abditaq; facultate, quorum nō facile ratio iniri potest, palam est, ita vt effectum rei conspiciamus, caussam vero ignoremus. Sic rhabarbarum & scammonium

Versoria ex quibus constet, eiusq; descriptio.

Nautæ clepsydris vtuntur.

Magnes qua ratione ferrum alliciat.

Simile à vulturum sagacitate.

flauam

am bilem expurgant: epithymum, polypodion, humorem melancholicum: agaricus pituitam, inum, Gagates lapis; adamas festucas ac paleas it. Argentum viuum auro afficitur, eiq; maritari det. Quam vim etiam herbis inesse spectamus, i- t nonnullæ mutuo complexu ac vicinitate dele- tur, aliæ inter se diffideant, ac contactũ alterius uant. Simili quoque affectu & inclinatione ma- s ista perficit in hac pyxide, ac solariis minutis, bus iter ingressi ad solem horas exploramus, vbi rema ferri pars expolita, non rubigine vitiata: hoc ide confricata est, quæ semper Septentrioni ob- sa polum commonstrant, qui Epibatis, hoc est, s nauticis *Leye* dicitur, quæ vox à deducendo no- n sortita est, vt *Leydesman* ductor & comes itine- cuius adminiculo cursum dirigimus veteribus Cy- sura denominata, atque Vrsa minor, longo vsu & perientia obseruata æquor sulcantibus, quoniam a est, & immota. Vrsa autem maior Elice vocatur, ius Cicero in Academicis meminit, huiusmodi ꝓ- modum verbis: Meas cogitationes dirigo non ad am paruulam Cynosuram, sed ad Elicen & claris- os Septentriones, id est, rationes has latiore spa- non ad tenue elimatas, eoque fit vt errem & vager ius. Quo indicat fusissima se consectari ac laxatis lis diuagari latius: tametsi certior cursus sit, ac mi- s deuius qui inspecta cynosura perficitur: quod i- um Aratus admonuit:

Vnde herbis purgandi efficacia.

Solarium quod Solem commõstrat.

Epibata, ein boorsman.

Cynosura, vulgo Leye, *nautis*.

Lib. 4.

In Phænom.

Hic Iouis altrices Elice, Cynosuraq; fulgent.
Dat Graiis Elice, rursum maioribus astris.
Phœnicas Cynosura regit: sed candida tota
Certior est Cynosura, tamen sulcantibus æquor,
Quippe breuis totam fido sed Cardine vertit.

esumitur autẽ Ciceroni hic loquendi tropus à nau- ru consuetudine, quorũ alii qui exactissime omnia udent dimetiri, oculis in minorẽ Vrsam sunt defixi; lii q minus rigide omnia obseruãt, nec in vllis angu-

Simile Ciceroni à polo desumtum.

Ciceronis locus in Academicis explicatus.

ſtiis ſunt conſtituti, Vrſam maiorem intuentur. I Cicero qui non vult arcta atque adſtricta conſecta[illegible] ſed latos ac ſpatioſos rhetorum campos obambu[illegible] re elicem ſeu maiorem vrſam ſibi, tanquam ſcopu[illegible] defigit, ita enim diuagari licet, ac longius progre[illegible] vt qui nullis certis limitibus concluditur: ſecuri[illegible] vero eſt velificatio & certior, minuſque digreditu[illegible] extra ſtationem nauigium, vbi vrſa minor. (quæ pr[illegible] prie noſtratibus, Polus dicitur, populari voce Le[illegible] hoc eſt, ductor in dirigendo curſu) inſpicitur. No[illegible] vero naucleri præter polum quem non oſcitante[illegible] obſeruant, pyxidem hanc verſatilem continenter i[illegible] tuentur, cuius vſu & commoditate etiam intempeſt[illegible] nocte ac denſiſſimis tenebris, atraque caligine, clau[illegible] affixi nauem dirigunt. An autem hoc inſtrumentum nauticum ſuperioribus ſeculis exſtitit, an noſtro i[illegible] æuo excogitatum, non auſim certo pronuntiare: ho[illegible] tamen mihi perſuadeo, Plautinam illam verſoriam aut eandē eſſe cum hac noſtra, aut illi affinem: quanq[illegible] vt opinor, hæc pyxidecula noſtro iam tempore magis exculta ſit, elimata, expolita, omniaque exactius demonſtret. Cum autem Pœni ad Carthaginenſes nauigandi periti vltra cis mille annos non ſolū maris mediterranei portus ac littora frequentarent, ſed in Oceanum longius progreſſi, inſtructiſſima claſſe totum Mauritaniæ ambitū perluſtrarent: veriſimile non eſt, huius rei vſum illis defuiſſe: ne cōmemorem Tyrios ac Sidonios, apud quos, Ezechiele teſte, maxima olim erat negotiatio ac nauigandi peritia: ac præter hos, Salomonis naucleros qui claſſe per mare rubrū ac ſinum Perſicum de iucta aditus in Indiam patet (Ophir Iudæis appellatā) immenſam auri vim ac ſimias, pauones, elephantos, gemmas adferebant, vt nunc Luſitani factitant, q̄ hunc nauigationis curſum vix anni curriculo perficiunt. Quocirca nō facile cuiquam perſuaderi debet illis temporib. ignorata fuiſſe

Verſoria an recensinuenta.

Carthaginenſes nauigandi periti.

Cap. 17.

Reg. 3. cap. 10.

...e hæc velificandi adminicula: præsertim seculo ...felici, tantisque artificibus industriis, ac solerti... fœcundo. Fieri autem potest: vt ob barbarorum ...rsiones, vastitates, cædes, incendia, populatio... tam salutare instrumentum interciderit, exstin... etiam oppressisq. artificibus: rursus, pacatis re..., ac sopito tumultu bellico, cura atque industria ...ninum (quorum ingenia inuentioni rerum ac...mmoda) postliminio in vsum sit reuocatum. Ita ... desunt qui asserant multa superioribus annis in ... fuisse, quæ nobis nunc noua videntur, ac recens ...ogitata: quod ipsum Salomon constanter asse...rat: Quicquid, inquit, olim fuit, nunc est, & simile ..., quod paulo post futurum: quicquid factum est o..., nunc exsistit, & illo intercedente postmodum re...uabitur. Obiter nihil sub sole nouum, & si quid ...ut nouum ac recens ostendatur, id priscis seculis ...quando exstitit, nec futura est apud posteros me...oria eorum, quæ nunc vigent, quoniam interitura ...nt, ac vetustate exolescent. Sic nonnulla videtur ...m fuisse imprimendi ars, vt quibusdam placet, ex ...tustis picturis, sigillis, annulis, numismatis, in qui...s literarum characteres graphice velut typis ex...essi conspiciuntur: neque enim illi ætati cælatores ...que artifices defuerunt: quanquam, si à veteribus ...le quiddam excogitatum sit, vt nemo debita laude ...audandus, fateri quisq. debeat omnia minus fuisse ...culta, nitida, subtilia, elimata, nec tam spectabili ...terarum varietate exornata atque expolita. Bom...ardas quoq; tormentaq; ænea ac ferrea, tum sclo...etas manuales ceteris habiliores: ac magis tracta...iles, vulgo *Pistoletten oft Sineroren*, quod manu capu... illorum, tanquam clauo, admota, excussisq; è sili... scintillis, in obuios detorqueant, superioribus se...lis exstitisse, nonnulli ex Virgilianis hisce versibus ...ntendunt:

Vidi & crudeles dantem Salamonea pœnas,

Multa in rerū natura exolescunt.

Eccles. 1.

Salomoni nihil nouum.

Ars impressoria an vetusta.

Bombarda an olim fuerint.

Æneid. lib. 6.

Dum flamma Iouis, & sonitus imitatur Olympi
Quatuor hic inuectus equis ac lampada quassans
Per Gratum populos, mediaq; per Elidis vrbem
Ibat ouans, Diuumq; sibi poscebat honores
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum cursu simulabat equorum.

Quanquam omnia ista dubia sint, nec certi quid d iis statui possit, vt quæ forte aliud quiddam designe De versoria vero alia est ratio: cum enim Polus ac Cy nosura, oppositis obiectisq; nubibus atque offusa ca ligine oculis nauigantium se subducat, nec semper si conspicua, ita vt periculum vndique immineat: cert statui potest in tanta olim nauigationis frequentia illi ætati non defuisse hæc velificationis adiument

Lib. 10. c. 14. Philandri opinio de versoria.

Nec me fugit Philandrum editis in Vitruuium com mentariis cum primis eruditis, in ea esse sententia, v credat hanc pyxideculam quæ chalybis ac magnet vi polum, velut indice demonstrat, non ita multis re tro seculis in Campaniæ oppido Amalphis fabricata. Verum ego existimo id instrumentum non inibi, ne eo tempore repertum, aut nostra memoria excogita tum, sed interpolatum. h.e. renouatione quadam in stauratum, illosque artifices effecisse vt exacte atque ad amussim nullaq; sui parte claudicante nutanteq; perpendiculo seu virgula, verticem cœli, h.e. polum qui duplici cardine se pdit, indicaret, quo cursu ma gis secundo atq; optato successu quaquauersum na uis dirigatur, omniaque ex voto atque animi senten tia perficiantur. Quocirca veteribus huius vsum non defuisse, atque illius obseruatione maris spatia con sueuisse dimetiri, Plautus expresse his versibus indi casse visus est, arrepta etiam nauigandi occasione, si quando res poscat celerem profectionem.

In Merc. Scen. 5.

Si huc item properes vt istuc properas, factus rectius.
Huc secundus ventus nunc est, cape modo versoriam.
Hic Fauonius serenus est, istic Auster imbricus.

Hic

Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.
on est quod quis ambigat, veteribus eundẽ fuis-
iusce instrumenti vsum ac commoditatem.
canes agat in rabiem, & quo potissimum anni tempore,
qua ratione iis mederi possis.

CAP. V.

Anes fidi hominum custodes, ac familiares do- *Sub æstu & gelu canes rabiunt.*
mesticiq; excubitores in rabiem aguntur vel sole
ido, ac caniculæ ardoribus, vel hybernis mensi-
gelu infensissimo, quoniam eo anni tempore a-
tq; acerbari atram bilem contingat, ac virus ef-
di, ꝙ aspersione contactuq; exitiale est ac delete-
n: æstate quidẽ perusto ab æstu solis sanguine qui
cepto contagioso spiritu inficitur: hyeme vero ꝙ
guis concretus ac conglobatus, quiq; propemodũ
gulatur ac congelascit: cõputrescat, quoniam cor-
i inclusus non ventiletur: quo fit, vt ab eo grauis
itus & contagio emanet, q spiritus vitales vitiant
ontaminãt. Quocirca huic animanti iis anni tem- *Canes aquam exposcunt.*
ibus semper aqua offerenda, q̃ subinde lambant,
sertim cum per loca æstuosa, vel nimis gelida ex-
a lingua hianteque ore, se viatori itineris comites
ebent, quo sanguis dilui possit atque irrigari, mi-
sq; ardore torreri. Columella, quod & Plinius eius *Lib. 7. cap. 12.*
mine non subricuit, censet catulorum caudas post *Lib. 8. cap. 41.*
m quadragesimũ, quam sunt editi, castrandas, sic
m tutos fieri à rabie: hoc modo: Neruus est qui *Cauda canum truncata non rabiunt.*
r articulos spinæ perrepit vsque ad vltimam caudæ
tem, is mordicus vna cum postremo articulo pre-
nsus (quod etiam nostrates factitare video) ali-
atenus eductus ac protensus abrumpitur, quo fa-
o nec in longitudinem indecorum porrigitur, nec
dum & enorme incrementum capessit, denique
plurimi pastores asserunt, rabies arcetur ab eaque
ti sunt. Alia etiam est cautio ac prouisio, qua ob-
neri potest, ne canis vnquam efficiatur rabiosus,

Canis vt à rabie præseruetur.

Vermis linguæ canis eximitur.

Subeſt linguæ catellorum neruus vermiculi figu
rotunda teretiq; forma, vt etiam capiti humano, e
ius cerebellum deſinit in ſpeciem quandam, tere
ni, qui ligno innaſcitur quam ſimilimam; hic verm
linguæ exemtus canes à rabie tutos præſtat. Non d
ſimilis concretio ouillis pedibus anterioribus ac p
ſterioribus inhæret parte, qua terram calcant, verm
culi ſubrotunda forma, lanuginoſa intus ac crini
congerie, qualis eſt in roſarum ſpongiolis ac calyc
bus, quibus ſemen includitur, molli tenuiq. lanug
ne implicitum; exemi autem tale quiddã ſæpius e
decoctis eius pecudis pedibus, teredini qui vermicu
lanti ac carioſo ligno ineſſe ſolet aut nucibus aue
lanis prorſus affine atque aſſimile. Quod ſi quis au

Ouillis pedibus lanuginoſa concretio ſubeſt.

incuria aut hujus rei ignorantia pedes ouillos ederi
quibus illa concretio nõ ſit exemta, cõfeſtim nauſe
ac ſtomachi dolore afficitur, omnique momento a
ructus àc vomitionẽ incitatur. Perſuaſum autẽ habe
promiſcua multitudo, venenoſum quiddam ſubeſſ
huic concretioni, quod vt nõ auſim certo aſſeuerare
aut iis aſſentiri: ita facile crediderim, capillatã illam
congeriem, piloſamq; lanuginem quæ biſulcis fiſſisq
vngulis inhæret, concoctioni officere ac ventricul
negotium faceſſere. Opiliones autem, paſtoresq; o
uium ea ſunt opinione imbuti, nullũ hoc animant
in curſu fore velocius, omniaq; quadrupedia perni
citate ſuperaturũ, niſi tale quiddam articulis, quibu
ſe fulciunt, ſubeſſet: qua de re quid ſtatui debeat, no
auſim exſerte pronuntiare: hoc tantum teſtatus, ob

Ouium natura in curſu.

ſeruaſſe me has pecudes fugitantes, vbi canes ac lup
prædæ inhiantes, illas inſectantur, celerrimo quidem
curſu ſe ſubducere, ſed nõ longius progredi, ac mox
reſpectantes ſubſiſtere ea, vt opinor, ratione, ꝙ præte
pauidum animũ & meticuloſum, aliquid illas remo
retur pedibꝰ ſubditum, & quod anheloſæ ſint ac pul
monis vitiis obnoxiæ: ꝙ indicat arida tuſſicula, qu
ſub

...de infestātur: quo fit vt longius producere cur-
...nequeant. Vt itaq; huic pecori tale quiddā sub-
...uod illi in cursu morā iniicit: ita sub canina lin-
...ubdelitescit neruosa, atq; vt ita dicam, vermicu-
...qdam congeries, q̄ à vermis specie atque effectu
...rabiem infert, λύσσα dicitur, quę vox & vermem
...biem significat: Vnde ἀλύσσον herba dicta, quod
...em expugnet, ac canum more furiosos ac lym-
...os cohibeat, etiam si ab iis demorsos esse cōtin-
... Quod si catellis sectione id eximatur, nunquam
...atur rabidi, nec quenquam lethali morsu im-
...nt, minimoque latratu sunt infesti inflammatur.
...em huic animanti, atque incenditur sanguis me-
...holicus, aliique circumfusi humores. Caniculæ
...issimum ardoribus, ac concepta ex putredine cō-
...o rabiē furoremq; concitat, adeo vt extumescen-
...ngua ac neruo, qui illi subditus est, os spuma exi-
...i ac contagiosa saliua redundet, quæ etiam conta-
... inficiat. Siquidem cum hoc animal notos igno-
...que indiscriminatim adoriatur, si forte vlli parti
...ma aut saliua adhæserit, etiam citra morsum no-
...n infert ac perniciem: nisi confestim salsugine e-
...tur. Cum autem venenati huius morsus multa
...t excogitata remedia, tum nullum magis præsen-
...eum, quam euestigio dilatare vulnus, ac scarifi-
...a cute, cucurbitulas copiosa flamma affectæ parti
...gere, mox cataplasma adhibere ex porro, cœpe,
...io, eruca, centaurio minori, absinthio, ac butyro
...to, melleque confectum. Vrina quoque impube-
... formenti loco applicata, virus elicit, nec non O-
...ponacum, ruta, sal, ficus, brassica rubenti folio, v-
... cum melle & butyro pistillo subacta, læso mem-
...o admota. Nulla autem ratione incidenda vena,
...pitur enim intempestiuo illo remedio virus in ha-
...tum corporis ac continuo vitalia corripit, humo-
...sque ac spiritus inficit. Quocirca quæ venena-

Lyssa vermiculus sub lingua canis.

Canes quando rabie concitantur.

Saliua canis rabidi noxia.

Remedia ad rabiem canis.

Morsus canis venæ incisionē exigit.

Rabiem quæ expugnent.

tos halitus dissipant ac discutiunt, intra corpus exh benda, nempe Theriaca, mithridation, allium, sco dium, Laser quæ vulgo Magistrantia & Ostrucium d citur, illique affinis Angelica, quæ laserpitio potest te affinis est, radix zeduariæ, ruta, caltha, meliss phyllos, Iridis radix exsiccata, inula, ficus, ligni Ind decoctum, ocymum vulgo basilicum, cunula, hyss pus, tymbra origanum, quorum quodque vi discussi ria pollet, seu diaphoretica, quæ laxatis corporis sp ramentis atque excitato sudore virus dispellit ac de molitur, nec patitur in venas dimanare. Nostrat

Oceani vis in morsu canis.

qui mari finitimi sunt, atque Oceani accolæ demo sos à cane rabioso certatim ad mare rapiunt, etia brutas pecudes, ac septenis vicibus immergunt no superstitione obseruato illo numero, sed vt effica cius virus eluatur: quo & illud consequuntur, vt o

Pauent aquã rabidi.

mnis aquæ metus ὑδροφοβίαν vocant, qua maxi me vigeri solent, prorsus eximatur: nam sic affecti & aquam appetunt, & expauescunt ob mentis alienati onem, & quod ratione destituti sint: quo fit vt nulle rerum delectu ac discrimine salutaria respuant, at que auersentur, appetant autem ac ferantur ad noxia; siquidem si bibent affatim, sanescunt: quo circa, tametsi aquam omniaque liquida exhorre scant, ad potum tamen cogendi sunt, quo virus mi nus ad internas partes properet ac diluatur. Miran

Rabidis potus non denegandus.

dum autem non solum venena intus exhibita le thale vulnus infligere, sed morsus ictusque venena tos quæ foris inferuntur, sensim tacitoque ac latenti progressu vitalia corripere, atque ad cor vitæ fon tem partesque principes aditum sibi patefacere. Sic

Saliua noxa.

saliua eorum qui elephantiasi, hoc est, vulgari lepra infecti sunt, canis deniq; rabidi spuma cuti inspersa penetrabili vi perniciem adfert, nisi confestim abs tergatur, ac locus sale detricetur, adeo vt si partes neruosas, aut per quas arteriæ deriuantur, laniati

mor-

fuque vulnerari cõtingat, vel fœda spumantique ne inquinari, cordi ac cerebro virus communicetur ita vt cor vitiato spiritu vitali, deliquio defectu animi periclitetur: cerebrum propter affectos mos qui ab ipso producuntur, furore atque amentia mentisque alienatione ac rabie corripiatur. Si ve- partes carnosas, quæ sanguine ex venis aluntur, as- contingat, aut morsu infestari, mortiferum virus venarum riuos ad hepar ac cor, reliquaque mem- dimanat, ac quadragesimo die aut paulo serius e, metuque aquæ ac pauore tentantur. Hoc autẽ ninisse expedit, vt dextre ac felici successu affe- huius curatio instituatur, ne temere patiaris vul- coalescere, ac cicatrice obduci, quod etiam in unculis ac bubonibus, aliisque in peste tumori- accurate obseruandum: siquidem si vel scintilla tagii inhæserit, increduescit malum, omniaque ef- ntur sæuiora. Quocirca sinapismo aut puluere cipitato virus eluendũ, id enim vulnus, hiantem- plãgam occludi prohibet, atque efficaciter vene- n emungit. Interim per interualla ac leniter hu- res melancholici expurgandi, quo furor vel pro- eatur, vel mitescat, in quem vsum commode ex to aut decocto exhibentur, Sena, polypodium, e- himum, helleborus, phyllytis, asplenium fuma- buglossu, & præsertim ea confectio, quæ Hamech cribitur, cum syrupo de epithymo ac fumaria, quę æterorum etiam animantium morsibus adhiberi sunt, quorum alii aliis sunt nocentiores.

Virus vt ad interna rapiatur.

Dies quadragesimus rabiei expositus demorsis.

Vulnus non cito obducendum in morsu.

Sinapismi & pulueris præcipitati vis in morsu.

auri natura ac viribus, & quo effectu polleat, si quando in anitatis vsum ac tutelam corpori humano adhibetur.

CAP. VI.

Nter ea quæ hominum cura atque industria è terra visceribus eruuntur, nihil auidius expetit huma- s animus, qui non solidis rebus inhiat, sed fragiles

Homo ca [...] afficitur.

Auri sacra fames. *Pecuniæ vsus & necessitas.* fluxas, incertas, fugaces, caducas persequitur ac consectatur, quam aurum: quo tamen expleri, aut prorsus satiari nequit, etiam si id affatim ac cumulate sit consequutus. Præcipuus autem auri argentiq; vsus in eo consistit (nam Respub. pecuniæ cõmoditate, vti corpus neruis, continetur, eaq; omnis contractus, stipulatio, nundinæ, pacta, conuenta, mercatura, negociatio perficitur) vt necessitati inseruiat, atque illa nobis comparemus, quibus subsistit natura mortalium, nec vlla in parte carere possit, vt sunt vestes ac domicilia, quibus à vento nos auræque iniuria defendimus, res familiaris ac domestica, victus frugalis ac moderatus, multaque alia quibus non minus commode, quã salubriter vitam transigimus. Reuocat ad hanc animi tranquillitatem ac frugales rerum vsus homines Horatius, optimus vitiorum castigator: ac commonefacit quid potissimum spectare debeant, quibus fere a- *Lib. 1. ser. Satyra 1.* uaritiæ vitium necessitatis inuolucris tegitur:

Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri,
Furtim defossa timidum seponere terra?
Nescis quid valeat nummus? quem præbeat vsum?
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde
Queis humana sibi doleat natura negatis.

Quo indicat omnia referenda ad vsus necessarios, ad vitæ commoditatem, quibus si accedat in cultu nitoreque corporis decus, ornatus, munditiės, & quæ viro propria, dignitas, mulieri venustas, non equidem repugno, modo ne nimium exquisita sint, nec in luxum ac delitias deuergant, sed frugalitatis ac temperantiæ limitibus concludantur, omniaque honestati ac decoro inseruiant. Ita enim magna ex parte affecti sunt homines, vt rebus magnificis ac sumtuosis delectentur, cum natura facilimis, quæque minimo constant placari possit. Ceterum his omissis, de metalli huius natura differendum, quod multis magnisque viribus imbutum est. Siquidem autem cum-

Vsus rerum spectandus.

Frugalitas in rebus spectanda.

Natura modico contenta.

...imis efficax præſentiſſimam vim obtinet in expu-...andis ſæuiſſimis morbis, atq. inſtauranda valetu-...ne, vbi illa collapſa eſt, ac detrimenta acceperit. ...am qui ex Venereo fœdoq; contractu labē conce-...erunt, ac contagione inguinum infecti ſunt, eius ...ú manifeſto ſubleuantur. Elephantiaſin quoq; quæ ...ulgaris lepra cenſetur, expurgat, aut ſaltem mitigati ...entes labantes ac minus ſtabiles, putriq; vligine vi-...atos firmat, omniaq; oris vlcera ac puſtulas compe-...it: ita quibus os olidum eſt, ac graueolentiam ex-...alat, conſulere ſolitus ſum, vt annulos ex puro ac ...ncero auro confectos, ſubinde in ore geſtent, præ-...ertim qui ex morbo Gallico inuncti labiorum ac ...ingiuarum vlceribus infeſtantur. Virus enim eluit, ...tque eruptiones exſiccat. Quod ſi laminas. aurique ...egmenta ac bracteas cernibus elixas admiſcere li-...eat, atque huius liquamen valetudinariis exhibe-...e: dici vix queat, quantopere vires ac vitales ſpiritus ...rigat. Quocirca macie tabeque confectos, aut im-...moderata Venere exhauſtos ac delaſſatos huiuſmo-...li decoctis reficio, vireſq. inſtauro: nec vlla ſui parte ...hac ratione aurum fit deterius, aut attenuatum, im-...minutumq; eximitur, nonnunquam in turbinatum ...alueum, quem alembicum vocant, calenti foco ad-...motum, coniici iubeo minutatim conciſum capum, aut vitulinas carnes, atq. aliquot oui lutea ſeu vitel-...los, tribus quatuorve lactis bubuli ſextariis perfuſa, admixtis vna cum auri puriſſimi, obriſum vocant, ſegmentis aut torque aureo, efficaciſſimis herbis, nē-pe radici Iringii, ſcolymi, ſiſari, cinaræ, carlini, cardui hortenſis, eaque herba quæ cū muſcoſo concreto fru-ticetur, à flauo ac rutilanti colore, aureiſq. guttis quæ illi inſident Ros ſolis dicitur, deniq; palmulis quos dactylos vocāt, vuiſq; paſſis, exemptis vinaceis, ac po-mis dulcibus. Ex quarum rerum congerie lento pla-cidoque igni, ſtillicidio quodam liquor extractus,

Aurum leprā expurgat.

Auri in cibo vſus.

Aurum decoctione non atteritur.

Sextarius librā & vncias octo complectitur.

Ros ſolis.

ac triduum soli exposit⁹, in multos vsus asseruari p-
test. Siquidem deliquio defectuq; animi sopitos er-
git, ac spiritus reuocat; exsangues, macilentos, tab-
Cardiaci morbi remedium. dos, extenuatos reficit: in Cardiaco vero affectu,
sudore Britannico præsentanea vi pollet, atq; in r-
focillandis cordis viribus cum primis efficax est
salularis, si cochleari mensura, aut plus paulo ita c-
stitutis subinde exhibeatur, nec minori commod
Aurum cor recreat. atque vtilitate aurum foris adhibetur, vbi cor ingr-
ente externa aliqua, vel interna ægritudine pericli-
tatur, nam præter adspectum aureorum numisma-
tum atque annulorum, qui nonnunquam specio
atque amabili gemma decorantur, oculosq. pascun
ac recreant, si sinistræ manus digitus qui infimo pro-
ximus est, in cordis affectibus, auro & croci momen-
to defricetur, hominem sibi restituit, etiamsi colla-
pso atq; intercluso animali vitaliq; spiritu, ppemo-
dum exanimatus obmutescat, nec vllum vite indi-
Auri igniti effectus. cium proferat. Aurum quoq; candens atq. ignitum,
vino immersum, præcipuis membris robur conci-
liat, ac facultates natiuas firmat: nam si quid mali
internis partibus adhæserit, abstergit, consumit, ab-
olet, depascitur, partemq; affectam ac morbidam vi-
gore ac vitali spiritu imbuit. Foris quoq; huiusmodi
liquor adhibitus, impetigines seu lichenas, lepram,
mentagram, porriginem, ozænam, polypon fœdissi-
ma narium vitia, morpheam, omnesque vitiliginis
species, quæ cutem deformãt, compescit ac cohibet:
præsertim si huic liquido pigmento aut plasmati nõ-
Tartarus quid. nihil tartari commisceas, quæ est ex vino in doliis
lapidosa concretio. Omnes siquidem quamlibet fœ-
das maculas abstergit, naresque rubicundas ac ver-
rucosas mentum, genas, faciem, frontem, in (quibus
partibus impudenter atque indecore, parumque ci-
uiliter huiusmodi eruptione se proferunt) coho-
nestat.

De

grandine porcorum, aliisque huius animantis morbis ac vitiis, quæ vulgari lepræ seu lazarismo affinia sunt, vulgo ab insalubri ac morbido corporis habitu Onghans *appellantur: & qua ratione hæc contagio expugnari poßit etiam in hominibus.* CAP. VII.

QVoniam suillę carnes passim etiã apud generosos quosq; eduntur, nec est vlla propemodum familia cuius mensis succidia non inferatur, etiam à longinquo petitæ pernæ ac petasones quæq; ex his conduntur tomacula, tucera, farcimina: aliquid de huius animantis cõditione huic operi inserendũ putaui. *Qua edulia ex suilla carne cõficiantur.* Nam autẽ porcus luto ac sordibus delectetur, cœniq; volutabra apperat; in primis procurandũ, vt cibus ac potabile illi mundum offeratur, si ex eo salubre alimẽtum consequi velis: nam si siliquis pabuloq; sordido hoc animal saginare pergas, strumas cõtrahit ac scrofulas, totoque corpore grandinosum efficitur, sic vt caro illius prorsus insalubris exsistat ac vitiosa, totũque corpus inficiat. Quæ caussa fuit præcipua, vt Iudæis eius vsus fuerit interdictus ac porcinã degustasse nefas. *Leuit. 11. Deut. 14.* Scrophulas autẽ & strumas vt plurimũ circa collum contrahunt, quoniam voraces sunt & gulosi, & citra delectum in sterquiliniis quæque deuorant. Grandinis autẽ nomine insignitur is morbus, qui totum vndiq; corpus fœdissima labe contaminat: quod caro partesq; internæ passim ramentis candidis velut grandine perfusa sint. *Grando porcorũ qualis morbus.* Occupant n. singula membra eminentiæ quædam subalbidæ, hinc inde conspersæ, cuius certissima se indicia in lingua proferunt, quando porcarii immisso in fauces ferramẽto illos explorant, an tuto cædi ac laniari possunt. *Leprosi obitus.* Tale quiddam elephantiaci siue vulgares leprosi in facie, totoq; corpore exhibent: nam pustulæ, q̃ in extima cute erumpunt, albescunt ex melancholia in cinerẽ deusta. Est quidem caro istius animantis, quod hoc morbo infectum est, suauis ac sapida; ac prorsus insalubris ac

lepræ affinis, ꝓpter succi melancholici admixtion

Caro melancholici succi particeps sapida est.

Sic caro ossibus ꝓxima non prorsus insipida aut pal to insuauis quod ipsa melācholici succi sit partice nam ossa ex tali succo concreta sunt & coaluer Quod aūt homini lepra ac morbus Gallicus præst id huic animanti Grando ac strumosa collectio; su enim morbi affines, cognati ac familiares, nomi tātum discreti, re effectuq; partes, vt etiam annota

Quid Ætius de porcis morbidis statuit.

Lex de porcis mactandis.

Ætius Medicus capite de Elephantiasi. Quocirca quid incommodi ex huius animantis esu consequa tur homines, salubri Senatus consulto cautum est pud nostrates, ne qua scropha aut porcus mactetu nisi exerta inspectaq. lingua exploratum sit, an ab vitio liber sit & immunis: nā si verucosæ se in lingu ac faucibus proferunt pustulæ, ac venæ liuescunt, n groq. colore perfusæ sunt, indicium est viscera etia praua constitutione teneri, itaq. aut non mactand indicant, aut si imprudenter mactatos esse contingat

Porcorum setosa cutis adurenda.

defodiendos. Quod si nihil tale appareat, pronunti ant, qui huic censuræ destinati sunt, salubrē esse por cum, atq. esui idoneum. Quoniam autē huic animan ti plerumque aliquid vitii subesse solet, quantum vi etiā sanum exsistat, ob id populares nostri primum necatos accensis stramentis adurunt potius, quā fer uenti aqua elixent. Si quid enim subter cutem inhæ rescat lapis aut cōtagionis, id ignis elicit absumitq; quod non æque facile aqua feruida perficere potest, omnesque sordes eluere. Curantur vero hoc modo inquinatæ sues, si stabulum in quod decumbunt, singulis diebus conuerras atq. accurate emundes, illasque diuagari patiaris. Quæ enim syluas ac nemora

Porci in syluis vagantes salubriores.

oberrant, ac glandibus saginantur magna ex parte inexercitatis ac cubili inclusis sunt salubriores, minusque morbosa aliqua affectione expositæ. Deinde affatim iis aqua offerenda, quo se ꝓluant, cui nōnihil salis admixtū est, interim cibo polentario aut si quid

solidi

i cibi illis exhibetur, admiſceri debẽt lauri bac-
ontritæ. Cõcharum quoq. hoc genus quo littora
que maritimæ apud nos ſcatent, mitulos vocant,
o *Moſſelen*, mirifice illas reficit, ſi affluentiore li-
mine huius decoctum iis obiiciatur. Floces etiã
q. purgamenta ac fæculenta ꝓluuies, q̃ expreſſo
ſucco, ac vinaceis eſt reſidua, inexpugnando hoc
rbo eſt præſentanea, præſertim ſi furfur maſſaq;
nentata, vulgo *Mout* appellata, illi commiſcea-
. Noſtrates autem nec huius animantis, nec homi-
n quibus porci aliquando edendi ſunt, ſalubrita-
onſulunt. Nam Zythi ſiue Cereuiſiæ acidam cor-
tamq. fæcem, atq; olidam ꝓluuiem, quæ in imo
lii reſidet, illi offerunt, cum rancida quæq;, nempe
ma ac pyra quæ cum putruerunt, ac ſitu obducta
nt, quibus non liqueſcit aut diſſoluitur gandinoſa
concretio atque interna lues, ſed augeſcit potius
vires concipit. Siquidem omnia impenſe acida,
melancholicis affectib. qui hic vigent, aduerſiſſima
refrigerandi ſpiſſandique vim, & ꝙ humores co-
nt, ac craſſiores efficiant, ita bilioſis ſeu cholericis
m primis grata ac ſalutaria. Sic acetum quartanam
get, tertianã vero mitigat ac compeſcit, quoniam
lis feruorem reprimit, ac tanquam aqua vinum,
luit. Sunt apud Batauos quorum regio piſcoſa eſt,
que aquatilibus fœcunda, qui piſcibus illos alunt:
uibus vt mire pingueſcunt; ita lardo carneq; fluida
c minus ſolida exiſtunt. Quanquam enim hoc ali-
nento porcorum corpora augeſcant, ac procerita-
em conſequantur: eſus tamen horum inſalubris,
tq. ſapor alienus ac exoticus. Scio equidem in ho-
ninibus, qui elephantiaſi ſeu lepra inquinati ſunt,
ulgo *Melactſch*, frequenti ranarum paluſtrium vſu
nunc morbum domari, mitigat enim ſanguinis fer-
uorem ac melancholiæ aduſtionem animalculum
hoc aquaticum: nam quæ humi repunt, atque inter

Mituli, vulgo Moſſelen, *porci ſalubres.*

Floces vini porcis accommodi.

Acetum melancholicis noxium.

Acida bilioſis ſalubria.

Batavi piſcibus porcos ſaginant.

Ranarum eſus quibus vtilis.

frutices ac rubos nidulantur, quæq; non saliunt, l
Bufones noxii. lente progrediuntur, venenatæ sunt, hos *Tadden* n
ſtri vocant. Ranas vero viridanti tergo, ventre alb
ſcente *puyen ofi vorſchen*, quæ vernis mēſibus coaxa
cum rubetæ ac bufones reptiles, per exiguum ſon
edant. Illæ itaque q̄ agiles ſunt atque identidem ſ
ſiliunt, huiuſmodi morbis accommodæ quarū eti
Cruſtacea ra- vſus ex iure capi hecticis, tabidis macilētis, exten
bida ſoluta. tis cum primis vtilis, quemadmodū etiam teſtudi
q̄ à peltæ ac ſcuti figura *Schildepadden* vocantur, Ca
cri quoque vulgo *Crabben*. Aſtaci, Squillæ, Locuſ
marinæ, Carabi, Gammari, populari voce *Creeften*, c
nitſen, *Gaerndert*, Mituli, *Moſſelen*. Oſtrea, *Oeſters* Co
chleæ, *Cruyeken*, aliaque conchylia ac cruſtacea, fer
dos aduſtoſque humores refrigerant, ac diluunt, ve
rum fluuiatiles conchæ ac cācelli efficacius marini
quoniam iſtis ſalſuginis aliquid admixtum eſt, qu
quidem appetentiam excitant, ac palato gratifican
tur, ſed magis exſiccant, quocirca ſanis maritimæ a
ptiores: inualetudine autē affectis amnibus fluuiis
que exemtæ ſalubriores. Inter ea autem quæ teſtace
ſunt vel cruſta integuntur, præcipuam laudē meren
Fluuiatiles tur Cancri fluuiatiles, q nō ſpecie ſed effectu à mari
canceri quibus timis differunt dorſo elatiore ac ſubrotūdo, quatuo
vſui. ab vtroque latere geniculatis pedibus, qui ſex diſtin
cti ſunt articulis ſeu internodiis, ima ſui parte acu-
leatis, quæ venantium manibus pedibusq; velut cu-
Cancrorum de- ſpidem infigunt flexibili agilitate: nam ſe horum ad-
ſcriptio & vires. minicuIo dextrorſum ac ſiniſtrorſum proripiunt, vbi
inſidias ſubodorantur incredibili ſagacitate, quod v
opinor, vel mire oculati ſint, vel auriti, quamlibet e-
nim ſilenti tacitoque ingreſſu illos inſecteris ac ve-
nando perſequaris, ſubito perſentiunt, ac cōfeſtim ſe
luto obruunt oculiſq; hominum ſubducunt. Præter
quatuor autem illos pedes aut exporrecta vtrinque
brachia, primore parte qua oculi prominent ac col-

lucent,

t, duo se proferunt denticulati forcipes quibus ssime obuia quæque comprehendunt atq. atro- orsus captantium manib. inferunt, ita vt mem- ffixi ægre auelli queant. Cæterum cum mira sit ici huius animalculi astutia ac caliditas, tum maxime obseruatur solertia, vbi ostreis insidia tq; ex iis escam venatur, siquidem calculos atq; los patulæ hiantique testæ ingerit, ita vt occludi eat, mox dentato forcipe pisculentam carnem dit atq; elicit, illoq; alimento suauiter ac secure, oq; vindictæ metu fruitur, quod etiam polypus s factitat. Hoc genus Cancri tabidis ac macie cō- s præsentanea vi auxiliatur, vbi accurate abluti qua hordei decoquuntur, nec min⁹ singulari oc- aq. virtute pollent in expugnando exitiali canis di morsu. Cancris ita in patella deustis ac cōcre- is, vt comminui atq; in puluerem redigi possint, . exhibito cochleari mensura cum Gentianæ ra- , ac thuris momento quod antidoton frequen- iterari debet, ac per sesquimensem continenter mi, quo rabies atq. aquæ pauor propulsetur. Hæc estaceis & quæ crusta integuntur, verbosius à me t enarrata, quo quisq; intelligat, non modo por- um morbos his expugnari, sed hæc aptissime me- cholíæ, adustisq. humoribus, atq. aliis plerisq. af- ibus accommodari. Verum inter cancros, aliosq; staceos discrimen statui debet, si quidem fluuia- s extenuatis ac macilentis mirifice adminicu- tur, quod humectent, atque humorem natiuum, o corpus nutritur ac subsistit, & quem calor insi- habet obsequentem adaugeant, adhibito vino ci ac calorifico, cuius adiumento concoctio perfi- ur omniaque exacte elaborantur. Marini vero qui eani vel maris mediterranei littora perreptant ac pidines persequuntur, tum sanis, tum iis qui in- ubri sunt corporis habitu ac vitiosis humoribus

Cancrorum astutia.

Cancri rabidi canis morsum curant.

Ex testaceis quæ sanis, quæ infirmis aptiores.

Cancri marini effectus.

oppleti,aptiores:nam cum ſalſugine quadam im
ſint, vt edendi auiditatem excitant, ita excrem
ſuperuacua exſiccant, ac putredini humorum
ſtunt, quod in carnibus piſcibusque ſale confri
obſeruari poteſt, quæ diutius aſſeruantur, ac ſe
computreſcunt. Quocirca non inconſulto fact
Bataui ac plerique Belgæ, tum maxima German
pars,quæ ad Aquilonios tractus deuergunt,quod
& aromatibus,nempe zinzibere,pipere,& quod g
num Paradiſi vocant, vulgo *Greyn* cauſtica vi & a
renti,aliud à Cardamomo affatim vtantur. Hac e
ratione minus pituitoſi efficiuntur, aut excreme
ſcatent, minusque vt fere conſpici ſoleant,opimi
que monſtroſe obeſi, liqueſcit enim ſalitis adeps,
limax inſperſo ſale.

Germani ſale & aromatis delectantur.

Simile à ſale quo limax liqueſcit.

Cur Belgæ, vbi nox moleſte ac tumultuoſe parumque ex an ſententia tranſacta ſit, queritentur Ioannis Baptiſtæ noct ſibi obtigiſſe.

CAP. XVIII.

NAtalis dies Ioannis Baptiſtæ, cuius vitæ integ
tas inſigne elogium à Chriſto promerita eſt: n
ſolum Iudæis ac Chriſtianis,ſed Mauris etiam ac Ba
baris, quique à noſtra religione alieni ac Mahume
addicti ſunt, celebris eſt & ſacroſanctus,tametſi no
nulli huius noctem ſuperſtitioſo quodam cultu co
geſtis lignorum aceruis,accenſisque ignibus, vt C
rybantes ac Cybeles cultores,ſtrepitu ac furioſis cla
moribus tranſigant,quin & impuberes congeſtis co
liſisque ignitis carbonibus bombos ac crepitacul
excutiunt. Nonnulli gentili ſuperſtitione ſtatu
prouoluti, ab epilepſia ſe tutos fore confidunt, qui
bus acceſſit ea perſuaſio, vt ſi placide huius Diui ſta
tuam adire poſſint, nec incondite vociferentur, au
rabioſis clamoribus illi inſultent: toto anno ab ho
morbo futuros liberos: Sin Diui caput, quod oſcu
landum offerunt, dentibus lacerare tentent, a
maledi-

Luc. 8.

Ioannis Baptiſtæ dies memorabilis.

ctis incessere singulis mensibus, quod vere ex
decursu euenit, hoc morbo misere diuexan-
uanquam maximæ imposturæ huic rei subesse
Et cum hæc gentilitia sacra nocturno tempo-
fici solent ex vetusta consuetudine, ne dicam
tato errore, enatum est Prouerbiũ, vbi nox tu-
ose transacta est, nec vlla pars quieti data, Io-
noctem transegimus, *wi hebben sint Ians nacht ge-*
Hoc est, tota nox non solum insomniis fuit ac
gilata, sed grauis ac molesta strepitu, tumultu,
orib. inquieta Olaus Magnus, qui res Gothicas
issime, licet minus culte, prosequitur, refert na
noctem Ioannis Baptistæ, qui fuit prodromus,
st præcursor, atq. emissarius, aut quoniam vox
antis sit in deserto, præconis Iesu Christi, mire
rem esse illi genti atque illustrẽ, magnaq. pom-
ansigi: Omnis enim generis sexusque homines
atim in publicum concurrunt, exstructisque lu-
tis ignib. atq; accensis facibus, choreis tripudi-
e exercent, nõnulli laudes heroũ ad lyrã decan-
vitia maritorũ traducunt, fœminarũ dedecora
ant, nullos nõ scõmate, conuitijs, dicterijs, den-
ialib. impetunt, magnaq; licentia obuios quosq.
ssunt, ac liberius perstringunt, vt solent olim in
s Eleusinis: nam ex Hellenismo siue Græcorum
entium vanitate multi errores vel relicti sunt,
in religionem Christianam irrepserunt. Sic pro-
s aulici & quotquot venationi dediti sunt, Hu-
tum olim venandi studiosum insanis clamoribus
ant ac venerantur, adeo vt furore percitos credas,
n canum latratus ac rabidos sonos imitantur, ob-
oulante interim patera oppleta viuo, aut ꝑposito
nu capacitate sextarij, ex vetusta & Gentili Ger-
norũ consuetudine, teste Cæsare libro sexto belli
llici. Sic homines superstitiosi præpostero cultu
uis blandiuntur, ac se illorum fauorem demereri

Prouerbium ex tumultu nocturno desumtum.

Lib. 15. cap. 10.

Matth. 3.

Præposterus Diuorum cultus.

credunt: cum nec horum vitã imitentur, aut mor
exprimant, nec vlla parte ipsorum vestigiis insistan
qui cultus Deo ac Diuis est grauissimus. Non mini
Martinalia festa. ridiculos habet cultores Martinus, cuius in pauper
atque egenos liberalitas non ad frugalitatem ac m
nificentiam, sed ad luxum, ad profusas epulas, ad i
eptas cantilenas quósque inultat. Quod vero Ioann
Baptistæ sacra tanto tumultu ac superstitione per
Luc. 1. gantur: hinc emersisse puto; quoniam historia Eua
gelica describit, natalem viri huius diem lætum, fe
stumq; & plausibilem futurum quam plurimis: qu
non designat externos animi motus, cum & inani
ter & effuse exultat animus, ac gestiendi lætitia per
fusus est, sed internam ac solidam stabilemque læt
tiam, quæ concipitur ex tam salutari Euangelij pro
misso, quo Angelus denuntiat iam dudum exspectat
Matth. 3. Messiæ ac Seruatoris, à quo cuiusque salus depender
aduentum atq. huius p̃conem futurum Ioannem, qu
primis baptizandi munus incœauit, ꝙ pòstmodum
perfecit atq; impleuit Christus, qui baptizat Spiritu
sancto & igni, cuius vi transformari homines contin-
git, atq. ad cœlestia p̃duci: conceptaq; salutis fiducia
per mortis illius ac resurrectionis mysteriũ, illi infer
Lætitia solida. atq; vniri. Quæ res ob lucem exhibitam salutemque
restitutam, non vulgari gaudio omnes afficit, ma-
gnamque subsiliendi occasionẽ præbet, non ea ratio-
ne ac modo quo passim imperita multitudo ac vulg*
ignobile tam ineptos stolidosque ludos exhibent:
quanquã hæc superstitio quæ multorũ animos men-
tesq. hactenus occupauit, iam exolescere incipiat at-
que antiquari. Siquidem iam sentire incipiũt homi-
nes paulo cordatiores ac melius edocti, colendũ pla-
candumq́. Deum ad quem per Christum aditus, pie-
Esai. 11. tate ac religione iustisq; precibus, non contaminata
superstitione, non gentili vanitate, aut cæsis hostiis,
aliisq; rebus quæ nõ exigit, aut ab eo præscripta sunt.

Nam

superstitio veræ religionis imitatrix, atq; ex vi- *Superstitio*
æmulatione, anilis affectio, ex imbecillitate *quid.*
sq; inopia atq; ignorantia Diuinitatis emersit:
t vt cum animus fluctuet ac sit instabilis vacil-
nconstans, varius, lubricus, nec vlla cognitione
ei fiducia imbutus, quem potissime imploret,
e conferat, cui se addicat, suamq; salutem com-
t, & à quo successum, sanitatem, mentemq; pa-
n cōsequatur, prorsus ignoret. Quod eo fit, quo-
à scopo sit aberratum, nec illum homines con-
ntur, qui hæc omnia cumulate præstare & potest
t, nempe Pater cœlestis & Iesus Christus, cui o-
potestas commissa est, & in quem referri vult *Matth. vlt.*
omnes nostras cogitationes, spem, fiduciā, cari-
n, & q nobis ad consequendam salutem sunt ne-
ria. Nec sustinet Deus, vt Esaias ait, gloriam suā *Esai. 42. &*
idem sibi debitā in alium transferri, aut cuiquā *48.*
bui, nec vllum cultum aut religionem constitui,
n iis rebus, quas Christus ex ore Patris nobis e-
uit, qua de re innumera extant in Bibliis testi-
ia, nec minora apud Orthodoxos cum Latinos,
Græcos, quæ dilucide cōmonstrant, qua ratione
s coli atque adorari debeat, qua Diui ac Christia-
rofessionis assertores ac propugnatores inuicti
rari, qui nihil non contumeliarum Christi no-
e perpessi sunt, ac sustinuerunt.

*lis conficiendi ratione singulari atque inaudita, eiusq; na-
ra effectu viribus, vsu & differentiis: Obiter herbarum
isuct maritimarum, quæ salsuginoso succo imbuta sunt,
ex quibus sal elicitur, consideratio.*

CAPVT IX.

Vanq̃ de natura Salis, eiusq; vsu necessario, pau-
lo ante disserui: facturus tamen sum operæpre-
ti vberius ac fusius de salubri hoc cōdimēto, sine
omnia edulia insipida sunt & infulsa, verba faciā.
ncipio hoc cuiq; testatum cupio, p̄sertim quib. fa-

miliæ onus ac rerũ domesticarum cura incumbit, iis qui ciuitates, castra, arces propugnacula incursi nibus exposita, tueri debent ac præsidio munire, que commeatu instruere.

Salis habendus delectus.

Salem marinũ recens ctum atq; à sordibus non ita pridẽ expurgatum assi uandis carnibus piscibusq; minus idoneũ. Decoq tur autem atq. apparatur apud Ziricæos, cõplure Zelandiæ ciuitates, æstiuis mensibus cum feruet

Oceanus æstate magis salsescit.

Sol, cuius vi maxime salsescit Oceanus, candoris ex mii sal in frixoriis patinisq; capacioribus aqua ma na oppletis, subditis accensisque glebis bituminosi nostri *Turf* vocant, quibus sensim ac paulo melius o mnia perficiuntur in Salinis, quam congestis sub ca cabo lignorum sarmentis, ob flammam ex fornac faucibus periculosa erumpentem. Quod si mox à te pente foco, aut post dies aliquot in vsum depromi tur, cito liquescit, atq; in salsuginosam saliuã dissol uitur, sic vt limosam quandam vliginem rebus salit obducat.

Sal recens cito liquescit, vetus serius.

Ita Sal qui primum ex calenti feruidaque patina aut labro ferreo eximitur, nec vetustate in duruit, aut concretus est, cum citius quam par est, in salsilaginem liquescat, secus quam vetustus: minus aptum iudico saliendis condiendisque edulijs.

Quo sale salsamenta conseruantur.

Trissa quod pisciu genus.

Quo circa qui carnes ac salsamenta, saperdas, asellos, thin nos, phocas, haleca haringos qui sunt trissarum ge neris, succidiam, perennare velit, hoc est, in sequentem annum aut multam æstatem asseruare, denique minus rancida in exteras longeque dissitas regiones deuehere, vetus sal meminerit huic negotio accommodatius.

Salis conficiendi inaudita ratio.

Maiores nostri olim salem confecerunt vberrimo sene quæstu, non ex aqua marina Solis ardore in salem concreta atque indurata, quale ex Hispaniis ac Gallijs ad nos perfertur, sed ex maritimis glebis exustis atque in cinerem redactis, quam infusa aqua minutatim in sale reducebant splendidum ac nitentem, *Zeloft, Zil Zout*, populares atque

indi-

...enæ denominant à glebis salsugine imbutis, vn-
...elicitur: Nec alio salis genere tota Belgica ad no-
... vsque memoriam vsa est. Qui conficiendi salis
...us cum inducto externo exolesceret, excogita-
...t aliis non minus quæstuosus. Siquidem adue-
... Hispaniis atque Aquitanico sinu, rudi ac nigri-
... sordidoq. sale, exemto limo, excoctisque sordi-
... candidissimum id nostrates efficiunt, rebus as-
...ndis aptissimum. Vtuntur quoque Salinatores
...i alio concoquendi salis modo à superiore non
...um diuerso. Nam tertio aut quarto quoque an-
...onfracto foco atque area, *den heort* vocant, furca
...apacissima sartago ac patina incumbit, subdito-
...gni incalescit, glebas ac fragmenta, quæ ex per-
...nte salsugine ad muria salso liquamine affatim
...ta sunt, in patinam coniiciũt, ea comminuta sa-
...acerant atq; elixant, post horas aliquot subsidẽ-
...nosa fæce ac sordibus paxillo candidissimum sal
...unt, id genus *Cleynzout* nominatur, vel *Clinozout*,
...d glebæ inter se collisæ propter duritiem, vt sili-
...onitum clangoremque edant. Hoc genus salis, vt
...sis eleganter infertur, easque exornat, atque ad
...tos vsus est efficax: ita conseruandis, condiendis-
...rebus minus aptum. Ob id boum tergora ac te-
...na coriacea illo sale, vt etiam marino rudi defri-
... atq; obruunt. Quocirca Senatusconsulto cautũ
...e quis eius conditionis salem diuendat, nisi in-
...osito iureiurando attestetur, se non pro syncero
...atiuo, qui ex marino eiusq; muria confectus est:
...pro fossili ac factitio venum exponere, ne qua
...s aut impostura subesse possit. Nam cum niuei
...andoris, atq; omnes optimi salis dotes exhibeat,
...facile ab ignaris internosci potest, nec discrimen
...eruari nisi ex rebus, quæ illo condiri solent, ex-
...imentum sumserint. Citius enim salsamenta at-
... alia quæque hoc sale obruta ac confricata sub-

A salo Sili & Sold, vnde Soldaten, *Germanice.*

Salem Zelandi quomodo candidum efficiãt.

Salis ex glebis confectio.

Quid Zelandis Cleynzout.

Senatusconsultum, ne sal adulteretur.

rancida efficiuntur ac ſubolida. vbi in multā æſtan
aſſeruare viſum eſt. Eandē naturam effectumq; u
net quod noſtrates, quoniā exigua infuſa aqua ma
na diutius torretur atq; aduritur *Braedzout* voca
ſal ſplendidum lucidum, ſpecioſum, friabile cru
ſum, latis ſquamoſisq; ramentis ac laminis ſtell
fulgore radiatis, q mire à Flandris ac Brabantis
petitur cum aſſidue, tum maxime in vſu domeſti
ſi quando ſumtuoſis epulis, magnoq; apparatu m
ſas inſtruunt. Cum enim ſplēdeſcat ac ſpectabile
ſiſtat oculisque etiam à longe gratum ſit ac blan
tur: regales magnificasque menſas mirifice exor
Morſibus id rabioſi canis cum melle efficaciter a
betur, ſcabiem impugnat, tumores cum fermen
melle & buryro, atq; adipe ſuillo perrumpit, eti
illos qui graſſante peſte in alis atq; inguine ſe pro
runt. Ex ſale autem cum aqua marina confecta n
ria aut ſalſilago præſentanea vi ambuſtis vim igne
atque vrentem feruorem extrahit, doloresq, inte
ſiſſimos placat ac mitigat, vel ex puluere bombar
co vel oleo pice, aqua feruida, prunisq; accenſis, p
ferrim ſi tenui peplo ſalſilagine imbuto peruſtæ p
tes foueantur. Huiuſmodi enim irrigatione ignea
eluitur, atq; acerrimi cruciatus conſopiuntur. M
autem conſulunt ſic affectis, qui frigida ac reprime
tia membris applicant, ita enim referiunt, non ext
hunt nec eliciunt ignitum ardorem, eumque m
gis inſigi partibus contingit. Quocirca inter ini
nihil ſalſugine efficacius, vulgo *Pekel*, vel recens co
fecta, vel quæ buryro incumbit, fomenti loco app
cata. Cui viribus par Smegma, vulgo Sapo, Belgi
Zoepe, quo veſtibus ac linteis ſordes eluuntur, co
fecto ex eo linimento cum melle & buryro. Aq
quoq; in qua rapæ decoctæ ſunt, tuto adhibetur, qu
vim magis efficacem concipit, ſi nonnihil calcis viu
in illam diſſoluas, ita enim lixiuii modo, adhibita a
dorem

Sal torridus, Belgice Braedzout.

Salis efficacia in morſu canis rabidi.

Salſugo ambuſtis vtilis.

Ambuſta refrigerantia non exigunt.

Smegma ambuſtis idoneum.

Calce cū aqua mapitum igni tes dolores placat.

em compescit, & absq; morsu desiccat. Ceterum aliquot salis genera paulo ante recensuerim de io illo differendum, quod in legitimi salis ino- iuius vsum nobis præstare possit: vocant hoc ge- Arabes Salkali ab herba maritima, quibus litto- ostra abunde scatent. Enascuntur autē apud nos m aliquot herbæ salsuginoso succo imbutæ, ex us sal, si alias denegatum sit, facile elici potest, e in domesticum vsum depromi, qualis est Por- ca marina Halimo affinis, vt etiā admonet Mat- lus in eruendis herbis acer & industrius. Hanc rates æstate desinente lectam condiunt, ac mu- sseruatam, aut rudi sale obrutam in hybernos v- reponunt, vt Hispani oliuas, cappares, crithmon, etron. Excitat enim appetentiā, ac fastidia nau- nq. discutit, si quando ventriculus pituitosis hu- ibus oppressus, vel etiam biliosis, cibum respuit. a autē herba, vsq. ad seminis quod minutum est, cematim dependet, maturitatem, portulacam n prægrandem hortensem ac satiuā refert: quam icii etiam sale rudi ac scabroso obruunt ad exci- tam cibi auiditatem. An autē hæc portulaca ma- Halimi nomine sit designanda, nondum statui, n illa famem ex itet, iste arceat. Verum in Alpi- nostris arenosis frutex e erg t ac virgultū duo- n aut trium cubitorum altitud ne oleæ foliis quæ cis modo longas habet virgas lentas ac flexibi- fronde oleam repræsentans, sed folio minore subrotundo superne viridi, inferne imaque sui te qua terram inspectat, albescente ac cæsio, fru- folliculari, nō dissimili verticello ab instrumenti liebris similitudine: nam spondyli seu verticuli go *VVoruel*, ima parte fusis commodiis torquen- rotandisque adhibentur: Qui frutex prorsus ad nij Dioscoridis Halimum accedit, in reprimen- arcendaque fame præcipui effectus, abolet enim.

Salkali salis genus.

Matthioli industria.

Portulaca marina condita.

Halimini legitimi descriptio.

Verticulus quid.

Halimus famem arcet.

appetentiam vitiosam atque enormẽ, qua feren
lieres circa tertium à conceptu mensem infestari
lent,& nonnulli conualescentes, quoniam ventri
lus noxiis humoribus atq. acida pituita imbutus
quo fit vt canina appetentia diuexentur ac bulim
Picatio morbus seu Citta. hoc est, edendi auiditati, quasi bouem essent de
raturi, obnoxii, vt fœminę vitio quod Picatio dic
qua alitis huius more carbones, testacea, mali
nici putamina, aliaq. esui inepta deglutiunt: Qui
vitiis Halimus frutex commode adhibetur, ab e
ctu nomen sortitus; foliis oleris more, cum pingui
re, nullo sale admixto decoctis, ita enim obtun
subacerbos illos humores, qui minus naturalẽ ap
tentiam excitant, quod etiam admorsus ac dent
tritus præstare creditur, vt nonnulla naribus tant
admota animi deliquium discutiunt, ac cor fouen
Atriplex marina. recreant. Atriplex vero marina calore squalido
inamabili, in aggeribus Zelandicis nusquam non
uia est: verum non assurgit in vllam altitudinem,
Brassica marina seu Soldanella. sessilis est atq. humi decumbit. Brassica autẽ mari
quæ Germana Soldanella statui debet, quam no
tes indigenæ male Portulacæ marinę asseribunt v
gentilitia *Zoultenelle*, à salsuginoso sapore, Alp
Zelandicis copiose prouenit. halimo, crithmo, en
tro, anthyllidi, iringio confinis ac contermina, g
det etiam ipsa aura maris, sed tamen illo non irr
Brassica marina descriptio. tur, nec profunditur, vt alga, de qua postea. He
hæc humi serpit longis flagellis lentis ac vimine
cauliculis, lacte madidis; foliis rubore perfusis, f
rotundis, semine in calycibus subrubentibus nig
loculis incluso, vtũtur ea ad deiiciendã aluũ, iure p
gui elixata, quo ob acrimoniã atq; amarum salsum
Herba Kali alia à Trago. succũ sto nacho minus sit infesta. Ceterũ herba K
Arabibus vocata, nulla apud Zelandos vulgatior
ea siquidem olim maiores nostri vna cum cespitib
ac glebis salsuginosis, ac bitumine quodam imbu
ca

[...]dissimum salē confecerunt, ea ratione ac mo-
[...]em paulo ante indicauit. Est autem herba infi-
[...]aris nostri crepidine, quam Oceanus alluit, to- *Kali seu Sedi marini descriptio.*
[...] Zelandiæ tractu copiosissima, quam ego Ver-
[...]arem vel Crassulam, vel Æizoon vel Sedum
[...]ū vocitare soleo, caule palmari, erecto, firmo,
[...],geniculato, atq. internodiis distincto, vtrinque
[...]s agnatis cauliculis rotundis læuore perpolitis
[...]n se compactis, qui exemtiles videntur; vt equi-
[...]eu caudæ equinæ, foliis, qui ex caule singulari
[...]gunt, eoq. stipati sunt carnosis, crassis succo tur-
[...] crassitudine arundinis, nobis *Riet* dicta, quæ in-
[...]lantium pedibus moram iniiciunt, ac grossum
[...]rantur, sonitumque ac fragorem in promouen-
[...]edibus excitant radice exigua, gracili, tenuiter
[...]lata. Tota herba ab ima sui parte ad cacumen *Kali herbæ cancros remoratur.*
[...] eleganti ac pellucido virore perpolita est, quæ
[...]ybernis quidem mensibus exsolescit aut emori-
[...]ic vt laquearibus ædiū affixa absq. ascititio vllo
[...]re diutissime vireat: vt Aloe, est n. mire succu-
[...],atque natiua humiditate affatum imbuta. No-
[...]es q̄ Cancris infesta est atq. impedimento, *Crab-*
[...]*el* vocant. Nam cum densius fruticetur cursum
[...]emoratur, ac difficilem transitum præbet, ita vt
[...] extra hanc se explicare queant, vbi homines il-
[...]enantur, atque ad escam expetunt. Herba hæc *Kali herba ouibus gratissima.*
[...]ri ouillo gratissimum ac saluberrimum pabulū
[...]Nam cum hæ pecudes cœli statu humido hydro-
[...]ac tumoribus strumosis obnoxiæ sint, nostri *den*
[...]ocant, huius herbæ pastu recreantur ac malum
[...]utiunt. Est enim salsissima herba, vt quam aduen- *Salsæ herbæ medentur morbis ouium.*
[...]e Oceani æstu continenter aqua marina irrigari
[...]tingat ac madescere. Quo fit, vt subinde con-
[...]sa speciosius adolescat ac fruticetur densius. Qui
[...]em hanc in condimenti vsum asseruare volunt,
[...]sulo vt modice decocta aceto minus acri potius.

quam muria aut salsugine condiant, aut rudi sale c
ruāt vt portulacā. Cuius vsus pituitosis salubrior a
obesis q̄ biliosis aut macilentis. Subest huius her
solo, omnibusq. propemodū agris maritimis: pr
terra agillacea, lenta, tenax, reglutinosa q̄ contrecta
manibus adhæreſcit, nec satiſcit, aut facile excuti

Georg. 2. *Sed piscis in morem, ad digitos lentescit habendo.*

Cley à verbo Cleuer deductum quod inhærere est. Adeo vt vbi vestes commaculauit, ægre eximi elu
possit, *Cley* nostri vocant à lentore, Brabanti Le
hanc sequitur bituminosa q̄dam concretio ac s
terranea congeries, Darri, vt alias retuli, vocata
Bitumen Zelandicum Darri salis materia. qua, tanq̄ fodinis, glebas eruunt indigenæ nigra
pinguedine imbutas; q̄ accensę, vt aridi cespites, va
tissimos calores excitant, atque in cineres redactæ
loq; pfusæ materiam ac fomentum olim nostrati
præbuerunt conficiendi salis. Sed is modus iam
dissuetudinē venit, ob maximā copiam, quæ ex G
liis atq; Hispaniis ad nos conuehitur: qui tamen
cile in vsum reuocare posset, si externus Sal ho
odio denegetur, aut ex quauis alia caussa, eius co
nobis deesse contingat. Quocirca non omnino o
ram me lusisse puto qui exoletum, ac iam pridem a
tiquatum hunc cōficiendi salis modum in memo
postliminio reuocarim: quo aliquando, si res posc
instauretur. Cæterum cum in maritimarum stirpi
ac fruticum mentionem inciderim: de Alga non
hil inserendum. Siquidem hanc impense à me f
Rembertus Dodonæus. demonstrari optauit Rembertus Dodonæus Me
cus Mechliniensis, vir in illustranda re herbaria, a
teque medica exercenda sagax & industrius. Erigu
Artificialis promontorii descriptio. tur passim locis maritimis moles ac ppugnacula fl
ctibus opposita in ipso statim aditu primoq; port
accessu, ex trabibus, sudibusque tectis ac transuers
quæ præter saxa immensi ponderis, stabiliendo op
ri iniecta fascibus ac longurtis cratibusq. inter se co
textis atq. implicatis fulciuntur; refert autē hæc m

chin

eminentis promontorii imaginem, ac nauibus tutamq; stationem præbet. Caput hanc stru- n non solum nostrates, sed Itali quoq; & Hi- vocant siue arte constet, siue natura: eoq; etiã ne in Cosmographicis descriptionibus desi- r. Huic Alga copiose vndiq. adhærescit, quæ tã- lis sit & abiecta, quod præter prouerbium Vir- etiam annotauit: *Moles & promontoria Caput vocantur.*

Horridior rusco, proiecta vilior alga.

em tamen in Medicina vsum habet: siquidem res podagricos atque articulares mitigat, expur- primum corpore, inflãmationes discutit infri- atq. exsiccat multo efficacius, quam lens seu lẽ a palustris, quæ est velut muscosum atq. stagnan- crementum, colore viridi, anserib. anatibusque ssimũ pabulum. Alga autem cum plures habeat rentias, tum illa quæ nobis vulgaris est, ramosa tatur, lubrica, carnosa, geniculata, bullis atq ap- dicibus ꝑtumidis ac racemosis, quæ primoribus tis compressæ crepitant, ac sonitum edunt. vt fe- olliculi. Cum autẽ Alga hæc membraneo folio tat, folliculis turgidis, flatuq. distentis, lucidis, ac re ꝑpolitis magna parte fluitat atque aqs super- at. quibus destituta sessilis est, ac flaccescit sar- tisque ac sudibus seu pedamentis tanq̃ iners & i- ua incumbit. Color vero huic herbæ, rufus est, usus, fusc⁹, rauus q̃ constat ex mixtura fusci & ni- inter cæsium flauum, saturatæ vmbrosæque viri- ati affinis: sarmentis vero ac palis qui muniendis eribus in littore adacti sunt, tenaciter adhæreſcit ñq̃ visco aut glutine (nullo radici adminiculo il- atque implicata) ita vt ægre auelli queat. Altera gæ species q̃ marinæ aquæ subest, vt stagnis ac pa- dibus vlua eaq. stipata se fulcit, folio fœniculaceo in capillamenti tenuitatem extenuato, colore amabili, muscoso quodam ac viloso cõcretu, nostra *Alga vilior Eclog. Lens aquæ quid. Alga descriptio. Rauus color qui. Secunda Algæ species.*

tes *wier*, nonnulli *wert* vocant, quæ retibus ac s[...]
nis vna cum gammaris ac minutis pisciculis, aliis [...]
purgamentis subducitur. Phycos vero aut fucus [...]
rinus Algæ affinis est, illiq; forma atq; effectu pa[...]
Lib. 6. cap. 13. histor. animal. Aristoteles sentit, & illo posterior Plinius. Mul[...]
autem aliud ab iis statui debet. Quorum vna spe[...]
non solum littoribus, sed etiam rostratis nauibus [...]
nascitur, vbi ex longa peregrinatione in portum [...]
delatæ quib. non tam muscus & alga, quam testa[...]
quæque tum Ethineis pisciculis adhærescit, quæ [...]
uigia remorantur ac cursum retardant: ob id nos[...]
tes scopis asperioribus defricant, & ferramentis [...]
cis atq. incuruis deradunt, quo carina vncta ac læ[...]
te perpolita feratur concitatius, totaque velific[...]
perficiatur celerius. Est autē vulgare hoc musci g[...]
in Oceano Belgico copiosissimum, colore virefce[...]
atque herbaceo, quod tamen in flauum aut sub[...]
teum elanguescat, vt æstate desinente vitis pam[...]
ni aut arborum folia, nulla radice fultum aut sub[...]
xum, tenacitate tamen quadam solo cui incum[...]
affigitur, vel extremis littorum oris ac marginib. [...]
pansum, emergēte mari attollitur, ac subsidente [...]
Muscus marinus fruticosa concretio. mittitur. Ceterum muscus maris, q à Dioscoride [...]
scribitur, ad hoc prorsus diuersus: siquidem ea her[...]
censeri debet, aut fruticosa concretio ac villosa co[...]
geries, tenuibus festucis, cauliculis exilibus, ima pa[...]
te lignosis, folliculis capillaceis, crispis ac cirratis, c[...]
lore incano ac cinericeo, vetustate rubicundo, od[...]
re vt Abrotano, aut Absinthio marino, cum grauit[...]
te iucundo, verminosis, & qui lumbricis infestant[...]
efficax & præsentanea, redacta in puluerem herb[...]
eaque denarii aut drachmæ pondere ex vino exhib[...]
ta; est enim pari effectu cum absinthio Seriphio se[...]
marino, illiq; affinis & cognata, vbi primum emerg[...]
atque emicat, si numerosa folio, ac fruticantes ca[...]
liculos, sin cincinnatas cirratasque fimbrias spect[...]

Cora[...]

rallinam circumforanei vocāt, quoniam Corallio in mari Ligustico, aliisq; littorib. retibus subducat, adhærescat atq; implicata sit. Sunt autem apud landos Belgarum extremos, quos Mattiacos Tacitus vocat à sociali concordia, vt paulo post explicabo ius, longe lateque exporrectæ planities atq; ab agrum descensu vberrima pecori saginando pascua, quibus se proferunt variæ herbarum species Emtrum, Crithmum, Kali seu Sedū marinū, Atriplex, rtulaca, Brassica marina, Halimus, Ononis seu rebonis, flore purpureo ac ramusculis aculeatis atrendis calculis accommoda, Alga, Corallina frutilus. Rhamnus vero arenosis dumosisque collibus miliaris est tricubitali altitudine quibusdam locis borescens, vt Paliurus, quæ minus fœcunda, ramis gidis ac frangi contumacibus, oleæ foliis, sed anguoribus, superne viridibus, ima sui parte, qua terram ectat, albicantibus, baccis seu acinis rotunditate ac agnitudine myrti aut pisæ Romanensis, in se nuerosa congerie racematim compactis, ac ramis are implicatis affixisque perexigua petioli appēdice, lore flauescēte ac luteo, maturitate crocato, sapo acido ac peracerbo, quiq; affatim saliuam elicit, ac bricitantibus sitim cōpescit, vnico intus nucleo aut naceo non lapidoso, vt corno aut oxycanthæ, hoc t. spinæ illi acutæ quæ mense Maio, vbi omnia florent, spectabilis est & odorata, aut Crespino, q̄ vulo Berberis dicitur, sed qui dentibus facile atteratur: uod vero dumetis atq; arenosis locis peculiaris, Zendis *duynbessen* vocatur: Adornantur autem apud os hoc virgulto cœnacula ac triclinia ineunte au- umno, quo baccæ luteo colore suffundi incipiunt, tque in multam hyemem spectaculo sunt, oculosq. eficiunt. atque acido sapore nauseant ac fastidioso alato gratificantur. Meminit huius fruticis Dauid, ui multis locis appositissimas similitudines ad persuasionem profert in religionis negotio, ex naturæ

Corallina à Corallii amplexu herba.

Zelandi Mattiaci dicti à sociali concordia.

Rhamni descriptio.

Psal. 57. rebus concinne petitas: Antequam spinæ vestræ, inquit adoleuerint, atq; obdurescant in ramnum: conteret ac conuellet vos Dominus, & liquescere faciet, vt limacem ac partum abortiuum. Quod designat

Dauidis locus explicatus. improborum factiones, tyrannidem, minas, potentiam, conatus, molimina irrita fore, atque inualida, nec ad inferenda incommoda vllis viribus instructa à rhamno desumta similitudine frutice vbi adoleuit aculeis infesto, nam incunte vere tener est, mollis, tractabilis, ac minus noxius. Sunt autē in locis hisce maritimis complures herbæ ac frutices, quarū nonnullæ à littoribus remotiores auram quidem marinam concipiunt, aut salo non perfunduntur: alia subinde irrigantur maris asperginе, si quando exundat

Maritimæ herbæ squalidæ. Oceanus, vt hibernis mensibus assolet Luna vel plena vel primum incoata: quo fit vt omnes stirpes maritimæ squalido sint colore, atq; in cano, tum minus quam hortenses, floridæ, nec virore tam grato atque amabili: quarum tamē nonnullæ translatæ, ac cultu domitæ spectatiores euadūt, ac frondescunt, virentq;

Simile à sordidis opificiis. speciosius. Simile quiddam perspicimus in cerdonibus pistoribus, qui furno adstant, carbonariis, fabris ferrariis, aurificibus, q argentum inaurant, qp argento viuo perficitur, vt ii, q stannum, æs, cuprum, plum-

Opificia quadā colorem homini immutant. bum cudunt, qui omnes suo se colore produnt, ac non natiuum, sed ex emanantibus vaporibus ac circumfuso aere alienum atq; adscititium exhibent, ita vt pleriq; eorum colore buxeo, mustellino, lurido, giluo, fusco, fuliginoso conspiciantur: qui si aliud vitæ gen' adsciscant ac deserto plebeio: patricio more viuere inceperint confestim alius oris decor ac vultu totoq; corporis habitu dignitas elucere incipit, tametsi fere quidam referāt veteris opificii vestigia, quibus olim erant assueti, quod ipsum etiam in seruis, ancillis, rusticis obseruamus qui ad herilem dignitatem emergunt in quibus fere aliqua elucet ac se profert plebeia conditio. LEVI-

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZÆI, DE NAturæ dignitate & præstantia

LIBER QVARTVS.

De vi effectuq; Lunæ, cuius motu impellitur Oceanus, & quid moribundis ac morbis deploratis obuenire soleat, vbi cũ morte luctantur atque è vita emigrare incipiunt, excessu recessuq; Oceani ac Lunæ decursu, cuius vires efficacius, quam cæteri, percipiunt atque experiuntur maritimi.

CAPVT I.

QVa vi polleat sidus hoc nocti illustrandę attributum, familiare nobis ac proximum, cuius vis animaliũ corporib' incumbit, atque humores exagitat, superius demonstratum est. Verum cum mira sit efficax non solum in concitandis ciendisque tempestatibus ac fluctibus marinis, sed etiam in inferendis exasperandisque morbis, nempe apoplexia, lethargo, stupore, epilepsia, paralysi, hydropisi, catarrhis, ac pituitæ fluxionibus, paulo accuratius de huius natura differẽdum, eoque magis, quod Belgæ Oceani accolæ eius vim efficacius percipiant, quam qui ab illo sunt remotiores: cum enim proxime consistant, illoque sidere in Occidentem inclinato, propius illustrentur, nec vlla obsistent vel nemora vel montes: manifeste vim Lunæ concipiunt, ac humidis illius radiis affluentius madescunt atque irrigantur. Nam vt Plinius ait, Luna fœmineum ac molle, nocturnumque sidus, humorem mouet quidem, at vt Sol, non attrahit, cunctaque humifico spiritu implet, ac turgida efficit. quo fit, vt qui regiones humidas frigidasque occupant, excrementis ac pituita scateant, ac subinde tussi, raucedini, coryzæ, multis aliis fluxionibus ac catarrhis obnoxii

Genes. 1.

Lunæ vis quos morbos acuat.

Lib. 2. 6. 101.

Otiosi catarrhis obnoxii. sint ac infestentur. præsertim otiosi, ignaui, sedentarii, & qui rarius exercitationi aut labore insistunt, in *Otiosi lunæ effectibus expositi.* quos propter humorum redundantiam Luna potentius vim suam exserit, ita vt isti præ cæteris eius motibus affectibusque sint expositi: Nam baiuli nautæ, vectores, agricolæ, compluresq. alii laborib. assueti, qui excitato auctoque calore natiuo excrementa si qua aceruata sunt, conficiunt, min⁹ huius sideris incommodo afficiũtur, nec magnopere illius vim percipiunt. Ceterum vt quæ longo à me vsu atque experientia obseruata sunt, pferam, quã vim naturæ parens, qui vsibus nostris omnia accommodat, Lunę attribuit, præter nocturnam illam facem ac clarissimã lucẽ, qua mutuato à sole lumine, mortales illustrat, præter ea quæ conchyliis, ostreis, piscibus, satis, herbis, arboribus incrementa confert, obiter indicabo. *Lib.3. histor. cap.98.* Plinius ex Aristotelis sententia: Nullũ animal in Oceano Gallico, nisi æstu recedente, exspirare aut extingui asserit: cuius sententiã vt non ausim contentiose improbare aut refellere: ita hoc cuiq; testatum esse volo, non exacte omnia illius opinioni respondere, cum nonnullos deprehenderim, ex decursu adspectuq; Lunæ. Oceani accessu, atq; aduentante æstu exspirare: plerosq; in recessu ac subsidente fluxu opprimi. Siquidem in maritimo Belgicæ regionis tractu, pro humorum redundantia ac defectu, diuersam obseruo emigrandi conditionem ac modum. *Obesi æstu maris accedente periclitantur.* Alii enim ex Lunæ decursu, cuius impulsu fertur Oceanus intumescente fluctu, alii subsidente, vel intereunt, vel conualescunt, humoribus scilicet spiritibusq; motu atque adspectu sideris, vel agitatis vel sopitis. Sic in pronuntianda Crisi, hoc est, deferendo iudicio quod vel mortem vel salutem denuntiat oẽs, quos morbis tẽtari obseruo, qui in humorum plenitudine cõsistunt, ceu pulmonis inflammatione, pleuritide, angina, apoplexia, lethargo, morbisque pituitosis

sis atque intercutaneis, quibus corpus intumescit q; hydrope suff catur. Luna plena atq; orbiculata, unq. exundante exstinctum iri pronuntio, aut saltem erosq; eorum pro morbi ac corporis conditione ac natura manifestam alteratione subituros subsequente subita sudoris vel sanguinis eruptione, vel ex qualis parte aliqua humoris redundantis euacuatione c profluuio; Hecticos vero, hoc est, tabe, macroie, siccitate nutrimenti defectu obnoxios, denique si liceria, decrepitos ac capulares senes, silenti luna fluctuque subsidente intcrituros denuntio. Et quo plenitudinis aut defectus causa maior aut minor in corpore consistit, eo vel serius vel citius morte sopiuntur. Ita qui aquis distenti sunt, qui corpore opimo exsistunt atque obeso, si ancipiti dubioque morbo & qui ex humorum redundantia contrahitur, corripiuntur, statim accedente æstu ac vergēte in plenilunium aut nouilunium sidere opprimuntur. Nonnulli vbi fluctum iam medium obtinent: alii cum in summo constiterit Oceanus, vitæ finem imponunt. E diuerso qui sicco sunt aridoque corpore, macilenti, strigosi, squalidi, exangues, extenuati, subsidente labenteq; æstu, atq; in Occidentem conuerso sidere sensim placideq; obdormiscunt. Eorum nōnulli pro virium defectu defluxu medio: nonnulli extremo, portuq; vacuo. Nec solum ægrotorum corpora ab externis hisce caussis afficiuntur, sed etiam qui inculpata sanitate fruuntur, Lunæ vires effectusque percipiunt, verum quo quisque magis ab optima temperie deflexerit, eo promtius doloribus infestatur, atq. auræ Lunæq; mutationibus fit obnoxius, præsertim vbi huiusmodi corporibus vitiosi putridique humores subsunt. Sic Luna vel incoata, primum vel plena, atque in orbem circinata flanteque vento rigido, musculi, membranæ, nerui, panniculi, tendines rigescunt, ac contracti contortique doloribus acrius concitantur. Hæc

Sicci & aridi in Oceani defluxu moriuntur.

Sani æque ac ægroti lunæ vim percipiūt.

de Lunæ vi atque efficacia, motuq. Oceani nemo, vana aut anilia figmenta respuat, cum nihil illo certius, nec veritati magis cõsentaneum: siquidem huius rei fidem facit experientia, illique ratio suffragatur etiam in iis quæ inanima sunt & sensu expertia. Nam pelles cerosæ ex vitulo marino seu phoca detractæ vigescunt ac pili eriguntur accedente maris æstu: rursus demittuntur ac flaccescunt, eo subsidente, quod & Plinius non subticuit. Tale quiddam etiam in terrestribus quadrupedibus obseruamus, quarum pleræque in arboribus victum venantur, nam Sebellinæ atq. Armelinæ pelles si in imo arcæ reponantur, illasque vestibus impositis oneres, post triduum plus minus in summum emersisse videbis præsertim Sebellinas, vulgo *Sabel.* Cum enim animal id agile sit & inquietum: non dissimilis fere mobilitas tegmini detracto inhæret, præsertim vbi Aquilonio flatu, hybernisq. siccitatib. ac gelu rigido auulsum est: Nam si vlli animantium pelles æstiuis mensibus detraxeris cuniculis, pantheris, leopardis, lyncibus, hyænis, felibus, vulpeculis, sciuris, mustelis, & quas Martes, viuerras vocant & foinas, tum plerisque aliis ex quibus in hybernos vsus tegumenta conficimus, magna ex parte pili defluunt, quoniam illorum radices non fixe inhærescunt, hiante scilicet laxaque cute, quo fit vt huiusmodi pellibus suffultæ vestes à blattis ac tineis citius infestentur, quod intempestiue, nec opportuna anni parte a corporibus exemtæ detractæque sint. Quocirca inconsulte faciunt qui æstiuis mensibus flanteque Austro vel Africo, culcitras, lodices, tegeticulas, aulæa ac tapetas, vestesq. cultiores in feriarum festorumque dierum vsum repositas, ac decorem asseruatas, quas nuptiales Matthæus vocat, Australi potius auræ, quam Aquilonari ventilandas exponunt, aërique humido obiiciunt, cum frigore ac siccitate cœli obdurescãt tegmina, & indumẽta quæque

Pellium quarundam natura in erigendis pilis.

Pelles quando animantibus detrahenda.

Cap. 21. Quid vestibus tineas innasci prohibeat.

e melioreſcant:tali ſiquidem ratione vermiculos,
edines,tineas,blattas quę veſtimenta depopulan-
t,ac vel corroſione vel attritu vitiant, ex reſcere
ntingit &aboleri.Frigida ſiquidē & ſicca aſſeruan-
rebus accommoda tum crebra concuſſio ac con-
aſſatio, q̄ pulueruleta quæq; ac ſitum mucoremq;
ſcutit Nā quęcunq; immota arcis ac loculis cōclu-
ntur,nec perflari cōtingit,aut flatib. agitari putēt,
rdeſcunt,olida efficiuntur ac detrimēta cōcipiunt,
q; indies efficiūtur deteriora. Nec etiam nocturno
mpore cubili imponi debēt,aut lecto admoueri,nā
dor qui ex tepente madidoq; per nocturnam quie-
corpore emanat, atq; exſpirat, in veſtes atq; indu-
enta,contectasq; chlamydes aſſumitur,ſic vt tepo-
quodam à corporis exhalatione imbuta ac perfuſa
ateriam corruptionis cōcipiant. Calida n.& humi-
progenerandis ſordidis animalculis idonea, quo
vt æſtiuis menſibus auraq; ſubtepida,conclauia,æ-
es,cœnacula,triclinia,arcæ,cellæ,promtuaria,horti
macib⁹, cochleis,vermiculis,cimicibus,muſcis,cu-
cibus erucis. crabronibus,veſpis, ſcarabeis.corpo-
vero pulicibus, ac pediculis lentibusq; ſcateant, q̄
ybernis menſibus minus conſpiciuntur, aut infeſta
nt Omnes itaq; hirſutæ illæ criniteque beſtiæ,tum
ę tenera molliq; lanugine contectę ſunt,ex quibus
mtuoſæ pelles ac tegmina conficiuntur, in frigidis
otius quam calidis regionibus degunt, eoque mi-
us patiuntur pilorum defluuium, quo contractior
it cutis,ac condenſa adſtrictaque frigore pellis: quo
t vt pilos tenacius amplectatur: nec cito defluant,
ut in auras diffuſi euaneſcant. Sic apud Zelandos in
pſo propemodum Oceani aditu immenſa conſpici-
ur vis cuniculorū, qua tota Brabantia poſt ſolſtitiū
utumnale vſque ad veris initium alitur: nec lepo-
m exiguus numerus magnitudinis inuſitatæ,carne
on minus ſalubri quam ſuaui, & quæ (vt ridiculi
uidam nugantur) non ſalſeſcat. Oberrant autem

Tepor lecti pelles deteriores efficit.

Quæ qualitas vermiculos progignat.

Æſtate ædes & corpora beſtiolis ſcatent.

Zelandia cuniculis fœcunda.

in monticulis ac collibus arenosis nonnulla sui parte Septentrioni aut Occidenti solstitiali, nõ arte, sed natura oppositis, ita vt ex aëris frigiditate, atque arenæ siccitate saluberrimi exsistant, ac mire agiles, multo magis quam in caueis pasti ac saginati, præsertim si sanguine humano alantur, vt Chirurgos quosdam factitasse audio apud plerasq; nationes, qui sanguinem quem hominib. nonnunquam morbidis incisa vena adimunt, huiusmodi bestiolis obiiciunt: quo quidem mire saginantur & pinguescunt, sed alimento insalubri atque hominibus noxio. Syluestres itaq. inquieti, exercitati, instabiles, palantes, esui salubriores, quorum etiam pelles ac tegmen densius est, multisq. crinibus fixius inhærentibus magis obsitum.

Cuniculi humano sanguine pasti insalubres.

De Zelandiæ insulis, ac gentis huius naturæ conditione, moribus origine: & quantum commoditatis atque emolumenti huius regionis fundus ac soli vbertas exteris adferat, compendiosa ac dilucida descriptio, in qua obiter refricatur rerũ gestarum memoria, multaq; naturales causæ explicantur.

CAP. II.

CVm tam multa proferat Zelandiæ regio, quæ exteris etiam ad vitæ vsum ac commoditatem conducunt ac sunt necessaria: miror à plerisq. hanc tam abiectam ac despicatam censeri: Nam præter insignes atq; in immensum fastigatas lauros (vt à telluris beneficio exordiar) perpolitis maturitate baccis onustas, quæ Brabandis denegatæ sunt: præter efficaces & salubres herbas, cum medendis morbis, tum esui accommodas; præter sal candidissimum, quod ciuium industria conficitur: præter Rubiam, garansam Gallis nostris *Meedecrappe* nominatam, adornãdis pannis, ne color deflorescat, eumque intime concipiat, necessariam: præter triticum quo nusquam gentiũ candidius aut magis ponderosum, præter tot salsamenta ac vento induratas saperdas: præter immẽsam pisciũ copiã q̃ quotidie recens aducta, in oẽs Europæ par-

Zelandici soli vbertas.

Rubea radix & alumen durabili colore pannos imbuit.

tes

s distribuitur: vrbes exhibet eleganter exstructas,
que in iis ædificia splendida, re domestica ac supel-
tili concinne exornata, ita vt omnia passim nitida
nspiciantur, culta expolita, q̃ vnice nuper admi-
tus est Illustriss. Hispaniarum Rex Philippus Belgis *Regi Hispan.*
inceps, & quibus stipatus erat, proceres aulici. Ac- *Philippo grata*
dunt his omnibus portus commodi, fideq. ac tutæ *Zelandorum*
uium stationes, omni nationi expositæ, atque ad *munditiæ.*
quentandas remotissimas regiones, quocunq; ter-
rum cursum instituere libeat, aptissimæ, nec illi
gotio desunt exercitati naucleri, ac viri nautici,
ibus omnes oceani recessus sunt explorati. Quan-
vero soli vbertas, quam pingues ac glutinosæ gle-
, quã feraces ac fœcundi agri, quam numerosi ar-
entorũ pecundumq; greges, non facile vlli fidẽ fe-
ris nisi ꝓpius illi sint cõspecta, vti etiam vberrima
ginando pecori pascua nõ solum intra exporrectos
geres ac ambit⁹, sed etiã extra littora, in ipsa Ocea-
crepidine, in quib. oberrãt pecudum aliquot my-
des maximo negotiatorũ emolumento, quæstuq;
errimo, non solum supra vulgarẽ magnitudinẽ, sed
poris enim delicati atq; exquisiti soli ac graminum
neficio q̃ saluberrimum ijs pabulum suppeditat,
eo vt exteri queq. summopere ijs delectentur, ita
Vitilitigatores, hoc est, qui sectandis litibus dediti
nt, nullis donariis (modo aurum demas) aduo- *Aduocati mu-*
tis ac ꝓcuratoribus melius gratificentur, quam si *neribus affici-*
losas huiusmodi oues ac Zelandicos verueces il- *untur.*
rum culinæ inferant, tum demũ etiam res illis cor-
esse incipit, ac caussæ insistunt, quibus si accedat
seus ouillus virore ꝓfusus inusitatæ magnitudinis, *Caseus viridis*
que immensi ponderis, nihil adferri potest ad rei *appetentiam*
mmendationem gratius. Tali siquidem cõdimen- *acuit.*
irritari solent ad potum ac repotia etiam saturi,
vino affluentiore paulo ante ꝓfusi. De aëris autem *Aër Zelandi-*
landici clementia non ausim multa polliceri, vt *cus qualis.*

Zelandiæ aër cur serius inficiatur.

qui in nonnullis partibus sic paulo asperior, & qui vicinarum gentium minus salubris, præsertim æ te ob paludum & stagnorum graues halitus, & qu regio arboribus minus consita. Hoc tamen habet modi, quod contagioni ac pestiferis morbis mi sit obnoxius, ac serius inficiatur: at infectus im niter in hominum corpora grassatur, nec facile c quiescit.

Simile ab ignitis rebus.

Vt n. lignum durum ægre quidem igne ac flammam cócipit, at incensum difficile resting tur: ita corpora Aquilonis flatib. ac marina aura durata minus promte virus concipiunt, peste v correpta ægre hanc excutiunt.

Aqua in Zelandia qualis.

Aqua quoq; pute in insulis non ita pridem ex mari vindicatis, par sapida est aut salubris, ac vel salsæ qualitatis, vel ginosi fundi saporisque ingrati particeps. Tamets

Zirizæa puteos salubres habet.

ciuitate Zirizæa putei exsistant, qui ne aquæ quid fluuiatili cedant, aut liquore pluuio sint inferio

Zelandia an veteribus cognita.

Lib. de morib. Germanorum.

Regionem hanc maritimam veteribus olim non f se incognitam ex Cornelio Tacito colligi potest, hoc equidem, quo nunc innotescit nomine, sed vsu ac vulgata alloquendi consuetudine ac comp latione, qua populares atque indigenæ inter se s vsi: itaque Mattiacorum illos nomine designat, c

Zelandi calidi & industrii.

inquit: Est in eodem obsequio Mattiacorum ge Batauis similis, nisi quod ipsi terræ suæ solo acri' a mantur. Quo indicat tametsi Batauis siue Hollan à cauitate terræ sic denominatis vicini sint ac fin mi, ita vt inter illos referri debeant, vulgari tant nominis appellatione discretos, atque Oceano pp res, magis feroces esse, vt reuera sunt, ac viribus, genio, solertia, versutiis, calliditate, fallaciis, capt nibus, negotiandi peritia, ac conquirendi indust superiores.

Vnde Zelandi Mattiaci dicti.

Quod aũt Mattiaci nominentur, non à co aut duce aliquo, sed à populari appellatione, a usitato loquendi more enatũ est, nempe à *Maet*, q vox in quotidiano sermone ac congressu familia

omnium

nium apud nos actionum, contractuũ, periculorũ, otius voluntatis, cõsilii, laboris sociũ comitemq. at, omniumq; rerum, quas inter se exercent, participem ac consortem. Ita oẽs gregales venalitii, consales, & quotquot inita societate, fido firmoque animorũ consensu facultates, ac copias suas in commune conferunt emolumenti, ac quæstus spe ex nautum consuetudine, quorum maxima in iis regio. copia, *Maet*, voce gentilitia ac vernacula nominantur, h. e. coniuncti ac sociati. In magistratu vero, dignitate aliqua illustri, vel consulari vel Senatoria, omniq; munere publico, quæstura, ædilitate, pillorum tutela, testamentorũ procuratione, aliisq; nctionib. *Veynotit* sese vocãt, etiam qui apud nos cõlatu funguntur, quod Latinis collegam, sonat. Et vesta itaq; consuetudine, ac vulgato loquendi more, em inter has gentes obseruabant Romani, cum in regionibus versarentur, illasq. terras sibi vectigaac tributarias facerent, aut in societatem ac tute n Romanæ potentiæ assumerent, Mattiacos vocant: vt qui apud Germanos *Horman* nominatur Arnium, atq. apud Cæsarem in Commentariis, *Ambhsheeren*, Ambactos. Eo enim nomine designant lgæ illustres aliquot viros, penes quos est summa rum atq. in eo coloniæ alicuius seu municipij amu, vlloque territorio, dominatus. Nam Zelandiæ men recens est, ac veteribus incognitum, à terra mari conflatum, quasi dicas terram ac solum maimum: mari enim vndique cingitur, multisque inlis distincta est, nempe quindecim, tametsi paucis hinc annis magnam cladem huic regioni Oceasintulit, cuius sæuitia atque immanitate magna landiæ pars diuulsis ac dissipatis funditus aggeris, salo oppressa est, atq. mari æquata subsistunt taen insignes aliquot insulæ, quarum tres præcipuæ m Oceani æstu continenter luctantur, atq. immẽ-

Collega quo nomine Zelandicis dicitur.

Lib. 4. belli Gallici.

Ambacti qui Zelandis.

Zelandia insula fœcunda.

ſis ſumtibus (quod non facile Principi, aut qui illi
vices obeunt, perſuaderi poteſt) aduerſus barbaru
hoc atque indomitum elementum ægre ſe tuent
Inter has primum ex alto in portum delatis ſe off
VValachria, vel ab eius cultore ſic denominata,
VValachria unde dicta.
vt coniicio, à Gallis qui hanc oram frequentabāt, q
Belgica voce etiam nunc *VValen* vocantur, impube
VValachria ſitus.
corū *VVaelkens*, aut ab ea Britanniæ parte, in qua v
ſus occidentem conſiſtunt VValli apud Anglos p
cipuæ nobilitatis viri à Gallis etiam oriundi, ꝙ id
ma illorum adhuc indicat. Inſula hæc ab ortu B
bantiæ obuerſa eſt, à meridie Flandriæ, ab Aquilo
Batauiæ ſiue Hollandiæ, ab occaſu æquinoctiali B
tanniæ, in quā breuiſſimus eſt traiectus, & à qua pa
primus in oceanū ingreſſus, quocunq; terrarū viſu
Arnemuda portus.
ſit nauigationis curſum dirigere. Præbet n. Arnem
da Metelliburgi municipium, tutiſſimū omnib. p
tum, fidamq. nauiū ſtationē: nam hic præcipue cl
ſis quamlibet numeroſa inſtruitur, in quemcunq
oceani tractum velificatio perficitur. Cum autē h
inſula præter fundi aliquot appendices ſerius illi a
nexas (*Polders* noſtri vocant) octo miliarium amb
conficiat, vt etiā Scaldia, cui intra centū annos iug
rū tria millia auulſa ſunt, cultiſſimis aliquot pagis
villis diſtincta ſit, tum vnū habet emporium negot
Metelliburgum emporium.
torū frequentatione celebre cū primis ac illuſtre M
telliburgum, à Metello pcipuæ nobilitatis ac Con
laris dignitatis apud Romanos viro id nomē vt ple
Quid Germanis Burgh.
que opinantur, conſequutum, cum ego à Burgo, h
eſt, munito atque eminente caſtro, aut arce rupequ
inacceſſa, quale apud Romanos Saxum Tarpeiu
denominatum putem, quod in inſulæ huius med
tullio, ac velut centro conſiſtat. Quæ loca occupa
ſolent, ac præſidio munire duces præfectique regio
num, quo ex editiore loco tanquam è ſublimi ſpecu
la, ac velut in excubiis collocati omnia ſpectarent

arqu

: incurſionibus hoſtium obſiſterent. Hinc enim
Belgas emerſit Burgimagiſtri, & Burggrauii di-
s. quod penes hos ſit ſumma poteſtas, & loci il-
præfectura. Nec tamen diffiteor, quin ad huius
litorem referri poſſit, à quo tali loco hoc propu-
ulum contra hoſtiles impetus ſit erectum. Diſtat
n à Metelliburgo verſus Africum ſeu occaſum
rnum, interuallo ſexdecim ſtadiorū, q̄ bis mil-
ſus conficiunt, aut bina miliaria, vrbecula exi-
quidem murorū ambitu, ſed arte ac natura mu-
qua parte mari obuerſa eſt. quæ ſtrenuis piſca-
us, atq. exercitatis naucleris, quos Pilotas vo-
refert à Fliſſinga nominatur, non Vlyſſea ab V- *Fliſsinga ciuitas.*
vt quidam nugantur, producta origine, ſed ab
aut lagena potius, quod poculi genus fictile,
rne anguſti oris eſt, ne impudenter liquor ef-
i poſſit: in medio, diſtento ac capaciore ventri-
. qui circa imum graciléſcit, ac ſenſim extenua-
Belgis *een Fleſſche* nominata. Cuius imagine ciui- *Lagena quale poculi genus.*
huius vexilla ac manipuli, quos etiā nauiū ma-
vertice erectos conſpicimus, inſigniti ſunt: Cū
m loci huius incolæ ſuauiter ſe poculis reficiāt,
ab iis etiā abhorreāt fœminæ, aliquando in hoc
mine viris robuſtiores, ab amplexu lagenæ, qua
lariter afficiuntur, eāq; identidē exhaurire ge-
t, nomē hoc conſequuti ſunt, aut idipſum ſibi à
ndi conſuetudine adſciuerunt, quæ quidē inter
noleuit nō vt inebrientur, ſed inter ſe exhilare
t, atque animi nebulas diſcutiant. Sunt n. com- *Nomen à re inditum.*
es in hac regione tetrici, mœſti, ſuperciliosi, me-
holici, qui affectus à Brabantis ac Flandris ſunt *Fliſsinga Zelandi cur poculis addicti.*
ai, vt quos non triſte Saturni ac Martis, ſed lætum
lutare Iouis & Mercurii ſidus informat, eoq. fit
elandi, qui percipiunt excutiendas illas animi
eſtias, Geniales eſſe ſtudeant, atque affluentiore
has animi carnificinas opprimere. Verſus ortū

æquinoctialem Scaldiæ opposita abest à Metellibu go pari propemodum distantia ac totidem passib Campoueria ciuitas, perangusto mœnium ambit paucis abhinc annis Scotorum frequentatione cel bris, nomen id à freto obtinet, quod ab ea littoris ra in vlteriorem Campæ ripam ac sinum, qui Noor beuelandiæ annexus est, transferri homines solean Primus n. portus, ac nauium cymbarumque statio qua cõscensa naui aut scapha traiicimus, *Veer* Belg dicitur, aliis *Vaere*, Latine traiectus & transuecti Huic Aquilonem versus, aut ab ortu solstitiali opp sita est Scaldia à preterlabente Scalde flumine sic no minata: quæ cum multis populosis pagis ac colon distincta sit, plurimas exhibeat rusticanas villas, pl raque vrbana atque antiquæ nobilitatis præda ac p latia, vt Haemstediam & Renissæ affinem Moermor dam, tum præter Brouersauiam nõ ignobile munic pium: ciuitas Zirizæa à conditore nomẽ sortita han insulam præcipue exornat, quæ anno redemti orbi 849. imperante Lothario primũ in formam ciuitat ædificari cœpta, ac mœnium ambitu muniri, ex par uis initiis in eum splẽdorem adaucta est, vt nulla cla rissimarum ciuitatũ sit inferior. De qua hoc citra o mnem ambitionem, aut immodicum erga patriar affectum ausim testari plurimis illam viris eruditis præclarisq. ingeniis fœcundam esse ac feracem, neg tiatoribus, auidis ac sagacibus refertam, quibus ex r frumentaria ac lectissimo tritico, ex niuei candori sale, ex rubio frugifera, salsamentorum ac piscium copia, armentorum pecudumq. immensa vi quæstu accedit vberrimus. In re familiari ac domestica, o mnia elegantia, nitida, expolita, mensa frugalis ac moderata, nec vnq̃ prodigaliter sumtuosa: in merca tura exercenda nemo non ciuium solers atq. indu strius, lucri auidus ad rẽ attentus, in tenuiores tamẽ atq. inquilinos inopia pressos liberalis ac beneficus, in

Veria ciuitas.

Veria ciuitas unde dicta.

Scaldia insula à flumine sic dicta.

Zirizæa quando primum erecta.

Zirizæi literis efficiuntur.

ceteros vero hoſpitalis, blandus, comis, affabilis, candidus, abſque omni ſimulatione ac fucata ſpecie, nulli non obuius & expoſitus: in pietate ac Dei cultu religioni q̃ ſuperſtitioni propior. Quod vero ad populares ac loci huius indigenas attinet, nuſquam gentem tam dextri, tantaq; ſagacitate in odorandis explorandisq; impoſtoribus, captioſis, fraudulẽtis, ſubdolis, inſidioſis aſſentatoribus: qualibet ſcite adulentur, palpent, blandiãtur, aures titillent ac ſcalpturiãt, ideo vt non facile horũ technis, fucis, fallaciis, verſutiis decipiantur, ſed illis eueſtigio deprehendant: *Zelandi ſtatâ.*

digno cere cauti *Perſ. Satyr. 5.*
Quid ſolidum crepet, & picta tectoria lingua,
Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro.

Vt aſſolet iis quib⁹ aliud clauſum in pectore aliud in lingua promptum. Ab hac diiudicanda peritia emerſerunt in Belgas aliquot (exhibita aliquando populari comœdia) hæc vulgata dicteria dictante morione ne quis offenderetur: Brabantus hilaris, feſtiuus, ridiculus, in ſcenicis Comiciſque moribus immodicus: Flander mulieroſus, ſalax, intemperans, libidinoſus, petulcus, laſciuus: Hollandus ſimplex, improuidus, incautus, infacetus, iners, ſegnis, ſomniculoſus, ſtolidus, ac minime aſtutus: Zelandus callidus, vafer, verſipellis, aſtutus, ſubdolus, captioſus, verſutus. Qui affectus etiam ingraueſcente ætate, ac ſenectute vires concipiunt, ſeſeq; efficacius proferũt, niſi ſedimita naturæ propenſione atq; inſtitutione aliter edocefacta ad meliorem frugem perducatur. Siquidem infimæ plebis iſta ſunt vitia ac gentilitii mores non patriciorum aut virorum illuſtrium, qui liberaliter educantur. Cum autẽ omni nationi ſui adſint affectus ac vitia, mores, propenſiones, ſtudia, h. e. inſtituta quibus ſe quiſque applicare ſolet, tum huic quoque genti à qua nihil humani alienum, non deſunt genuini inſitique affectus, ad quos naturæ incli- *Belgarum inferiorum aliquot propenſiones.* *Mores gentilitii plebi peculiares.* *Omnis natio ſuis vitiis imbuta.*

natione feruntur partim ex circumfuso aëre, q ma-
nifesto corpore afficit, partim vt alimenta præterea
ex parentum natura auidisq. moribus, ac vulgari vi-
tæ consuetudine, quæ aliquando ita inoleuit ac m-
ri infixa est, vt vix eximi queat: quo fit (si patrici-
demas qui nusquam non cultu ac doctrina expoli-
sunt) vt gregaria ac promiscua multitudo passim i-
humana sit rudis agrestis, ferox, crudelis, indomit-
atq. à ciuili vitæ consuetudine aliena, quascunq. et-
nationes excutias Verum quo inueteratus error,
deprauati mores qui ab incunabulis ac prima infan-
tia inolescere animis nostris incipiunt, ita vt eos ve-
ut cum lacte nutricis suxisse videamur, eximantu-
pgenitorum munus ac officium est (quod nostrate-
nunc sedulo præstare enituntur) vt ex se prognati li-
beraliter instituantur, cumq; animo cultū ac fomen-
ta adhibere curent vt exuta natiua insitaq; feritate
ad omnia humanitatis officia inclinentur. Vt enim
syluestres arbores cura atq. industria hominum mi-
tescunt, immanes beluæ officio ac molli tractatione
mansuescunt, ac cicurantur: ita quoq. humanus ani-
mus non prorsus ferreus aut adamantinus flecti po-
test, atq. ad artes humaniores, ad probitatem, decus,
virtutem, pietatem, religionem informari. Quæ res
effecit apud nos, vt piscatores gens rudis ac pelago
adsueta, quorum apud Zirizæos supra quingentos
esse constat, præter hos qui nondum satis adulti, in
huius negotii tyrocinio versantur, paulo post in nau-
tas ac veteranos assumendi, ea sint morum ac vitæ
integritate, vt nunquam inter illos vllæ contentio-
nes, iurgia, simultates, dissidia exoriantur, nec vnquā
inter se lites consectentur, aut iure cum æqualibus
contendant, ita vt magistratus nunquā, nisi in vrgen-
tissimis caussis se horū controuersiis interponat, sed
omnes inter sese coactis comitiis dirimunt ac conso-
piunt. Nullum inter suos gregales tolerant mendicū,

Patriciorum conditio diuersa à plebeia.

Infantia à maioribus instituenda.

Simile à feris & arboribus syluestribus.

Zirizea piscatoribus fœcunda.

Nautarū apud Zirizæos vitæ conditio.

probro ducunt. si quis ex consociatis ostiatim sti- emendicet aut quid aliud eblandiatur. quin ipsa atoria societas, & qui inter illos est primarius, m Decanum vocant, singulis quibus res domi an- a est & contractior, quam vt familiam alant ac su- tent, ex communi ærario suum dimensum consti- ita vt non desit, quo famem frugaliter ac libera- r solentur. Cum autem numerosa multitudo pi- u se exerceat, ac paulo longius in Oceanum pro- sa, victum in mari venetur, si quando parce & ma- e piscari contingit nullius vnquam horum se ve- aut excruciat. nec cuiquam male precatur, sed o- a placide ac sedate perfert meliorum spe atque cia. Ista autem animi moderatio in hominibus incultis, non præscriptis legibus, aut sapientum ntra, mentibus illorum impressa est, sed instinctu tuque naturæ, ac rationis iudicio concepta, quo ernunt, quæ honestati ac decoro deseruiunt quæ illi sunt aduersa. Ceterum vt ad Scaldem recur- ratio, Fluuius hic in Veromanduis vetusto ad- nomine cognitus geminis fontibus progressus Neruios, nunc Tornacos, per Gandauum vrbem eberrimam, quæ mihi prima tyrocinii rudimenta tulit, reliquosq; Flandriæ tractus diffunditur, ac x Antuerpiã delatus, vrbis mœnia alluit, portum inibi insignem, ac clarissimam nauium stationē eris exhibet, deinde paulo longius progressus, bi- tito cursu Brabantiam ac Flandriam a Zelandia riminat: siquidem sinistra in Austrum contortus, deflexus Flandriæ oras ac littora persequitur, alio- e nomine insignitus, *de Honte*, à latratu ac fremitu atur. quo per Zuytbeuelandiam ac VValachriam Oceanum occidentalem patet aditus ac rur- in has oras accessus, dextra vero relictis Braban- finibus continuato cursu: seruatoque veteri eo per Scaldiæ insulæ littora violento vastoque

Piscatorũ apud Belgas affectuũ moderatio.

Ductus naturæ quid efficiat.

Scaldis fluuii origo & decursus.

Gandauum studiorum alumna.

Antuerpiam Scaldis exornat.

Scaldis per Flandriam decursus, cur de Honte dicitur.

Cæsar. lib. 6. Comment.

gurgite in Oceanum deuoluitur, atque ex vetusta appellatione Scaldis nominatur. Belgis visitato nomine *Scheldt* Gallice *Escault*, vnde insula hæc Scaldia denominata, vulgo *Schouwe*. Cuius fluuii præcipuum alueum, profundumque gurgitem (*Canael* nautæ vocant) quem naues consectari debent, ne vadis inhæreant, ac sisti contingat, etiam hac tempestate indigenæ exactissime exploratum habent, suoque illum nomine designant commonstrato loco, à quo ante multos annos Oceani ostia subire solet, ac fluctibus marinis immergi, ita vt ne intempesta quidem nocte, nostrates nautæ ab hoc deflectant aut in diuersum rapiantur, vt aliquando vsuuenire solet, velificandi imperitis, insigni mercium ac vectorum detrimento. Exaudiuntur autem hisce locis fragores ac strepitus horrendi vel subsidente in imum fluctu, vel vbi rursus æstus aduentare incipit, ac ventorum violentia exasperatus Oceanus fluuio obnititur, quod ipsum potissime vsuuenire solet, vbi post aquilones austrini flatus ingruunt, ita vt accolæ percepto plus quam miliaris interuallo Oceani ac Scaldæ fremitu tempestatem imminere ante triduum pronuntient. Cum autem angustiora olim essent Oceani ostia, minusque vasti ac patentes in continentem aditus conspectus in mare Scaldis ferebatur, siquidem incrudescente quotannis æstu marino, ostia faucesque dilatari contingat, ac sinus laxiores effici, vt gulosis assolet, qui immodico potu se proluunt; quo fit vt flumen hoc affluentiori salo obruatur, nec facile decursus eius, quo in Oceanum effunditur, conspici queat. Non desunt, qui nominis affinitate decepti, eam speciem aselli piscis, qui mihi aliquando Plinii visus est Callarias, ex hoc fluuio nomen obtinere credant, atque à *Scheldts Schelvisch* denominari, quod in Oceani ostiis, in quæ flumen hoc se exonerat, vel hamo, vel retibus subducatur: cum à squamis potius vulgo

Ziriz.æi exercitati nautæ.

Scaldæ fremitus, quando tempestatem denuntiat.

Simile à gulosis, quibus fauces dilatantur.

Schelvisch, *piscis, vnde denominatur.*

go *Scollen* (nam *Scolpen* testaceis attribuuntur, non
ibus)appellatum censeam quibus densius conte-
obductusque est, ac velut lorica munitus: eoque
vt cum elixandus est (nam torreri recusat) cultro
adi debeat ac desquammari, secus quam Asellus *Asellus piscis, Cabbeliau.*
go *Cabbeliau*, læuore perpolitus, cuteq; molli, nec
amosa, nec etiam in ipsis Oceani faucibus, quas
nit, capitur, sed in alto longeque remoto mari.
metsi non ignorẽ pelagios aliquot pisces aliquan-
fluminis ostia subire, dulcis aquæ illecebra, qua
re pinguescunt, vt Salmones qui ex Britannico
ticoq; sinu, aduerso amne in Rhenum ac Mosam
netrant, vt etiam Trissæ, alosæ, lacciæ, vulgo *Elft*,
giles, harder, acipenser vel sturio, Anguillæ vero
tra quam marini pisces, salsam aquam appetunt, *Anguilla salsa aqua delectatur.*
a gustata mire agiles efficiuntur, minusq; lubrici,
que esui salubriores, quo fit vt circa cataractas
stri *Sclusen* vocant à claudendo) quæ apertis val-
aquã, qua hybernis mensibus agri opprimuntur,
lento impetu in mare profundunt, inusitata ma-
itudinis anguillæ nassis ac sagenis eximantur. ve-
m de his aliquando vberius, vbi Conrado Gesne- *Conradus Gesnerus laudatus.*
viro cum primis erudito paria fecerim, atque ho-
menti loco Compendium de piscium trimalibus
menclaturis illi dedicatum absoluero. Ceterum
men hoc qua parte Scaldiæ oras attingat, atque
nc in Oceanum illabitur, Orientales regionis hu-
insulas ab Occidentalibus discriminat, quarum
æ ad Ortum spectant, *Beeosterschelt* indigenis vo-
ntur: quæ vero Austro ac Flandriæ obuersæ sunt,
westerschelt, quasi superiorem ac inferiorem aut
eriorem atque vlteriorem dicas, quorum a-
cis Scaldam, alii trans Scaldam consistunt. Desi-
antur autem his nominibus duæ insignes Quæ- *Zelandia in duas Quæsturas diuisa.*
ræ, quibus Prætoria etiam dignitas, ac Dictatu-
potestas attributa est, sic vt harum præfectis ius

ac fas sit tota passim regione (præter ciuitatum municipia, quæ consulum tutelæ ac pſidio subsunt) Regio dominatu facinorosos coërcere, vagos ac palantes corripere, nebulones ac mendicos validos, sicarios, oppressores in vincula coniicere, ac tormentis exploratos in iudicio capitis arescere, quo omnia passim quieta sint & pacata, & ne quis iter ingressus, aliquid hostile metuat. Obiuit hoc munus multis annis inculpate, eoque præclara ac magna laude functus est nullius offensione Illustr. vir Hieron. à Seroskerka, Equestris ordinis heros, multisque aliis nominibus suspiciendus. Adauget vero socer: decus & amplitudinem pari generis splendore ac nobilitate magnificus vir Iudocus à VVeruia rei agrariæ in insulæ nostræ ambitu præfectus non sine maxima amplissimarum dignitatum exspectatione. Excitauit elapsis aliquot retro seculis fluuii hic decursus inter Zelandos, qui in eodē sunt cum Batauis comitatu & Flandros, acerrimas cōtentiones ac cruentas pugnas. Appellat autem atq; veneratur vtraq; natio suos Principes Comitis nomine, adiectis aliquot speciosis titulis: qui dominatus hinc emersit, quod præcipuæ nobilitatis viri Imperatores ac Cæsares in adeundis periculis comitarentur, suamque operam sedulo illis præstarent, vulgo *Graven*. Quæ potestas ac nominis amplitudo Iustiniani tempore primū inoleuit, eamque appellationem consecuta est. Deinde sub Berengario & Orthone competitoribus ad posteros deriuata, proximum apud Imperatorem consessum accomitatum obtinuit. Anno autem Domini 863. imperante Carolo Caluo apud Batauos, iilisque affines Zelandos, hic principatus primū constitui cœpit ac Comitatus nomine designari, primusque Comitis nomine inauguratus Theodoricus filius Sigiberti Principis Aquitaniæ, qui annos octo & triginta in eo dominatu versatus, successorē Theodoricum secundum

Hieron. à Seroskerk.

Iudocus à VVeruia.

Comites vnde dicti.

dum

m herilem filium constituit, à quo ad nostra vsque
mpora: hæc Regia potestas longa heroum serie ad
uictissimũ Hispaniarum Regem Philippum deuo-
ta Comitatus nomine censetur, eiusque prouinciæ
incipes Comites appellantur. Si qui apud Braban-
s ac plerosq; alios potestate regia exsistunt, Duces
cantur, à deducendo in hostilem agrum exercitu,
lgo *Hertogen*, quasi dicas exercitus ductores. Cum
tem Flandriæ Comes Guido Dampetra, proferēdæ
tionis esset auidus, ad occupandas aliquot Zelan-
æ insulas animum induxit: itaq; primo VValachriā
i subiicere, ac vectigalem facere meditatur, indu-
que in hanc ditionem exercitu (nam facilimus e-
t traiectus) illam incursionibus, incendio, igni,
rro depopulatur, ac vastat, tandem Metelliburgum
bsidet, ac per fecialem (*Harault* nostri vocant) ad de-
tionem solicitat: cum in id non admodum paratos,
omtosq. sentit ciuium animos, admotis arietibus,
ctoq; vno aut altero insultu ciuitatem expugnat.
uilielmus Batauorum ac Zelandiæ Comes eius no-
inis tertius, cum ciuitati subsidium adfert, Ziri-
eis stipatus, quibus maxima fidebat, duob. vno die
ræliis victus, sanguine madidis vexillis (vnde emer-
runt Ziriżææ ciuitatis insignia sanguinolento co-
re perfusa) Zirizæam, qua nulla tunc munitiora,
it Principi magis deuota propere contendit, Gui-
victoria elatus, relicto intra Metelliburgum præ-
lio, in Zirizæos omne belli robur conuertit, quos
m sesquimensem obsidione premit, maximis da-
nis afficitur. Siquidem oppidani continua eruptio-
e, magnam stragem Flandris intulerunt, multosque
ptiuos in ciuitatem adduxerunt: tandem impe-
atis vtriusque consensu induciis, concessaque sex
ebdomadis belli mora, Guido in Batauos expedi-
onem molitur. Elapsis induciis Zirizæi collecto
ilite, instructaque classe in VValachriam confestim

Duces vnde nomen sortiti.

Guido Dampetra Flandriæ Comes.

Metelliburgum expugnatur.

Vexilla Zirizæa cur rubra.

Ziriz.æi Metelliburgum expugnatum Comiti restituunt.

traijciunt, cæsisque ac profligatis Flandris civitate in potestatem redigunt, ac perexiguo accepto inc modo in sedes suas se recipiunt. Princeps Batauoru ac Zelandorum Guilelmus eius nominis tertius, pe cepta tam insigni victoria, ciuitatem Ziriزæam ma ximis honoribus afficit, multisq; priuilegiis, congia rijs, donatiuis muneribus exornat. Guido vero Fla driæ Comes re apud Batauos male gesta, acceptoqu vulnere in Zelandiam secedit, deinde paululum re creatus ad oppugnandos Zirizæos, à quibus ereptu Metellibu rgum indignatus, animum intendit. Itaqu coacto numeroso exercitu, tametsi vltra sesquimer sem bis ab hac esset repulsus, atq; infecta re decede re sit coactus, rursus illos lacessit, atq; arctissima ob sidione pressos continenter oppugnare non desinit Cum autem oppidani in extremis essent constitut atque in summa difficultate: in maxima rerum ino pia versarentur, nullis tamen vel blandimentis, ve minis ad deditionem impelli potuerunt, tametsi iam septimum mensem præter incendia atque immissa in ciuitatem faces omni tormentorum genere arie tibus, catapultis, testudinibus, fundis, ballistis, aliisq machinis, quarum illo seculo frequens vsus, terr mariq; oppugnarentur. Cum itaq; in angusto res es sent constitutæ, omnique præsidio destituta ciuita

Zirizæis virtute parta priuilegia.

Francorũ Rex Zirizaos subleuat.

opportune Rex Galliarum Philippus cognomento Pulcer, nulla interposita cunctatione aut mora Io annem Payderosum ducem præfectumque maris, a Reginerium Grimaldum Genuensem instructa clas se atque adornatis aliquot longis nauibus, quæ quod remis frequentius quam velis incitantur, triremes vocantur, Zirizæam amandat, vtque obsessis subsi dio adsint, ac mature subueniant cohortatur, illi ni hil cunctati Regis mandato obsequuntur omniaque è uestigio perficiunt: quos vbi in excubijs constituti, è sublimi atque eminente specula à qua in mare la-

Triremes vulgo Galeyen.

imus proſpectus, aduentare, nec procul abeſſe nunciant, confeſtim Gulielmus Batauiæ ac Zelandiæ princeps, Regis ſororius, conſpecta primum naue prætoria, deinde numeroſa longo agmine claſſe quas ipſe in eum vſum ſtruxerat naues, illis adiunctis, collatiſque copiis atque vnita claſſe Flandros adoriri atque opprimere ſtatuunt, oppidanis etiam recuperata in ſpem victoriæ erectis, qui redintegratis viribus longa obſidione attritis, rurſum in hoſtem animantur. Cum autem ſtat in procinctu acies ac claſſis omnib. armamentis accurate inſtructa in hoſtem incitanda, è ſtatione moueri incipit Flandri (vt illi deſunt æſtus militares ac ſtratagemata) nauem quandam ſarmentis, faſcibus, ſcandulis, ſtramentis, ſtipulis, alioque fomite atque aridis nutrimentis, quæ cito flammam concipiunt, conſtratam, oleo, pice, ſulphure, ſeno, adipe perfundunt, eamque accenſam æſtu, ac vento ſecundo, in aduerſam claſſem dirigunt. Cum autem nauis flammis onuſta hinc inde hæreret, ac ſubinde vadis implicita lente progrederetur, ita vt Oceanus propemodum in ſummo conſiſteret, ac iam iam refluxum meditaretur: ecce derepente (quod ſingulari Dei prouidentia factum credi par eſt) ventus mutata ſtatione in aquilonem impellitur, ac remeante maris fluxu flammifera nauis retorta, Flandrorum claſſem inuadit, omnique ex parte incendia miſcet: complures, ne flammis abſumerentur ac concremarent, in mare deſiliunt, ac periculum periculo commutant, vitamq; natandi peritia redimunt. Turbatis hac clade Flandrorum rebus noſtrates remis veliſq; in illos irruunt. Illi nihil facti ſegniores, reſtincto, qua licet, incendio, reliquas naues flammis intactas, omneque exercitus robur acriter hoſti opponunt: Certatum eſt initio ancipiti dubioq; Marte à meridie ad vergentem vſq. ſolem, ita vt ne nox quidem, quæ ea

Nauale prælium.

Flandrorum virtus.

parte anni, nempe Idibus Auguſti ſubluſtris eſt, præ-
lium dirimeret. Noſtrates æquo loco conſtituti, ver-
toque ab ijs auerſo ac ſubſidente Oceano, ign , ferr
faculis accenſiſq. ſarmentis ad ſudibus hoſtibus te-
rorem incutiunt, multoſq. ardentes globos ac face
in hoſtiū naues ijs comburendis ꝓuoluunt. Interi
oppidani reſeratis portis factaq; eruptione ma
illis cladem inferunt, ac Flandrorum impetus in no-
ſtros retundunt ac reprimunt, muliercul s etiam
hoſtem ita efferatis, vt non minus fortiter & anim
ſe, quam viri, ſe illis opponerent. Tantus in eo con-
flictu fragor, ſtrepitus, clamor, vociferatio, vlulat
fuiſſe perhibetur, vt plerique teſtati ſint, pluſquam
trium milliarium interuallo, horrendos illos clamo-
res fuiſſe exauditos. Quod nemini ſupra fidē vider
debet, cum in mari editus ſonus, aut excitatus fre-
mitus incredibili diſtantia percipiatur, præſertim ta-
cita ſilenteque nocte. Cum enim nihil obſtet, vel ne-
mora, vel montes, aut in cœlum erecti ſcopuli: clan-
gor per æquoris planitiem veluti patentem atque vn-
dique exporrectum campum, longe lateq; ſe diffun-
dit, ac per aëra voluitur. Cum autem tota nocte mi-
ſeranda ſtrages, ac cædes horribilis ſit edita: dilucu-
lo rebus deſperatis, victi fuſique Flandri in hoſtium
poteſtatem rediguntur. Deſiderati in ea pugna Flan-
drorum octo plus minus millia, capti præter grega-
rios milites quorum non facile numerus iniri poteſt
Guido Dampetra Flandriæ princeps, ac cum illo in-
numeri proceres aulici: direpta ſigna militaria, pel-
les, tentoria, manubiæ, multaque opima ſpolia at-
que exuuiæ cum Principe ac captiuis in ciuitatem
relata ſunt. Tota aūt claſſis, quæ illis numeroſa erat,
ſuiſque armamentis affabre inſtructa, vel quaſſata
& conuulſa, vel incendio abſumta, reliqua in ho-
ſtium poteſtatem redacta. Hæc itaque memorabili
clade afflicti Flandri de componendis rebus, capti-
uiſque

Nocte omnia late exaudiri.

In mari ſonitus longiſſime exauditur.

Guido Flandrorum Comes captus.

Non temere ſuſcipiendum bellum.

ue redimendis consilia ineunt, quæ documento
cipibus esse debent, qui alienæ ditionis sunt aui- *Non inuadendas aliorum ditiones.*
ac finitimorum possessioni inhiant, non tentan-
bello vicinas regiones, vbi nulla subest legitima
sa aut iusta belli origo: quæ etiamsi exsistat: præ-
omnia potius experiri, nullasq; non conditiones
s admittere, quam arma in manus arripere. Ce-
soluta iam ciuitatis Zirizææ obsidione, con-
pq; bello, quod euenit Anno Domini 1303. Idi-
Augusti, qui dies erat Laurentio sacer, ne parta
am atroci ac cruento bello victoria, annorum de-
u obliuioni obrueretur, aut ciuium animis exci-
t, decretæ sunt solemnes atque anniuersariæ
plicationes Deo immortali, easq; Senatus quot-
is eodem quo hæc peracta sunt, die, ac periculo
nta ciuitas, in sempiternam rei memoriam con-
ari voluit, quod à posteris nūquam intermissum
quin & impuberes, qui scholas publicas frequen-
, atque in palæstra literaria versantur, hunc diem
um habent, ac feriantur permissa iis ludendi li- *Aduersa quæ acciderunt aliquando animo repetenda.*
tia: ita rei gestæ recordatio posteritati tanquam
manus traditur: quo cuique ciuium innotescat:
tiq; fixius inhæreat, in quanta angustia, vitæque
rimine versati sint olim progenitores cum pro
& focis, pro coniuge ac caris liberis acerrime
rtant, suoque Principi strenuam fidamque ope-
præstare conantur. Interim hanc præcipue do-
nam exhibet posteris, eosque commonefacit rei
is annua continuatio, vt rebus afflictis ac despe-
, ad Deum Opt. Max. mentem erigant, atque ab
alutem, patriam obsidione liberam, prosperos
m successus, victoriam incruentam summis vo-
xoptent: quod vnice factitasse legimus Abraha-
n, Mosen, Dauidem, Ezechiam, Iudith, complu-
que alios, qui huiusmodi præsidiis victoriam
consequuti. Ceterum cum Scaldia, in eaque

sita Zirizæa frequentia ab exteris lacessita sit, ac be-
lis quassata, tum insularum nulla minus Suytbew-
Suytbewelandia insula unde dicta. landia, quæ à solo Austro opposita sic denomina-
est spatiosissimo amœnissimoque versus Flandriæ
Brabantiæ oras tractu exporrecta, tametsi paucis
hinc annis maximam iacturam passa, dimidio ia-
sit Angustior. Ab hac auulsa est ciuitas non ignobi-
Romersualla, quam nullis excultam agris, nullis e
Romersualla ciuitas. ornatam pomœriis Oceanus vndique alluit, ita
vnica salis negociatione subsistat. In Occidentali v
ro insulæ parte sita est Goesa ciuitas, perexiguo qu
Goesa ciuitas. dem murorum ambitu, ac splendide atque affab
exstructa, ciuibus morum ciuilitate perpolitis. E
præter hanc insula quædam Brabantiæ contermin
exiguo tantum freto discreta, in qua consistit Tol
Toletum Zelandiæ ciuitas. tum à vectigali & portoriis ita appellatum, vetustu
oppidulum: à quo non procul abest Martinianus ag
Martiniana ciuitas. ger, Principis Aurasiensis municipium, locus amœ
nus atq; arboribus vndiq; consitus, in quibus maxi
ma alitum, præsertim ardearũ copia nidulatur. Sun
præterea minutæ aliquot insulæ, minusque celebres
vt Duuellandia à columbarum frequentia sic deno
minata, Gœreda à fida nauium statione, Platessa
tum pleræque aliæ non ita pridem ex mari vindica
tæ, quarum descriptionibus inhærere superuacaneũ
puto, cum edita nuper Zelandiæ Topographia singu-
la exacte exhibeat, quæ spectator curiosus per otium
Zelandorum origo. oculis poterit demetiri. Quod vero ad gentis huius
originem spectat, constans fama est atque indige-
Zelandia apud Danos. nis per manus tradita, à Gothis ac Danis hanc pro-
fluxisse, præsertim ab illa insula Cimbrica, quæ in
Hafnia. Danis Zelandiæ nomine inscripta est, in qua spe-
Coopmans-haven. ctatur celeberrimum Emporium Hafnia, vulgari
nomine *Coopmanshaven*, à [illegible] frequentata: [illegible], op-
[illegible] sede-
[illegible]

unt atque exstructis primum casis, minutisq; at-
angustis tuguriis, sementi ac pascuis reddidere
neam. Erat enim Cæsaris ætate, magna terræ hu-
pars, quæ non aliud quam Bataniæ appendix est, *Zelandia Bataniæ appendix.*
ulta nec vnquam ad ferendi vsum vomere præ-
a aut fossione subacta, sed æstuariis ac paludibus
edita, ita vt etiam nunc Hollandia plurimos vn-
ue lacus exhibeat, adeo vt pedestria passim itine-
lis concisa, cymbis omnia transigenda sint: quod
m etiam Zelandis vsu venit in æstuariis, quæ ni- *Æstuaria quid.*
liud sunt, quam loca extra intraque littora ma-
fluctibus exposita. Siquidem effuso in ipsa me-
rranea salo, aquam affluenter concipiunt, ita vt
ernis mensibus omnia inuia sint, nec nisi scaphis
ca adire queant. Quod vero solum extra agge-
ad maris vsque crepidines atque extremas oras
tis iugeribus longe lateque exporrigitur, exallu-
e coaceruatum, crebris fluctibus æstuque tun-
r, ac nonnunquam extumescente Oceano vtas-
luna vel plena vel plurimum incoata, fluctibus
itur. subsidente vero, rursus emergit, ita vt loca
o editiora: & quæ eminent, suauissimo pabulo
des reficiant: In huiusmodi receptacula se o- *Æstuaria in bello Belgarum perfugia.*
conferre solent impuberes ac mulieres, omnis
ætas ad bellum inidonea, vbi Romani Belgicam
rsionibus infestarent: erat enim tutissimum ibi
ugium, quod aditus accessusque esset difficilis.
enim ea loca, quæ nostri *Stellen*, vel potius *Stal-*
oc est, caulas ac pecorum stabula vocant, no-
etiam tempore multis incuruis voraginibus, ac
cosis fossis, per quas Oceani æstus voluitur (no- *Voragines Zelandicæ, vulgo Creken.*
es *Creken* vocant) impedita adeo, vt equidem
trum, si imprudenter atque incaute in illis
erit, absorberi atque obrui contingat; quo fit
ci huius viæque ignaris istac penetrare perni-
am sit. Sunt autem multis Zelandiæ locis hex-

bidæ planities ac viridãtia floridaq; prata nullis ci
cta aggeribus, quarum vſus in iis regionibus nu
quam defuturus eſt: cum quæ à parte vna abradi
uellique contingit, alteri alluuione adiiciantur, ita
nunquam exſtruendarum inſularum materia he
regioni deeſſe poſſit. Horum quædam à virenti gr
mine ac læta pabulatione *Garſen* indigenæ vocan
quæ vero parcius gramine vireſcunt, nec vberem a
huc pabuli copiam ſuppeditant, à paſcendo velle
doq; *Scorren* vocant. Ex his vbi aliquot iugerum m
lia conglobari contingit, inſulas efficere noſtrat
tentant, ac cum vetuſtæ tum recentiores ope hum
na ex iis rudimentis coagmentatæ ſunt ac coalu
runt: multi olim ſoli huius vbertate, atque agroru
ſpecie illecti, expulſis veteribus colonis atque inq
linis, terram hanc inuaſerunt, eiuſque poſſeſſione
Batani Zelandis conſociati. armis ſibi vendicarunt. Non defuerunt atauorum
memoria, qui Batauis ac Zelandis infeſti has inſul
in ſuam ditionem ac poteſtatem redigere ſunt a
greſſi, ſed duæ iſtæ nationes inter ſe conſociatæ, ſe
per hoſtibus fortiter reſtiterunt: quo fit vt ad ha
vſque ætatem vtraque gens eodem vtatur dominat
eiſdem legibus, eadem iuris æquitate, eodem ſit
hoſtes animo. Fuiſſe hanc gentem, quæ Zelandiæ n
mine inſignita eſt, Batauis confinem ac proxima
Comm. Belli Gallici 4. eiuſq; regionis partem atq; appendicem, ex C. Cæ
re præter alia, iis verbis colligi poteſt: Moſa ex mo
Moſæ origo. te Voſeuo profluit, ac parte quadam Rheno recep
inſulam efficit Batauorum, neq; longius ab eo mi
Rheni origo & diuerſus. bus paſſuum in Oceanum influit. Rhenu autem
Lepontiis qui Alpes incolunt oritur, ac longo ſpa
citatus fertur, atque vbi Oceano appropinquat,
plures diffluit partes, multisq; ingentibus inſulis
fectis in Oceanum influit, quarum pars magna à f
ris barbarisque nationibus incolitur, quæ piſcib
& ouis auium viuere exiſtimantur, à quibus Rhen
mult

ultis capitibus in Oceanum influit: Quibus verbis
hi graphice describere videtur Batauos Oceano
tentrionali viciniores, tū illis conterminos Mat-
cos seu Zelandos, quorum insulas & qui in Occi-
ntali Belgica eadem sunt cū iis conditione ac na-
ra, paulo post his verbis designat: Pars in syluas,
rs in continentes paludes profugit: qui proximi
ceano erant, hi in insulas se occultauerunt, quas æ- *Com lib.6.*
s efficere consueuerunt, q̄ reuera nullæ aliæ sunt
am Zelandicæ. Quotquot enim sunt in Belgio O-
ano circumfusæ insulæ, tali modo conflatæ con-
ltæq. sunt, ita vt primum natura consistant, dein-
arte muniantur, ac paulatim cultura, atque indu-
ia hominum infructiferos fundos ac speciosos a-
os, cultaq. noualia redigantur. Ea est autem apud
s rerum vicissitudo, vt minimo annorū decursu ac
mporis interuallo magna incrementa hæc regio
cipiat, rursus maximam iacturā ac detrimenta pa-
tur, nec vlla res vices rerum humanarum, aut va-
os instabilesq. motus melius commonstrat, quam
elandiæ insulæ, quarum prosperi successus ac res *Zelandia mu-*
cundæ æstuario fluxu & refluxu nunc huc nunc il- *tationi ob no-*
c voluuntur. Nulla est apud vllas nationes anno- *xia.*
, aut res frumentaria etiā lectissimi tritici vberior,
vt bina iugera Zelandica plus emolumenti, cul-
ri ac colono adferant, quam quatuor Brabantica,
inus tamen tuta fidaq. apud nos huius rei posses-
:cum singulis momentis, præsertim hybernis mē-
bus flante Coro & Circio, ex maris sæuitia pericu-
m immineat. Vnde enatum prouerbium ab iis, qui
ptime rebus suis consultum cupiunt, atque iis tuto
ui exoptant, laudari Brabantici aëris clementiam
soli stabilitatem, Zelandici vero fundi reditus at- *Prouerbiū Bel-*
ue annonæ prouentum: quod ita efferunt vulgari *gicum de Bra-*
rmone *Brabantsche lucht, Zeeusche renten.* Nostra siqui- *bantia & Ze-*
em & auorum memoria centum plus minus iuge- *landia.*

rum millia in insulæ formam redacta, atque agge-
bus vndiq. cincta, dissipatis conuulsisque in imme-
sum congestis molibus inundante Oceano non si-
maximo incolarum interitu salo oppressa sunt. Ru-
sus indigenæ erectis nouis insulis, quod nostra-
crebro factitant, vbi herbidi ac graminosi campi
proferunt, sementi ac culturæ sedulo insistunt, ita
paucorum annorum spatio, affluenti omnium reru-
copia supra quam credi possit, ditentur. Sic apud Z-
landos insultibus marinis continenter expositos, n-
hil stabile, firmum diuturnum, & cui tuto posses-
dere aut inniti. Siquidem loca portuosa, quæ nau-
bus fidam tutamq. stationem olim præbuerunt, v-
dosa efficiuntur, ac vel arena vel limo oppleta, ne m-
nima quidam nauigia admittunt. Rursus littora nu-
lis portubus distincta: nullisque nauibus frequen-
tata, facta eluuione commodissimos portus cons-
quuntur, facilesque aditus atq; accessus nauibus ex-
hibent: quo fit vt negotiatio hominumque concursu-
& frequentia non vni loco perpetuo sit addicta, se-
aliquando ob portus commoditatem, ac loci situm
alio demigret ac transferatur. Sic Ziriżæa, nostra et-
iam memoria, numerosa classe instructa, non solum
onerariis nauibus, sed rostratis, & quæ ex Homer-
appellatione Holcades voce Belgis vsitata nominan-
tur, præter Hispaniarum ac Mauritaniæ oras, longin-
quas versus Aquilonē regiones frequentabat: nem-
pe Noruergiam, Daniam, Riualiam, Rigam, Geda-
num, vulgo *Dansyc*, Stocholmiam illustrissimi Sue-
ciæ Regis Erici auspiciis nunc celebrem: quæ naui-
gatio, vt sunt vices rerum humanarum, Hamstero-
damum modo translata est. Quanquam ciuitas Zi-
rizæa rebus omnibus ad commoditatem atque vsum
vitæ necessariis, cumulate fruitur, non minus afflu-
enter, quā cum exteris negotiatoribus esset celebris
ac commeantium vltro citroq multitudine frequen-
tata

Magna apud Zelandos rerū vicissitudo.

Holcas genus nauigii vastum vulgo Hulck.

Holmia Sueciæ regio.

;ſiquidem exterorum hominum concurſus, nun-
atio, mercatus, locorum celebritas, aliquando
prouiſo dilabuntur ac concidunt, vel exorto ho-
externoq; bello, vel concitato populari tumultu
ciuium ſeditione: cõfeſtim enim quotquot alieni
t ab eo loco, ſe ſubducunt, atque incolumitati ſuæ
ſulunt. At ea negotiatio, quæ excluſo omni fœ-
e inter ciues & domeſticos perficitur, facto etiam
xteris vel inquilinis compendio, quæſtuque libe-
, ſtabilis eſt, firma, ſolida, minuſq. inuidiæ expo-
. Quod ſi aliunde calamitas ingruat, cum ciues & *Mediocritas felicitatis laudanda.*
meſtici, intrepide infractoque animo ſubſiſtunt,
facile patrias ſedes, aras, focos, coniugem, caroſq.
eros deſertos patiuntur, aut ſuis finibus egreſſi, ſe
que alienis credunt. Videntur autem Zirizæi in
ta rerum humanarum mutatione, atque ex alia in
m viciſſitudine, quæ diuina prouidentia perfici-
, commodis ſuis ſolerter conſuluiſſe, atque incer-
enis commutaſſe. Cum enim populares veliſi- *Prouidentia diuina omnia administrat.*
di ſint periti ſſimi, vbi non ſatis ſuccederet nego
io illa nautica, quæ tranſmarinis mercibus perfi-
ur, mutata nauigandi ratione, piſcatu ſe exercere
perunt, vberrimo quæſtu ac nemini damnoſo, ad-
nullo prorſus naufragii metu, nulla rei familia-
iactura, nullaq; fœnoris aut vſuræ infamia. Reliq
o ciues compendia quæſtuſque honeſtos ac mi-
ne inuidioſos ſectantur, ex iis quæ terra in vſum
minum cumulate atque affluenter effundit, qui-
s illi neutiquã defraudato Genio, liberaliter fru-
tur, ac præter laudabilem inſtitutionem, ampliſ-
ham liberis hereditatem, paternique nominis ac
emoriæ patrimonium relinquunt. Cæterum vt ex-
is innoteſcat, qua terræ cœliq. parte conſtituta ſit
itas Ziriza, & quantum ab eleuatione poli di-
diatur, dimenſi ſumus polum Arcticum, ſiue
realem ſupra Ziriʒææ horizonta extolli, vno &

quinquaginta gradibus & quadraginta septem mi[n]us, in eamque altitudinem verticem illum produ[ci]: longitudinem vero perfici viginti quinque gradib[us]: quo efficitur, vt eum sol non adeo auersus sit, nec [lon]gius ab insula digrediatur, sed duobus æquinoctiis [&] totidem solstitiis illam moderate illustrat, indige[næ] solis beneficio minus stupida, obtusaque ingenia [sor]tiantur, verum faceta, vrbana festiua, pleraque ex a[u]ræ marinæ afflatu falsa ac vitiosa quadam dicacit[ate] contaminata, qua de re suauiter nuper philosoph[a]tus sum cum Hiobo Nicolaide, viro sagaci atque i[n]dustrio, qui cum strenue Reipub. functionib⁹ incu[m]bit, illamque summa ope fulcire nititur, integros [in]corruptosque ciuium mores exoptat. Et si quid vi[tii] ex Oceani halitu & salsuginosa vicina contraxeri[nt], institutionis industria corrigere.

Qui sit, vt senes ac prouectioris ætatis homines, cum minus r[o]bustos, tum tetricos plerumque liberos progenerent, vultu tristi atque inamœno, & qui rarius exhilarescant.

CAP. III.

QVi inclinata vergenteque ætate, vbi iuuenilis a[r]dor defeibuit, matrimonio se addicunt, magn[a] ex parte liberos procreant mœstos, morosos, tetr[i]cos, tristes, inamabiles, taciturnos, vultuque toruo a[c] facie minus blanda: quod non eadem ratione in ve[nerem] incalescant, eamque operam impendant pro[creandis] liberis quam iuuenes succulenti ac vegeti. *Iuuentus succulenta.* Siquidem ætas feruida ad peragendam huiusmod[i] comœdiam instructior. *Senes aridi.* Cum n. flaccidæ sint senibu[s] vires, spiritus exiles, corpus humoribus sanguinei[s] exhaustum, facultates naturales languidæ, eaque vi[s] quæ ab illis promanat, ac diffunditur in excitãdę pro[lis] vsum, inefficax atque inualida, modicisq; viribus imbuta: fit vt minus viriliter connubiali officio perfungantur, ac multa in iis, quos progenerant, desiderentur: quod indicatur in ea disceptatione, quam cũ

ra Genius habuisse describitur: Interroga, inquit, nitricem vt tibi expediat, cur quos non parit, non t eis pares qui ante nati sunt, sed statura mino-, & dicet illa tibi, alios vigente ætate conceptos e-osque esse, alios deficiente vtero: quo fit vt qui se-ctutis tempore producuntur, graciles exsistant, te-li, imbecilles, inualidi, improceri, & qui minus vi-m, minusque roboris obtineant, quod naturæ vi-senio collapsæ sint, ac naturales vitalesq; spiritus minuti: quo etiam euenit, vt animus demissus ex-at & deiectus, mens minus agilis, viuida, alacris, e-ta, quoniam omnia parcius contractiusque sunt nsequuti, nisi forte genitores blandi atque hila-, ac moderate vino concalefacti progenerandis li-ris operam impendant. Visi sunt enim seniculi ali-ando inter se iuuenari ac lasciuire, suaque habere ndimenta, ac vernis mensibus in amplexus rue-Siquidem ea pars anni equis etiam effœtis (vt ha-t prouerbium) hinnitum extorquet, quo Belgæ dicant, neminem tam deuexæ ætatis esse, quin nœnissima illa anni parte, qua se omnes naturæ es exserunt, aliqua erectioris animi indicia pro-at; quo efficitur, vt si in congressu Geniali mulie-n conceptu impleri contigerit, exactis nouem ensibus infantem edat blandum, elegantem, sua-m floridum, generosum, viuacem, agilem gesticu-um. Quod si progenitores etiam in ætate iuueni-mente nubila, minusque placida (vt plerique mo-si factitant) procreandis liberis operam impen-nt, omnia in deterius deuergunt, omnesque affe-s, & qui inter coniugatos exoriri solent tumul-s & intemperies, in fœtum deuoluuntur, ita vt nceptus, gestatio, partus nutritio nō decenter, nec turæ ordine perficiantur, ac pueri multa corpo-vitia, mentisque errores ex perturbatis animi mo-bus contrahant, quorum omnis culpa in parentes

Esdr. 6.

Cur nonnulli minus validi.

Cur nonnulli deiecta mente.

Prouerbium ab equis effœtis.

Ver spiritus etiam effœtos erigit.

Affectus parentum in fœtum transit.

Puerorum malitia parentibus imputanda.

transferenda qui huic naturæ prauitati causam p[...] bent ac seminarium. Quocirca qui liberorũ suo[...] incolumitati optime consultum cupiunt, atque i[...] tractabiles esse exoptant, moribusq; placidis ac se[...] tis: hoc inprimis efficere curent, vt in coniugii so[...] tate, & amplexu maritali, omnia moderate tra[...] gantur, ne quid incidat, aut suboriatur, quod v[...] intemperies, turbas, tumultus, nebulas excitet. [...]mnia enim in pullulantem fœtum recidunt, atq; [...]fantem ad similes mores informant, parentumq. [...]tas ac vestigia imprimunt. In similes causas refero proles (vt vocant) naturales, hoc est, qui extra legi[...]mum ac connubialem thorum sunt ꝓcreati, diue[...] exsistant ab aliis natura, conditione, moribus: qu[...]rum qui ab generosis parentibus ac patriciis desi[...]xerunt, animo vero excelso conspiciũtur ac sublim[...] multisque ac magnis dotibus exculti, mira ingen[...] sagacitate, prudentia singulari, iudicio exacto, p̄se[...]tim quibus parentes subsidio sunt, atque ad liber[...]lem institutionem adiumento, sic vt aliquando c[...] lumen familiæ in his consistat, atque omnibus, qui i[...]lis, vel sanguine, vel affinitate coniuncti sunt, deco[...] atq. ornamento. Cui rei ea ratio mihi subesse vide[...]tur, ꝙ omnia large atque effuse ex paternis lumb[...] ac viscerib. sunt consequuti, nec in furtiuo illo ac cl[...]destino concubitu, parce, ieiune, tenuiter, sed afflu[...]enter naturæ munera illis infusa sunt. Cum enim v[...]terq. auide se explere libidine gestiat, ac prodigalite[...] in amplexus atq, oscula proruat totisque viribus a[...] profuse in propaganda sobole incumbat, fit vt o[...]mnia, quæ in conceptu necessaria sunt, cumulat[...] perficiantur, nec quidquam in hoc negocio desider[...]retur, eoque euenit, vt cum nati parentum indolem exprimunt, ac multa ab iis sunt consequuti, incredi[...]bilis sit vtrobique amor ac propensio, ac singulariter erga se mutuo afficiantur. Ex qua vi etiam emergit

Affectus in fœtũ transeunt.

Naturales proles, quas vulgus vocat.

Cur filii naturales quos vocant, aliis ere[c]tiores.

Amor parentũ in filios, & è diuerso, vnde emergat.

in hac

nar sobole alacritas mentisque erectio, tum gene-
us quidam affectus animi, quo tales indignantur
ra decus, limitesq; matrimonii se esse prognatos,
deesse sibi aliquid præ cæteris, quod ad honores ac
nitates, publicasq; functiones attinet. Quæ res ef- *Sublimis animus ad summa enititur.*
t, vt se modis omnibus extra contemtum vindica-
itantur, atq; illam notam, quam imprudētes qui-
n impingunt, quibus aliquādo fœdior, atque adul-
io contaminata propagatio, probitate vitæ ac mo-
n integritate aboleant: qui vero huius status ac
ditionis homines plebeis modicisque parentibus
i, educationis subsidio destituti sunt, rei familia-
inopia non facile ad præclara eluctari possunt, at-
humo se attollere. Siquidem, vt is ait:

Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat *Iuuenal. Satyr. 3.*
Res angusta domi.

netsi enim paupertas sapientiam sortita sit, vt ha- *Paupertas sapientiā sortita.*
proue bium, multarumq; artium inuentrix exsi-
, clarissimis tamen ingeniis obest, quo minus ad
mma prouehantur.

*i fiat vt laurus, quam nonnulli Zelandiæ denegatam asse-
unt, nulli quam huic regioni speciosior exsistat & qua ra-
ione effeceris, vt contra gelu atque hyberni frigoris iniuriam
ntacta subsistat, nec emoriatur.*

CAP. IV.

Irantur plerique in maritimis oris eaque parte
Zelandiæ, quæ à præterlabente fluuio Scaldia
ominatur, tam speciosas immensasque lauros *Laurus quibus natalibus delectetur.*
ndescere: cum regio frigida sit, atque ipsa arbos
entes frigidosque tractus respuat. Cui naturæ mi-
ulo eo magis obstupescunt, quod non solum o-
ium horti iis scateant, ac perenni virore, perpe-
que fronte in maximam proceritatem assurgant,
baccas etiam proferant, oblongas, colore nigro
polítas, non minus efficaces ac salubres in discu-

tiendis flatibus ac diſſipandis humorum collect
nibus, quam quæ à calidis regionibus huc afferun
Sentit quidem laurus aliquando cœli iniuriam,
Lauro frigus inimicum, præſertim radici.
hybernis menſibus ſub aſpero intenſoq; gelu, fr
re periclitatur ſic vt folia, caudex, rami aliquand
reſcant atque emoriantur: at radix nihil ſenti
commodi. Quocirca laurus ſuperne emortua, n
citus exſtirpari, eruique non debet, ſed detrunc
nam ineunte vere, ac paulo etiam maturius ru
Laurus denſum ſolum exigit.
reuireſcit. Quod autem in eam altitudinem ac f
gium in hac regione aſſurgat, efficit terræ vber
atq; incredibilis ſoli fœcunditas, denſique ac com
cti fundi natura, quæ ex pingui tenacique gleba c
ſtat, adeo vt ob telluris ſoliditatem, frigus per gel
Nix liquefacta ſtirpibus noxia.
dia ad radicem penetrare nequeat. Nihil autem ſ
pibus nocentius, aut magis deleterium, quam
aut glacies liquefacta, ſi quando ſoluto gelu,
rum ſtillicidio radices perfundantur, præſertim
defluente humore, rurſus frigus exaſperari, ſtudi
liquorem conglaciari ac congelaſcere contingat.
enim terra relaxata algidiſſimum humorem com
bit, quo radix imbuta marceſcit, atque emoritur.
autem huiuſmodi incommodo ſtirpes afficiant
nec frigoris iniuriis ſint obnoxiæ, ſuperficies ſoli
Cineres herbas à gelu tuentur.
quo conſitæ ſunt, ſtramentis inſperſiſque cineri
muniendæ; fouent enim inſita caliditate terram
neres ac gelu rigidum penetrare prohibent. Siq
Aceti & fecis cum cineribus comparatio.
dem vt acetum & fel vini: ita carbones ac cinere
igneæ qualitatis ſunt particeps. Cæterum quod B
bantis reliquiſque Belgis laurus vel denegata ſit,
Laurus cur Brabantis negata.
parcius apud hos fruticetur: non aëri, cuius mira c
mentia ac ſalubritas, ſed ſolo adſcribendum, qu
aridum eſt, ſabuloſum, leue, inane, ita vt facilime
gus admittat, nec arbori ſolidum alimentum, q
pingueſcit, conferat, eoque efficitur, vt in iis regio
bus laurus humilis ſit & improcera, tum baccis

ſtitu

ituta: cum in ciuitate Zirizæa telluris beneficio in am proceritatem assurgat, vt duarum decempedarum altitudinem superet, densa circa radicem fronte, multisque emergentibus stolonibus seu fruticibus, quibus stipata à frigore se tuetur ac munit. Quo- circa illa fructificatio, & quæ ab radice frondescit ramosa propago, adimi aut resecari non debet, illo siquidem munimento fulta non facile frigus concipit; iam foliorum iactura ineunte vere instauratur, modo radix illæsa persistat, ac frigore geluque intacta. *Stolonos, VVaterschoten.*

De corpore neutro, hoc est quod nec sanum, nec ægrotum statui possit, sed vacillanti dubiaq; valetudine exsistat, atque inter vtrumque fluctuet.

CAP. V.

MEdendi artē olim à veteribus in tres partes fuisse diuisam, in confesso est. Primo in eam quæ præsentem sanitatem fouet ac tuetur, omniaque aduersæ valetudinis incommoda sedulo propulsat. Secundo in eam quæ rationem complectitur, qua præmuniri ac præseruari corpus possit, nec facile in morbos collabatur. Postremo in illam quæ morbos corpori infestos ac quibus vrgetur ac premitur, discutit: Tres quoque statui in humanis corporibus constitutiones: quanquam superuacaneæ his de rebus inter medicos contentiones: vnam valetudinis secundæ, cum corpus inculpate degit, atq; inoffensa valetudine fruitur: illique nihil vitii subest, aut vllū morbi vestigium: alteram valetudinis aduersæ atque inclinatæ, quum discutiendis morbis remedia sunt adhibenda. Tertiam quæ anceps & ambigua, in qua species quidem sani hominis se profert, vt improbis fucata vitæ integritas, sed cui affectio quædam subest, ac delitescit. quæ procliuem facit propensumque ad decumbendum. Cuius habitus duas obseruo conditiones inter se diuersas: vnam eius qui iam mor- *Medicina tres partes.* *Tres conditiones corporis humani.* *Simile ab hypocrisi.*

bum discussit, ab eoque eluctatus est. sed tamen d
Valetudinarii alii lecto affixi, alii inambulantes. bilis existit, inualidus, exhaustus, gracilis, extenu
tus, eneruatus, fractisque membris: quæ valetudi
incommoda neglectis medicamentis, somno, atq
appositis alimentis instaurari postulat. Simile eni
Simile à viatore in itinere oppresso. quiddam huic euenit quod viatori qui è latronum
manibus elapsus adhuc palpitat ac contremiscit, ne
prorsus ex tanto metu ac vitæ discrimine, in qu
paulo ante versatus est, restitutus sit, aut ad se re
Luc.10. iit, quod Christus eleganti similitudine expressit. s
amicorum solatio recreatus, sensim reuiuiscere in
cipit, ac pauorem pedetentim menti excutere:
ita ægrotus tametsi depulso morbo, exspatiari ince
ptet, omniaque mitiora existant, tamen nonnull
morbi vestigia adhuc corpori inhærent, nec qu
comitari solent accidentia, penitus extincta, sopita
que sunt. Altera huic affinis constitutio, paulo et
deterior, qua quidem in speciem, primaque fronte
homo sanus apparet, nec omnino valetudinarius
sed qui corpus circumferat vitiosis sordidisque hu-
Thera.7. moribus oppletum. Quocirca Galenus victum sta-
tuit eorum, qui sunt sani, qui ægroti, ac qui reuale-
scere incipiunt. Est enim conualescentium victus
ratio media inter eam quæ sanorum & propria, & æ-
grotantium. Siquidem iis diæta seu victus ratio præ-
Natura cuiusque adnotãda. scribitur tenuis, parca, frugalis, moderata, ita vt tem-
perantiæ limites non excedat, cum ne leuissimum
quidem errorem proferant, secus quam validi ac
robusti, qui ne maximis quidem offenduntur. Sic in-
fantibus ac impuberibus alimenta quidem admi-
nistramus, sed non ea ratione ac modo, quo adultis
ac prouectioribus, qui succidiam ac bubulam, soli-
dosq; cibos non respuunt. vt ætas tenera, cui vt ami-
ctus corpori, calcei pedibus, ita pro corporis modu-
lo, victus & medicamento accommodanda. Et quan-
quam recentiores quidam in re Medica non minus,
quam

uam nonnulli in religione superstitiosi, corpus neu-am sustulerunt, nec id statui patiuntur: aliquid ta-en de hoc commentari visum est. Siquidem tale uiddam natura rerum, quotidianis vitæ vsus & con-etudo, congressusque familiaris, atque amicorum olloquia designant. Hinc enim emerserunt soda-um istæ ac congerronum voces, si quando sciscitan-r, qua quis sit valetudine, qua fruitur sanitate, vt rpus constitutum est, quo loco, statu, conditione s nostræ consistant, quem habent successum satin' nnia salua, prospera, felicia? Quibus, totidem ver-s responsa dari solent: Vtcumque, Sic satis, Minus mmode, Valetudo vacillans est, inclinata, ambi-a, fluctuans, parum firma: Non satis pro voto, aut a-ni sententia: Alias rectius, Spero meliora, vt possu-us, quando vt volumus, non licet. Quibus loquen-formulis singulæ nationes vltro citroque se com-llare solent, si quando de rebus amicorum sollici-qua sint valetudine aut successu, percontantur. metsi autem horum plerique morbo sunt defun-alii quibus hic imminet, nondum culcitræ pului-que affixi, non tamen vel inter sanos vel ægrotos erri censeriq. debent, sed cum vtriusque sint par-pes, in neutrum, hoc est, duorum extremorum dium: vt fuscus color, qui ex albi nigrique mixtu-onstat: vt pubertas inter puerilem ac virilem æ-em media. Cum enim sani homines more, naturæ nera, ac functiones minus cumulate obeant, nec egrotorum consuetudine lecto incumbant, mem-um vsu ac ministerio destituti, non possunt vel hominis, vel ægroti nomen promereri, sed ex ulari ac vulgata consuetudine. Neutri appella-e designari: proferunt in iis nonnulla naturæ fa-at sac munia, sed languide, oscitanter, [illegible] ncedunt enim atque inambulabant, sed tardе

Corpus neutrũ admittunt nonnulli.

Formula percontandi de valetudine.

Simile à coloribus & pubertate.

greſſuque ſubinde labante atque inclinato, ita vt
virium imbecillitatem vel ſcipioni ſit innitendum,
vel vllius humeris incumbendum, vt iis, qui cum
natandi imperiti corticis aut ſuberis ſubſidio vt
tur. Pari modo de ſomno ciboque ratiocinandum
quidem accumbunt, ac ſe appoſitis ferculis ref
unt, at non ea appetentia atque edendi auiditate
validi quibus optimum condimentum fames: d
miunt ac ſomno refocillantur. Verum non ſic p
do, profundo, diuturno, vt ſani, qui exercitation
defatigati, totam noctem quiete tranſigunt. Et
rem eorum conditio, qui a morbis reuiuiſcunt,
que humoribus noxiis ſunt liberi, potior atque op
bilior, illorum quibus aliquid latentis occultiq
vitii ſubeſt, ac corpus vel ex Veneris contagio, ve
lia vitæ intemperie, intus & foris fœdis ficoſiſq
tumoribus contaminatum, qui in ſpeciem, prim
que fronte ſani apparent ac pro iis ſe oſtendunt, cu
humoribus vndique prauis ſcateant, atque omni
parte morbidi ſint. Quin iſti in ſeipſos crudeles
que in alios iniurii, morbum diſſimulant ac di
tentur, ita vt omnibus ſe ſympoſiis ac ſodalitiis ing
rant, atque aliorum poculis labra rancida admou
re non vereantur, ſuaque nulli non obtrudere, ac
bibenda offerre; hac, opinor, ratione permoti, vt
omnes eodem ſucco perfuſos eſſe contingat, eade
ſcabie inquinatos: nemo ab illorum conſuetud
ne ac familiaritate abhorreat. Huiuſmodi hom
nes morboſos, qui ſimulata fictaque ſanitatis ſp
cie obuiis imponunt, his verſibus Perſius perſtr
git:

Simile à natandi vſu.

Morboſi, & debilis diſpar conditio.

Morbilloſi ſanos inficere geſtiunt.

Satyr. 4.

---- Ilia ſubter
Cæcum vulnus habes quod lato balteus auro
Protegit vt mauis, da verba, & decipe neruos.

Rurſus alia Satyra, aſſumta Medici perſona, hunc n
tat qui morbum diſſimulat, nec ſuſtinet inter valet
din

linarios referri, sed cum medico rixatur atque illius consilium non sine contumelia respuit, illique tanquam deterior morbo implicito insultat:

Heus bone tu palles nihil est, videas tamen istud Satyr. 2.
Quidquid id est, surgit tacite tibi lutea pellis:
At tu deterius palles, ne sis mihi tutor,
Iam pridem hunc sepeli, tu restas, perge, tacebo.
Turgidus hic epulis atque albo ventre lauatur,
Gutture sulfureas lente exhalante mephites.
Sed tremor inter vina subit. calidumq; trientem
Excutit è manibus: dentes crepuere retecti,
Vncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris.

Cuius conditionis homines hac nostra ætate nusquã non obuii sunt, quibus enim facie, vultu, oculis totoque habitu se morbi proferãt, illos medendi peritis non detegunt, sed magno valetudinis dispendio, souent ac nutriunt: qui cum alte radices egerunt, ac penitus infixi sunt, ægri exstirpantur. Quocirca salubriter vnumquemq; commonefacit Sapiens, vt mature remedia morbis adhibeat; Satius enim principiis mederi, quam fini. Quo spectat illud Persii: Eccles. 18.

Helleborum frustra cum iam cutis ægra tumebit, Satyr. 3.
Poscentes videas: Venienti occurrite morbo. Principio obsistendum.

Quod iis sedulo inculcari debet, qui cum nutanti atque inclinatæ valetudini tarditate quadam supina, & damnosa procrastinatione non prospiciunt, eamque fulcire negligunt, deploratis morbis implicantur. Quamobrem qui in confinio morbosæ affectionis constituti, non prorsus integra sanitate fruuntur, ad corpus neutrum, hoc est, ne prorsus salubre nec insalubre consequuti sunt, sed inter sanitatẽ & morbum medium accurate incolumitati suæ inuigilent: facilimus enim ad deteriora lapsus. Ceterum quæ corpore neutro differuntur, præter alia etiam ad aëris ac cœli cõditionem referri possunt. Aura enim aliquando salubris, pestilens, mediocris: cœlum mo-

do ſerenum modo nubilum & tempeſtuoſum, mo tolerabile atque inter vtrumque conſtitutum : qu etiam in ventis marinisq; fluctibus ſpectari poteſt. affectibus quoq; humanis atque animi motibus ta quiddam obſeruare licet. Sunt enim illi modera vehementes, turbulenti, concitati, mediocres, rem ſi, ſedati ; ita vt non omnia ſemper vno curſu atq; e dem tenore volui verſarique contingat.

De videndi ratione, atque oculorum acie, & cur nonnulli re tiſſima quæq, acute cernant, cum ad proxima cæcutiant, que hallucinentur : alii propius admota exacte videãt eti minutiſſima, longius vero ſita etiam eminentes moles a perſpiciant. Et cur oculus dexter magna ex parte ſiniſtro tuſior, minusq, lucidus obiter de coloribus oculorum, ac p riſque aliis quæ animi argumẽta proferunt, obiter hebeſce tis viſus remedia. CAP. VI.

Mentis præſtantia.

INter multa magnaq; naturæ munera ac dotes a pliſſimas, quibus homo à Deo Opt. Max. cumula exornatus eſt, nihil mente præſtantius ac magis di num, cui cum omnes ſenſus inſeruiant ac famulẽtu tum præcipue loquendi videndiq; miniſterio vtitu vbi vires ſuas explicare viſum ſit. Hoc enim potiſ me feris præſtamus, ꝙ ſenſa mentis dicendo expr mere, ac conſilia verbis explicare liceat ; ita in ocul nõ prorſus ſita cernendi vis, ſed duæ ſunt velut fen ſtræ animi, à ſede mentis ad oculos perforatæ, qua intentione ac remiſſione, mobilitate ac conſtantia, nimi motus, mentisque conceptus ac cogitata ind cantur. Conſiſtit quidem videndi facultas in ocul ſeu pellucido humore illo cryſtallino, qui vt ab a queo liquore irrigatur, quem albugineum ab oui al bo vocant, ita vitreo innatat atq; inſertus eſt, ipſam pupillam, hoc eſt, aciẽ qua cernimus, radiãti fulgor illuſtrat non ſecus, quam inſignis ac lucida gemm annulum. Itaque oculis viſio attribuitur, non vt loc

Videndi origo à cerebro.

Simile à gemma auro illuſtrata.

prima

primario, sed vt instrumento atque organo: nam ce-
rebrum per neruos visorios illis spiritus infundit,
quibus videndi facultas perficitur. Læso enim affe- *Caput læsum visui officit.*
ctoque cerebro (nullo etiam consistente in oculis in-
commodo) hebescit visus, atque acumen oculorum
obfuscatur: quod ebriis, deliris, febricitantibus pe-
culiare est. Hac itaque ratione oculis qui ex tribus
humoribus, quatuor membranis constant ac con-
dati sunt, videndi functio adscribitur. Siquidem il- *Cerebro regia potestas.*
li cerebro ac menti penes quas summa potestas, ob-
sequuntur, ab iis enim dimanant ac profluunt per
neruos opticos seu visorios, spiritus lucidi, puri, de-
fæcati, tenues, splendidi: quibus, modo ne officiat
aer caliginosus, ac deprauata oculorum constitutio,
exactissima visio perficitur. Quod si illi imminuti
int, obscuri, turbidi, exiles, obtusa efficitur, minus-
que acuta oculorum acies: emergunt autem ex ho-
um temperie varii videndi modi ac rationes. Si-
quidem cui spiritus copiosus est, & ad amussim pu-
us, tersus, nitidus, atque vt speculum, perpolitus, is
a quæ minus consistunt, perspicue videt ac discer-
it. Vbi enim is humor exacte elaboratus est, tenuis
ncerusque ex hoc halitus, seu lucidus spiritus e-
anat, quo potissime visio perficitur, ac distantissi-
a perspici queunt. Siquidem cum multus sit & co- *Visus cui exactissimus.*
iosus animalis spiritus, subtilis, tenuis, ætherius,
ngissime producit oculorum aciem, omniaque a-
te cernit, nec facile obtutu continuo aut fixa in-
ntione defatigatur, qua vi pollet calidus & humi-
us, vulgo sanguineus. Cui vero paucus subest spiri-
s, sed tamen purus nec nebulis obductus, is res qui- *Sanguineis fortis visus.*
em propius sitas, clare videt & diiudicat, certum-
ue delectum habet, ac distantes pauloque remotius
nstitutas minus dilucide perspicit. Paucus enim
odicusque spiritus facile dissoluitur atque euane-
it, nec in longinquum prospectum producere potest,

Quo fit, vt quibus videndi organum lucido quidem sed modico ſpiritu imbutum eſt, minutiſſimos etiam literarum apices inoffenſe obſeruent, ac paulo remotius diſſitas moles, aut eminentes è mari ſcopulos minus exacte perſpiciāt, quod calido & ſicco corpori ſeu bilioſo euenit.

Bilioſis acutus viſus.

Quod vero nonnulli propiu admota tenuiter vident, remota vero nihil prorſus ex ſpirituum inopia & craſſitie prouenit. Vbi autem ſpiritus copioſus exſiſtit, & craſſus, pauloque denſior diu quidem homo intendit oculorum aciem, atque abſque vlla fatigatione fixe & inconniuenter in res obuias oculos defigit, eaſq. primo obtutu cernit quidem ſed nō ad vnguem ac diſtincte diſcernit: nam craſſities acutæ viſioni officit, quod in frigido & humido habitu ſeu pituitoſo obſeruari poteſt.

Spiritus craſſus quem viſum efficit.

Cui vero humidus eſt & modicus ſpiritus animalis, qui videndi inſtrumento inſeruit, is nec exacte propria, nec prorſus remotiora videre poteſt, nam pauci ſpiritus cito euaneſcunt, & diſſipantur: craſſi vero videndi functionem impediunt, cum radii qui ab oculorum lumine promanant, in obiecta non deferantur, nec ſpecies rerum, quæ foris in oculum influunt, ab eo concipiantur.

Spiritus humidus & modicus qualem viſum efficit.

Rarus autem ſpiritus, tenuis, ex his tenebroſus, qualis eſt ſeniculis exhauſtis, ac morbo extenuatis, debilem viſum efficit, aut prope nullum.

Spiritus rarus & tenuis viſui officit.

Quocirca conſulte faciunt, quod conſpicillis hebeſcentes viſui opitulantur; iis enim omnia maiora apparent, ac ſpiritus viſorii inſtaurantur, atq; in vnum collecti minus euaneſcunt aut diſſiliunt: verum non conſulo vt viri plus ſatis mature illis aſſueſcant, ſiquidem illis deſtituti, prorſus cæcutiunt. Qđ enim hic caligant ac cæcutiunt, ex ſpirituum inopia ac defectu euenit.

Conſpicilia quando vſui.

Quocirca & ſpecula viſum reficiunt, quoniam reflecti ac retorqueri radios contingit, ac ſpiritus robur concipere, nouis ſubinde à cerebro eo ſe conferentibus. Sunt autem prætereà enume-

Specula viſui opitulantur.

enumerata complura alia, quæ caliginem oculis offundunt, ac visionem vel vitiant vel impediunt, nam si pupillam à sua sede dimoueri contingat, aut plus satis dilatari, contorqueri, contrahi, imminui; vel ex illata plaga, inflictoque vulnere, casu vel contusione, tumor atque inflammatio oboriatur, videndi facultas insigniter afficitur: oculi quoque emissitii ac prominentes, quique immoderate protuberant, vel denique vbi profundius constituti sunt, nonnullam visioni iacturam inferunt; nam prominentiores ab externo lumine afficiuntur, ita vt in lucido aëre & solis splendore minus exactè obiecta conspiciant; immodica enim luce offenduntur: sublustri vero cœlo, aut nubibus obducto melius iis visus perficitur; ita fit vt quæ cominus posita sunt, perfectè videant; eminus autem sita obscure: iis vero quibus profundi sunt oculi ac delitescunt, minusque extra palpebras se proferunt oculorum orbe contraria obueniunt: illi enim propius admota minus perspicue: distantia vero, inoffense cernunt: quo fit, vt vbi remotiora oculis dimetiri visum sit conniuentibus ac semioccclusis oculis id perficiamus; ita enim coacti ac conglobati spiritus longissime radios suos diffundũt. Hinc vsuuenit, vt clauso compressoque oculorum altero ac protenso velamento quod splendorem arcet, atque aërem opacum efficit, intentius ac fixius aciem in obiecta dirigamus, quod in tractandis balistis, sclopetis, arcubus obseruare licet. Siquidem occluso sinistro oculo, spiritus affluentius in dextrum confluunt, visumque efficiunt intentiorem, ita vt hac ratione sagittarii colliment, & quem intuentur scopum, assequantur ac configant. Quo spectat illa Persii ironia:

Quam multa visui officiunt.

Oculi prominentes & reconditi caligantur.

Reconditi & protuberantes oculi ratione diuersa vident.

Ex sagittariis videndi ratio eruta.

> ... *scit tendere versum*
> *Non secus ac si oculo rubricam dirigat vno.*

Satyr. I.

Cur gemina videntur. Quod autem nonnulli gemina conspectare videantur, efficit oculorum in varias partes distractio. Cum enim oculorum radii non ad idem rei obiectæ punctum se dirigant, sed in diuersa rapiantur, ac spiritus qui temere rerum species concipit, inordinato vagoque motu hinc inde fluctuet, dupla exhiberi videntur: fenestrata autē diuulsa dissecta, rimosa conspici videntur, *Cur diuulsa spectantur.* vbi pupillæ pars suffuso concreto humore obfuscatur, densi quoque vapores ac fuligines è ventriculo in cerebrum delatæ, varias imagines ac species rerum visui inferunt, ita vt aliquando omnia in gyrum flecti, voluique ac rotari videantur: nonnulli festucas, culices muscas, scarabeos, araneas, *Oculis cur absurda obuersantur.* mures, striges, spectra, obuersari oculis imaginentur, quos affectus parit crapula, ingluuies, temulentia, humor melancholicus, quæ densissimis fumis cerebrum obnubilant. *Oculus dexter sinistro obtusior.* Ceterum quod dexter oculus sinistro sit obtusior, in se quisque experiri potest. Id efficit in adulta ætate crassior densiorque spiritus; & quod fere ex dextri lateris incubitu vapores nocturni eo deriuentur ac confluant: in senectute vero magis siccescit oculus dexter, ac calor hepatis humores qui visioni adminiculantur, depopulatur; sinister autem humidior est. nec in eo facile vel spiritus extenuantur, aut humores arescunt. Cum autem cor *Cor primum viuens, vltimū moriens.* vitæ fons primum animari incipiat, aut vitale efficientum postremo moritur, ac diu etiam corpori exemptum animantibus palpitat: *Oculi primum moriuntur.* Oculi vero qui postremo perfici creduntur: primo ademta mobilitate, mortis argumenta, proferunt, atque præ ceteris emoriuntur, quod spiritus ingruente morte exstinguantur atque euanescant, vel ab oculis ad cerebrum mouendi videndique principium resiliant ac *Coloris oculorū diuersitas vnde emergit.* retrahantur. Ceterum de caussis colorum, qui in oculis se ꝓferunt, nonnihil huic argumento inserendum. Emergunt ii ex circumfusis humoribus, quorū

qua-

qualitas, copia, defectus, tenuitas, crassities, mistura, varias diuersasq; in oculis oculorũ species, ac discrimina pariunt, nempe nigricantes, cœruleos, cœsios, glaucos seu caprinos, rufos, flauos, fuluos, pallidos, puniceos, luteos, virides, rubicundos, igneos, flammantes, sanguineos purpurascentes, croceos, aureos, lacteos, albescentes. Proueniunt autem nigro colore perfusi oculi (quorum aspectus gratiosam venustatem modo supercilia pari pigmento tincta sint, homini conciliant) si quando spiritus visibilis debilis est, humor vero copiosus, densus subobscurus, vmbrosus, ita vt astantis aciem ob humoris abundantiã ac ꝓfunditatem nos transmittat, aut penetrare patiatur: nihil enim luminis, quod ex oculis nostris emanat in illius visum, qui nobis ex aduerso consistit, infertur, sed radii velut repercussi ac retorti resiliũt. Sic in fontibus ac cisternis altisque ac profundis puteis, aqua nigricanti colore apparet ac speculi visum præstat retorta ob aquæ densitatem oculorum acie, & in se rursus deflexa; repellit enim visum nostrum, eumque nobis remittit. Sunt autem nigricãtes oculi eius conditionis & naturæ, vt interdiu acute cernant, quoniam meridiana lux subobscuris atque vmbrosis oculis se ingerit, ac spiritus agitat, illosq; lumine perfundit. Noctu vero obtuse minusque acute videndi munere funguntur; quia externo lumine destituti sunt, quo humores ac spiritus moueri debet, vt visus acuatur. Quibus vero humor qui oculis subest, transparens quidem est, & pellucidus, sed vna cum spiritu paucus, exilis, debilis, iis cæsii oculi seu glauci conspiciuntur, hoc est, ex cæruleo & albo contemperati: quali colore sunt laminæ corneæ translucidæ, ex quibus laternarum conspicilia conficiuntur, tum noctuæ & quorundam animalium oculi. Qui autem huiusmodi colore oculos habẽt ingnitos, interdiu debiliter & confuse cernunt, quia

Vnde nigri oculi emergant.

Aqua cur nigra in fontibus.

Oculi nigri qua videndi facultate.

Oculi cæsii vnde & qua functione videndi.

Laminæ corneæ glauco colore.

diurna lux ac Solis splendor, spiritus visorios mi
firmos dissoluit ac dissipat: noctu vero, quoniam
dendi organa, genuina insitaq; luce illustrantur
acto ac conglobato spiritu, obuia quæq; dilucide
Qui oculi nocte scintillant. dent. Scintillant enim in tenebris huiusmodi oc
ac collucent, tum velut astra micantia, radiis co
scant, ita vt præter homines multa animalia, non t
venandi sagacitate, quam videndi facultate inst
cta, ex nocturnis tenebris nihil sentiant incom
di, aut vlla sui parte afficiantur, cum diurna lux i
officiat, ac visionem obfuscet, quod in noctuis,
cticorace, vespertilione, felibus, soricibus, muri
gliribus obseruari potest, quibus lux meridiana
dendi functionem labefactat, nocturnæ tenebræ e
cuunt, argumento quod si faces, candelas ac fun
illis noctu obiicias, obcæcantur. Quocirca nautæ
Animalia noctu oculata. cturnis nauigationibus, non adeo intensum Lu
splendorē exoptant, sed sublustre cœlum, modici
ac raris nubibus obductū. Sic enim longius se po
git oculorum acies, ac radii à luminoso obiecto
Cæruleus oculorum color quem visum facit. mus dissipantur aut euanescunt. Cæruleus vero in
culis color ex albo & viridi conflatus, ceteris hu
dior est, sed minus nitidus, tersus, perpolitus. Quo
vt ob crassiorem humiditatem, qua perfusus est,
que exiguos spiritus, minus acuta visione sic affi
Oculi & visus moderate constituti. polleant, in aëre præsertim lucido, quo cum pri
offenduntur. Quod si humor & spiritus temperie
quadam inter se moderata exsistant, color inter al
dinem & nigrorem clarius elucet, quo exactissime
Oculorum color & acies qua ratione variatur. dendi munus perficitur. Variantur autem pro a
tis ratione oculorum colores, pro humorum ac sp
rituum crassitie, tenuitate, copia, defectu, quod
Simile à stirpibus in oculorum coloribus. psum etiam in stirpium foliis perspicuum est, quæ
bi primum emergunt, flauescunt: deinde matu
tate viorem concipiunt: rursus senescente stir
in cæruleum ac luteum demutantur. Sic infant
bu

pus in lucem primum editis cæsii sunt, oculi, glauci, cærulei, virescentes, ætatis accessu ad nigredinem deuergunt: senectute vero vt crines, albescunt, vel ad glaucum degenerant. Medicamentis etiam diuersos colores oculis induci, Dioscorides ex aliorū sententia prodidit. Vsta enim auellanarum putamina atque in cineris speciem redacta, cæsiorum oculorum pupillas infantibus denigrant, ex oleo sincipiti infusa atque inuncta. Ventus quoque aëris auræq; constitutio, regio, morbi, affectus ac perturbationes animi, immoderata Venus, inedia, somnus & vigilia immodica, crapula, oculorum cum colores, tum spirituum atque humorum qualitates immutāt. Quocirca moderata victus vitæq; ratio instituenda ne videndi organum (quo nihil nobis ab opifice attributum præstantius) aliquo incommodo afficiatur. Quod si ex humorum defectu atque ariditate caligare oculos ac cæcutire contingat, vel spiritus visorii inedia, mœrore animi, fletu, vigilia, lassitudine, venere, immodico concubitu, intēpestiua lucubratione, exhausta sint & attenuati, quæ vires instaurant atque oculis fomenta ministrant, adhibenda: vt sunt oua recentia, vina dulcia, vuæ passæ, amygdalæ dulces, pistacea, castaneæ vel elixatæ, vel molliter tostæ, rapæ, quarum vis ob flatus copiam in cerebrum assurgit, ac mirifice spiritus visorios euanidos reficit. quod ipsum etiam præstant alitū cerebella, quæ se volatu exercent, vt sunt passerculi, miliariæ, frigili. Inconsulte faciunt, qui citra delectum, nulloque adhibito discrimine, Rutam, Chelidonium, vulturum, miluorum, accipitrum fel, quæ mordaci sunt & adurenti facultate, oculis adhibent: depopulantur siquidem ac depascunt spiritus & humores, quibus visio perficitur: cum ista non incommode admoueri possint, quibus ex humorum redundantia oculi caligine sunt offusi, tum quibus suffusiones & glaucomata visum eripiunt atque

Lib.1.cap.

Oculorum colores medicamenta immutant.

Consilium in oculis instaurandis.

Plenitudo aut inanitio obseruanda in oculis fouendis

Oculos exhaustos quæ fouent.

Ruta oculis aliquando noxia.

Ruta & Chelidonia quando oculis salutaria.

oculos deformant. Dissoluunt enim concretos
sosque humores, qui spiritus à cerebro eo de
prohibent: ita omnia quæ abstergunt atque e
nuant, hinc rei perficiendæ accommoda: vt sun

Raphanus & rapa oculis grata.

phanus seu vulgaris radicula quæ appetentiam a
fœniculi semen, & folia radix eufragia, stœchas
quæcunque cerebrum à crassis vaporibus expurg

Allium & quæ virosa sunt, oculis inimica.

Quocirca studiosi, qui oculorũ adminiculo suas
cubrationes perficiunt, allium, cœpe, porrum
quæcunque graui odore imbuta sunt, atque ha
viroso obuios feriunt, atq; infesta sunt, sedulo
tent. Officiunt enim hæc oculis ac memoriæ, om
busque sensibus detrimenta adferunt. Qui vero
boribus indurescunt atque exercitationi sedulo

Viridia oculis fouent.

sistunt, nihil horum illis incommodat. Foris aut
quæ oculos recreant, aspectuque grata sunt, obiici
tur vt sunt viridia quæque, quorum innumeras s

Smaragdi viror vulgo amo ratus, oculis gratus.

cies & discrimina campi, syluæ, horti nemora sup
ditant: Ex lapidibus vero Smaragdi viror insatia
lis, & quo oculi exsaturari nequeant, tum Prasi
Topasius, Iaspis, Cyanus seu cæruleus, Eranos, vul
Turcosa & Lazurium, quibus colliguntur non e
nescunt spiritus visorii atq. acumen oculorum e

Oculi animi indices.

cuunt. Ceterum quod ex oculorum obtutu, no
nulli animi propensionem, mentisque indicia e
ciunt non equidem improbo. Sicut enim horum i
dices, internosq. affectus, cogitata conceptus, etia
si linguæ cesset ministerium, foris proferunt: i
nonnullis comitas, modestia, mansuetudo, placab
litas clementia, probitas in oculis vultuque elucen
multaque alia placidæ ac sedatæ mentis argumen
se offerunt. Aliis fastus, arrogantia superbia feroci
calliditas, versutia, iracundia, inuidentia, odium, ir
indignatio, formido, timor, elatio, lætitia, gaudium
mœror, desperatio, ex oculorum obtutu perspicitu
Medici quoque in morbis studiose oculorum co

stitu

turiones contemplantur. Si enim rubore perfusi nt aut sanguineis filamentis striati, ex cerebri inmmatione furorem ac phrenesin indicant. Quod liuescant, aut plumbeo nigroq; colore perfusi sint, loris natiui exstinctionem vitæque interitum denuntiant. Instabiles autem, pernictantes mobiles, inieti, incõstantes, mentis alienationem & delirium signant. Languidi, humentes, flaccidi, lacrymis perfusi tenebrosi, tremuli, rigidi, vibrantes, tumidi, caconditi, obtusi, conniuentes, præter diuersos aniaffectus, in sanis, tum in ægrotis non sine vitæ periie, cerebri intemperiem ex humorum copia vel fectu, caliditate aut frigiditate commonstrant. Luvero, pæti, strabones, & qui obliquo sidere, limisq; ilis obtuentur, præter contortos atque in diuera conuulsos musculos, huius naturæ errorem cõuti sunt. Quod vitium quoniam circa cerebrum ntis domicilium vel potius regiam consistit, vt fononnihil oculos deformat, ita animum quoque busdam vitiosis affectibus imbuit. Sunt enim hon plerique quibus deest educatio, versipelles, vasubdoli, captiosi, lubrici, ad circumueniendum ui, ac miris strophis instructi. Sic Belgæ, si quando um designant, qui iis notis insignitus est: *Een slim* *l: Een loos vnd listich Schalck: Een Boosvvicht* vocãt, hoc obliquum, distortum, veteratorem hospitem, cui tuto possis fidere, vt qui technis, dolis, fallaciis, tionibus, præstigiis, imposturis, fucis omnia sua otia perficiat, alterius dispendio ac detrimento, vero luculento commodo. Cuius conditionis ac ræ sunt participes, quotquot ex præcipua ac pria corporis parte aliquo vitio sunt implicati, nẽe capite, corde, hepate: de quibus in Physiognomia vberius tractatum est libri secundi, capite 36.

Argumenta animi ex oculis.

Oculorũ varia dispositio.

Lusci qua animi conditione.

Prouerbium ex oculorum obtutu in nefarios.

Ratio cur nonnulli mutilis truncisq; ac decurtatis membr... scantur alii geminis, quæq; redundat ac superuacane... nec vlli vsui inseruiunt.

CAP. VII.

NAsci quosdam geminis agnatisq; membris, ... digitorum, pedum, brachiorum, capitum, a... dicibus articulatim nonnunquam distinctis, q... diana exempla demonstrant. At autem deform... monstrosæ species ex vitioso corruptoque semi... atque vteri praua constitutione promanat, as... iam in huiusmodi partus vires suas conferent... ita ex humorum redundantia ac seminalis e... menti copia duplicata corporis partes producu... gignentis imaginatione in tale quiddam elab... do occupata. Si quando enim is sexus qui leuis... affectibus concutitur, eosque infanti imprimit... quid animo menteq; concipit, aut dupla oculi... uersati imaginantur, ex humorum concursu ac... fluuio, qui in eas partes circa quas versatur, ima... conceptus, decumbunt geminatas ac superflu... particulas, aut alterius speciei emollitur ac con... Istæ etiam absurdæ imaginationes in animant... obseruantur. Sic nuper ouicula prodiit, capite pl... seu vituli marini conspecta marina bellua. Sic a... superiore ouis, & vitulus gemino capite cons... sunt, & ego gallinam vidi & contrectaui qua... pedibus & totidem alis. Cum autem fœminis in... ceptu, totoque gestationis decursu variæ speci... rerum simulacra animo concipi soleant, ac non... quam dupla se offerre ex suffusis crassis vapori... aut cum distractis diuulsisq. spiritibus, qui in pu... læ punctum dirigi debent, diffindi ac dissecari... nendi aciem contingat, omnis affectio in pullu... tem fœtum deuoluitur, ac nonnullis partibus... bre elaboratis, secundarias ac superuacuas affigit... efficax enim est imaginandi vis, vt si quando mu...

Vbertas materiæ geminata profert.

Partus deprauati unde.

Dupla quando obuersantur.

Imaginatio in muliere quid efficiat.

oc...

los ac cogitationes in rem quampiã defigat: tota
træ facultas, eaq; vis, quæ formationi fœtus insi-
concursantibus vndique humoribus, quos habet
equentes, eo confluit, atque operi perficiendo se-
o est intenta, quo euenit, vt nonnunquam diuer-
nsolitasq; formas, membra duplicata, particulas
appendices superuacaneas emoliatur, insuetaq;
nbra corpori affigat. Ex defectu vero humorum
alimenti fomentique penuria, aut vbi naturales
ltates in elaborandis articulis sunt inualidæ, su-
e viribus minus instructæ, imminutis mutilisque
nbris produci homines contingit, aut quarun-
partium vsu ac ministerio destitutos. Et quan-
n natura vberem nonnunquam propagandæ so-
s materiam sit nacta, suisque viribus ac facultati-
affatim existat instructa, illam tamen subinde
edire contingit, quo minus omnia exacte perfi-
, ac venustam corporis formam decentesq. arti-
s exprimat atque effingat, ita vt infans aliquando
cem prodeat parte aliqua trunca atque inelabo-
fit enim plerumque, vt vterum consequatur an-
um, splenem induratum ac callosum, coxendices
nentes, atq. introrsus retortas, aliasque obices &
acula, quæ infantem adolescere prohibent, atq;
ibus suis numeris absolui: teneræ siquidem cor-
s partes ob tantas difficultates atq; impedimen-
atare se ac diffundere nequeunt, oblatoque ali-
to frui: sed sisti contingit & cohiberi, quo minus
eciosam atque vtilem articulorum formam ex-
ant ac proferantur. Simile enim quiddam huic
uenire mente cõcipio, quod arboribus, quæ in
o solo consitæ sunt, ita vt radices se vndique dif-
ere nequeant, sed obstaculo impeditæ retor-
tur, atque incuruescunt, repulsæq; resiliunt. Sic
pore humano cum infans effingitur, vel loci
stia, vel alimenti inopia, aut calli cuiusdam

Vnde membrorum defectus.

Manus ac pedes vnde trunca & mutila.

Simile ab arboribus in faxosis locis consitis.

obiectum obſtat, quo minus membra articulat[...] diſtinctéque efformari queant. Sic puellam vid[...] ignobilem trunca ac tuberoſa manu, quam cum [...] trectandam mihi exhibuiſſent parentes, depreh[...] digitorum contactu articulos, qui naturæ mune[...] ruptui erant, intus conuolutos, atque in ſe retor[...] ita vt nullam digitorum effigiem exhiberent, ſiq[...] omnes membri huius partes, tam oſſiculorum ſe[...] & connexus quibus manus complicari vel exp[...] ſolet, intro delituiſſe comperti ſunt, *Stompen* n[...] vocant. Ita errorem hunc ac naturæ vitium inde c[...] tractum pronuntiat quod ea vis ac facultas quæ [...] mationi fœtus inſiſtit, omnibuſque ſuis partibus [...] ſummare hominē nititur aliquo impedimento p[...] hibita ſit, quo minus articulos potuerit perficere [...] que in ſpecioſam decentemque manus formam p[...] ducere: cum enim mater ſplenis duritiei eſſet ob[...] xia, ac famellæ in id latus, nempe ſiniſtrum, decli[...] ex affectu eius viſceris cui partes illæ tanquam [...] pulo ac cautibus illiſæ incubuerunt, informem a[...] indecoram ſpeciem ſunt conſecutæ.

Rei geſtæ narratio.

An induſia, vulgo camiſia, tegumenta, lintea febricitanti[...] mutanda. Et an ſtatim à morbo conualeſcentibus barb[...] radere, aut capillos adimere expediat. Tum in quibus m[...] bis pedes abluere conſultum ſit.

CAP. VIII.

SI quando in morbis contagioſis ac peſtilenti[...] carbunculi & bubones aliæque, vt aſſolet, puſ[...] larum eruptiones in extima corporis parte ſe pro[...] runt, nunc eminentes ac verrucoſæ, nunc planæ [...] ſeſſiles pro humorum craſſitudine ac tenuitate: [...] lore modo plumbeo, lurido, nigro, luteo, viridan[...] verſicolore, quæ deteriores: modo rubicundo, flo[...] do, albeſcente, quæ ſecuriores: quarū omnes ſpec[...] ac differentias, in morbillis ac variolis, Belgis *Poc*[...]

Maezelen denominatis perſpicimus: in ijs, inquam, *Puſtulæ vnde varii coloris.*
omnibus papularum generibus lintea, culcitras, pul-
uinaria, tegeticulas, indufia, tegumenta ſubinde inu-
tanda conſulo. ac recentia ſubſtituenda, ſordidaſque
pori exemtas veſtes vento atque auræ flatibus i-
ntidem exponendas, quo contagio & grauis hali-
quibus ex infeſto corpore tegumenta imbui con-
git & contaminari, diſcutiantur. Siquidem cum
lti tetri ac pernitioſi vapores ſeu fuligines ex hu-
modi corporibus emanant, quæ veſtimenta qui-
ægrotus integitur, ac fouetur, concipiunt; fit vt
cumbentes circumfuſum vndiq. aërem hauriant,
bibantque, ac ſingulis momentis noua recentique
tagione ac labe inficiantur, volutantur enim in
libus tanquam ſcrofa aut lutulentus ſus in vo-
abro cœni. Quod ipſum eatenus obſeruari velim, *In morbi augmento nihil innouandum.*
tenus morbi ſæuitia miteſcat ac ſopiatur, ipſaque
coctio ac criſis peracta ſit, h. e. certa atque indu-
ta ſe ſalutis indicia proferant, quæ commonſtrāt
s corporis morbo ſuperiores, ac perexiguas intus
dere morbi reliquias: tunc enim lintea atque in-
a ſoli aut luculento igni expoſita, valetudinarijs
jci iubeo, aut ea vni ex domeſtici ſalubri cor-
e biduo induenda præcipio, aut cubili eius inter-
da. quo concaleſcant, nec ab humani corporis
re ſint aliena, ipſaque innouatio aliquid incom-
di ægroto adferat, aut vlla ſui parte morbum ex-
ret: hac enim ratione aut errore potius efficitur,
la quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcant.
circa cum iſtis, tum alijs qui mitioribus etiā ob-
j ſunt, inſtanter præcipio, quo conſtiſim aſſ ectus
atū ꝑpteret, ac primo quoq. tempore inſiſtus ſo- *Motus & iactatio corporis ægroto noxia.*
ur, ne inquieti ſint iactabundi, inſtabiles, tumul-
, nec aëri locoq. frigido ſe identidē exponant, vt
qui in ancipiti ac periculoſo morbo expāſis bra-
, diuaricatis exporrectiſq. cruribus hinc inde ſe

deuoluunt, ac sudorem, pustulas, apostemate, vo-
cas, ab cessus, tumores reliquasq; humorum co-
ctiones, quæ erupturæ sunt, repellunt ac referit.
Ignis sudorem & contagia elicit. Siquidē frigidus aer corpori circumfusus fluxio-
sistit ac reprimit, easq; maturescere prohibet: Ca-
vero ac fomenta calo ifica, meatus ac spiramenta
cludunt ac relaxant, vt quæ se fuligines vapores p-
ferant ac discutiantur, efficiunt. Quo mihi non
consulto facere videntur, qui contracta primū m-
bi contagione, ac pestifero halitu, corpus lucule-
igni exponunt, vt vndique sudore madescant ac
fluant citra tamen virium defectum, aut animi re-
lutionem ac deliquium, sic vt eodem momento
purgato inferne corpore, deiectaq; aluo ea intro
mant, quæ conceptam intra viscera contagionē
pellant ac discutiant, antequam radices agat, pe-
tusque virus infixum esse contingat, atque ipsum
tum partes præcipuas occupet, eo enim malum c-
Simile ab vrbe obsessa. festim properat; vt illi qui vrbem obsidione prem-
arces ac propugnacula, ac ducem exercitus primu-
inuadunt, reliqua enim euestigio cedunt ac da-
manus. Cum itaq; corpus periculoso ancipitiq; m-
bo tentari occipit, si res venæ incisionem, si purg-
Purgatio, venæ incisionem præcedat. tionem exposcat, mature illa adhibenda sunt, sic
primum atque inter initia alui purgatio præced-
mox subsequatur venæ sectio, deinde ea adhiben-
quæ cor propugnent ac muniant, vt sunt Theriac-
& Mithridation ex vino aut syrupo de fumaria, ep-
thymo violaceo, aut alio quodam diluto, vt natu-
conditio exposcit, aut exercitato Medico expedi-
visum sit, in quo mire illum oculatum esse pare-
nec à scopo aberrare. Ex decocto vero præsentan-
sunt, Scordium quod allij odorem refert, Zeland-
copiosum, Caltha quæ sudorem elicit, melissophy-
los, seu melissa, ficus, cepe rubicundum, Spondylij r-
dix, quæ angelicæ ac laserpitio siue osteritio, viribu-

ie facultate par: inter quæ principatum obtinet Zedoariç radix, non cariosa, cassa, euanida, inodora, mo-o cum vuis passis, & quas Corinthiacas vocamus, um memento glycyrrhizę dentibus attrita deglutiaur: Hac enim ratione etiam se munire possunt, atq. læsos præstare, qui morbo pestilenti infectos adire oguntur, illosque in spem meliorem erigere, ac meum animis eximere, tum fiduciam mentibus illoum inserere, quales sunt ministri Ecclesiæ, medici, hirurgi, obstetrices. In huiusmodi autem tumoum eruptionibus, quas expedit maturius proferri, on consultum arbitror inter initia, pauimenta fronbus ac vitium pampinis aut capreolis, carycibus, osis, myrto, salice, populo, virentique gramine conernere, aut aceto aquaque perfundere, nisi ex imodico sudore virium sit defectio: talia enim huiores resilire cogunt, ac cutem meatusque corporis ensant atque obstipant, qui reserandi potius sunt, uo halitus contagiosi exspirent ac dissipantur quod sum calida potius fomenta, quam frigida præstant, onnunquam naribus admouenda, quæ spiritus reeant animamque calore immodico languidam inaurant, vt sunt rosæ, violæ, caryophylli, caphura, num, buglossus, borago, nymphæa, succinum, ala citria, cotonea, quorum pleraque etiam intro hiberi possunt vino incocta, vel Zaccharo perfu-, aut in aliam condimenti formam redacta, adieo croci ac cinnamomi momento, quo illa odore poreque cordi ac palato magis gratificentur, & spicus collapsos efficacius erigant. Quanquam enim edici non temere quiddam circa ægrotos, innoare soleant, ac ne latum quidam vnguem à ratione scedere, in nonnullis tamen iis obsequuntur, vbi isis peracta est, hoc est, certa se salutis argumenta oferunt, magnaque humorum pars vel sudore cussa est, vel sanguinis aut alui profluuio com-

Quæ à peste præseruant, eamq; demoliuntur.

Qui morbo opprеßis adeſſe coguntur.

In contagiosis morbis sudor eliciendus.

Quando cœnacula fronde adornanda.

Odores spiritus instaurant.

Medici aliquãdo ægrotis gratificantur.

mode exhausta: tunc enim aliquando illis vel v
aquæ frigidæ potionem haud grauate admittim
tunc stragula, lectulos, tegumenta, conclaue, t
nium mutari sinimus, quæ ante statum ac vigo
morbi, ante crisim ac concoctionem concessa, p
sentaneam vitæ perniciem erant allatura. Siquic
lecti tepor, & quæ corpori adhibentur fomenta,
brilem calorem maturius euocant atque elici
tum denique ad sudoris ac pustularum eruption
sunt adiumento, ita vt viscera quæ intus fumi
densis vaporibus erant oppressa, relaxata per c
rem cute ac spiraculis, subleuentur ac respirent;
enim ratione expedite putredinē discuti, oppila
nem amoliri, febrem conquiescere ac sopiri, om
que mitiora effici cōtingit. Vt enim in cœnaculo
triclinio fumo oppleto, conuiuæ suffocari viden
atq. oculorum iacturam perpeti, nisi reseratis ost
ac patefactis fenestris, fumus ac fuliginosi vapo
dissipentur, atq. in curas diffusi euanescant: ita q
que in humano corpore cor strangulari videtur
densis nebulis & humorū caligine, nisi laxatis m
tibus ac spiramentis, fuligo & vaporosi spiritus eru
pant & foras promanent. Et quemadmodum in
xandis carnibus sordes & quæ ebulliunt strigme
(*Broem* nostri vocant) adimi debent omniaque ac
rate despumari, ne edulia contaminari conting
atq. inquinamentis quibusdam seu eluuie pollui:
inter initia per sudorem, vomitum, venæ incisione
alui profluuium, congesti in corpore humores
gurgari debent, antequam se per venas diffunda
arteriisque penitus inhæreſcant ac fiant infixi: Tu
enim vt maculæ q̄ diu vestibus inhæserunt, ægre e
possunt, nec ita facile extra sua conceptacula, in q
bus insederunt, exturbari. De barbæ vero appara
nam in eo viri decor & ornamentum consistit, & q
in capite capilli frutificantur, quibus quoque tob
qu

Sudor quando maturius erumpit.

Simile à fumosis ædibus.

Simile à despumandis carnibus.

Simile à maculis eluendis.

quoddam virile inesse testatus est Samson, nec non *Barbæ rasura aliquando noxia.* omnibus seculis plerique alii, qui affatim criniti hirtiq; sunt, hoc commonitos quosq; volo, nec etiam ni sæpius barbam ac capillos ad viuam cutem dedi sibi patiantur, aut caput lotione defatigari. Depopulatur enim nimius rei vsus vires, atque homines effœminatos mollesque præstat: quin & spiritus ac calorem natiuum resoluit atq; extenuat, mamque audaciæ ac confidentiæ partem in adeunis periculis cordi detrahit, quanquam subinde ca- *Frictio capitis oculis confert.* ut defricari. aspero rudique velamine barbam de ulcire ac liquamine aliquo abstersorio macerare, ulis claritatem cōciliat, mentemq; reddit erectiom, valetudinariis quoque, aut qui paululum mo- conualuerunt non consultum arbitror, statim à cuperata sanitate, nouaculam cultrumq; tonsoriū mittere; siquidem humorum fluxiones irritat, & quæ forte in corpore morborum reliquiæ reside-, illas mouet atq; agitat, recentemque febrem vt endium sopitum exsuscitat; ex huius enim rei nouatione, non minus morbi recrudescunt, aut res residuæ postliminio excitantur, quam ex cibi tusq; nonnulla intemperantia, aut subucularum usiorumq; mutatione.

Eadem ratione in morborum initiis pedes non *Pedum lotio quando adhibenda.* uendos censeo, præsertim in decocto herbarum æ vi attractoria pollent, vt sunt artemisia, pulegiū, tha, parthenium, vulgo matricaria, tanacetum, ri folia. Nec balnea quoque adhibenda, nisi ex- *Balnea quando adhibenda.* gato corpore morbi furor mitescat, ac concoctiosigna appareant, ipsiq; humores fluitantes excrene sint idonei, alioqui in partes aliquas principes rumpunt, atque instabili motu hinc inde fluctuant. ocirca quando pedes abluere expediat, obseruann, aut ab hoc negotio desistendum: sin quo impemultitudo magno suo periculo peccat, cū nullo

discrimine id factitet, atque in ipso statim mor
sultu lotioni pedum insistat. Nam si morbi sup
ptum transuersum consistant, aut fluxiones e c
in pectus distillent, pedum lotio malum exasp
Ita si quem pleuritis infestat, pulmonis inflam
tio angina, tussis, dolor lateralis, coryza, bran
raucedo, catarrhus, à pedum lotione prorsus
stendum, nec vlla ratione hoc remedium tenta
pedit, aut consultum est, defluit enim in sub
partes humor, omniaque exasperat ac sæuiora e
In morbis vero qui ab infernis partibus prod
quas diaphragma disterminat, nempe stomacho
triculo, splene, hepate, vtero, vesica, renibus, in
nis: tuto magnoque commodo id tentari potest
sertim si ex iis partibus vel animi defectus & de
um, vel alius quiuis affectus suboriatur, in quib
iam fricationes ac ligaturæ adhiberi possunt, tu
xendiis ibus cucurbitulæ affigi, aut si res venæ s
nem exposcat, in pedis pollice, aut circa mallec
aut poplitem sanguis adimi. Hac enim ratione
ouillo pecore

Profuit intensos æstus auertere & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.

In tremore autem cordis ac palpitatione, in car
syncope, in anhelitus constrictione, ac pectoris
stia, in gutturis ac faucium tumoribus, manus
cari debent, ac digiti confricari, præsertim is qu
mo proximus est, atque auro vinciri solet. ven
dia in brachio incidenda ea parte qua dolor se
git, cucurbitæ scapulis ac brachiis affigendæ, c
iam profundius scarificata atque incisa, modo
pus sanguine & humoribus redundat atq; oppl
est, nam macilenti, exhausti, extenuati, foment
no, somno, odoribus, recreari debent ac refici, v
bus nihil adimi possit aut decidi.

Pedum lotio quando noxia.

Frictiones & ligaturæ quando vtiles.

Georg. 3.

Manus quando vesicanda.

Macilentis nihil adimendū.

...uod mira naturæ vi atque incredibili efficacia singulæ herbæ singulis propriisq́; membris ac corporis partibus auxilientur, atque alia in alias, vires suas peculiari effectu proferant.

CAP. IX.

QVo quisque magis erga Opificem, qui singulari quadam ratione in vsum atq; vtilitatem homi...m omnia produxit, afficiatur, naturæq; solertiam, ...am ab illo consequutus est, admiretur ac suscipiat, ...mmonstrandum duxi, quam commode & apposi...quamque salutari effectu herbæ, quarum aliæ me...amenti aliæ alimēti, quædam vtriusque vsum ob...ent, singulis membris asscriptæ sint & assignatæ, ...vt illarum vires, ad eas corporis partes deferantur, ...ibus natura sunt accommodatæ. Itaq; stirpes hoc ...itum habent, eaq; vi sunt imbutæ, vt natiua facul...e nonnullis membris subueniant atque admini...entur, sic vt præteritis aliis, ad illa se conferant, ...ibus sunt destinatæ, ipsaque membra auide non ...um nutrimentum, sed medicamentum etiam sibi ...tare & proprium alliciant, eoque fruantur. Sic ...e lateri, septo transuerso, pectori, vocali arteriæ, si ...ando aliquo illa affectu oppressa sit, adhibentur: ...æ spleni, iecori, renibus, intestinis, vtero, vesicæ, ...iti, cerebro, oculis, naribus, auribus applicantur, ...medelam conferunt. Nonnullarum herbarum ef...ctus ac vires in neruos, ossa, medullas, musculos la...tos, chordas, membranas penetrant ac deferuntur, ...mia quadam vi, eaque cuique membro peculiari ...propria, qua iuuandis firmandisque aut expurgā...ab excremento iis partibus sunt imbutæ: ita non...læ herbæ certa membra respectant, illisque suble...ndis dedicatæ sunt & attributæ. Siquidem affecto ...ori Eupatorium agrimonia vulgo vocata, Cicho...m atq; seridis species, inter quas vulgaris Scariola ...ertur, Sonchos, cicerbita, oxalis, hiracium, vbi ca...a intemperies noxā infert, mirifice auxiliantur, vbi

Mirabilis Deus in operibus suis.

Herbæ singulis membris consecrata.

Membra sibi salutaria alliciunt.

Epati quæ conferunt. vero frigida affectio huic visceri subest anisum, absinthium Ponticum & vulgare, cassuta: Felli, rhabarbarum, chelidonia scammonium, quæ flauam bilem deorsum, ac partem ad intestina, partem ad vesicam propellunt. Spleni qui velitibus ac cursoribus moram iniicit, vbi intumescit hemionitis, asplenium, phyllitis, hoc est, vulgaris scolopendria, polypodium, filicula, capparus, tamaricæ amygdalæ amaræ, nuclei persicorum, in expurgandis excrementis, ac consolidando huic visceri roboore adminiculantur. Stomacho ac ventriculo mentha, macer, mastiche, zinziber, quicquid ex his possit confici. Cerebro rosmarini flos, acorus germana, Virgiliana amaracus sampsuchus, vulgo maiorana, & betonica. Stœchadis vtraque species, nux muscata, Pæoniæ baccæ & radix, fruticulus qui viscus dicitur. Pectori ac pulmoni hyssopus, satureia, thymbra, marrubium, tussilagio, scabiosa vel psora, glycyrrhiza, hordei decoctum, vuæ passæ. Cordi crocus, cinnamomum, margaritæ & vniones, rosæ rubentes, citria mala, corallum, hyacinthus, aurum, caryophilli, ceruini cordis os, panis recentis etiam odor, vinum generosum & meracum, quo cor exhilarescit ac recreatur. Renibus, saxifragia, empetrum, crithmon, lithosperma, vulgo milium Solis, vesicaria, solani species acino in cerasi speciem rubenti atque orbiculato, daucus, apium hortense. Vtero vero parthenium, vulgo matricaria; quod vuluam extergat à sordibus, sapina, calamentum, pulegium; cunila, thymbra gallitricum, vulgo *Scerley*. Sunt quędam in remotissimas intimasq; partes penetrant, atque ad neruos deferuntur: vt hermodactylus, verbascus odoratus, vulgo herba paralytica, erythrodanum seu rubea quæ ossa pecudum sandicino rubentique colore imbuit, si quando herbam virentem depastæ sunt, intacta etiam radice quæ rutila exsistit, quod etiam in elixis decoctisque eius pecoris carni-

Spleni quæ conferunt.

Cerebro quæ conueniunt.

Pectori amica.

Cordi quæ accommoda.

Renibus quæ conueniunt.

Vtero quæ aptæ.

Neruis quæ auxiliantur.

bi-

...n perſpici poteſt, & in ouis quæ rubicundo colore ...dicis huius decocto vocatur, vt glaſto, vulgo *VVeel*, ...ruleo: cartamo, croco & ochra luteo. Sic quod ſuc...rum marinum vocant, aut ſperma cœti, vulgo *...alſcot*, oſſa fracta, rimoſa, fiſſa, hiantia, ferruminat ...t conſolidat, cui medicamento eam vim ineſſe ex...rior, vt ſolidas etiam pyxides, quibus aſſeruatur, ...netret ac roſido quodam madore aut ſudoriferis ...ttis irriget. Sic piſſaſphaltum factitium, quod A...bes mumiam vocant, ad caſus, plagas, ruinas, ad lo...rupta, contuſa, confracta, diuulſa præclare adhi...tur: ſiquidem reſinata illa cum carnibus oſſibus...e humanis cōcretio, ob ſtactes, myrrhæ, aloes, cro...aliorumque aromatum mixturam, qua obrui ac ...ditι heroum cadauera ſolent, quod in Chriſti cor...re factitatum legimus: ſolidandi abſtringendique ...n conſequitur. Sic ediuerſo quædam diaphoreti...hoc eſt, diſcuſſoria vi humorem reſoluunt, ac ſu...rem prouocant. Nonnulla genuina inſitaq; facul...e vrinam moliuntur, ac calculos atterunt, vt pe...ſelinum ſeu apium domeſticum vel hortenſe, ...icus ſeſeli, ammi, lapis Iudaicus, ſanguis hirci li...ticum compluraque alia. Quædam oculis viſum ...unt, vt euphragia, fœniculus, chelidonium, ruta. ...a præſentanea vi venenis obſiſtunt, vt zedoarium, ...ſerpitium, ſcordium, allium, theriaca mithri...icum: tum alia quædam Galeno miris encomiis ...antata. Quædam vi ſpecifica ſeu occulta pro...etate, non elementari qualitate ſuccum ſibi fa...liarem expurgant. Sic radix Pontica, vulgo rha...barum, & ſcammonium flauam luteamque bi...n educit. Sena, polypodium, epithymus, hellebo...n atram & ſuccum melancholicum, Cuicos, vul...cartamus agaricus, mercurialis, eſula, & ſeptem ...thymali ſpecies pituitam & aquoſos humores. ...maria, caſſia, cylindracia, vulgo fiſtularis viola,

Succinum marinum.

Mumia fracturis apta.

Quæ vrinam moliuntur.

Quæ venena depellant.

Ad Piſonem.

Quæ bilem expurgant.

Melancholiæ incommoda.

Quæ pituitam exturbant.

Sanguinem deſecantia.

pruna Damascena, buglossus sanguinem à fœculen
eluuie expurgant: Omnia autem medicamenta, q
purgandi vi pollent, similitudine totius substant
Simplicium lib.3. vt Galenus testatur, atque oculta proprietate fo
maque specifica, hæc ipsa perficiunt. Non enim v
Alius qualitatis in herbis effectus, alius substantiæ. tus elementaris, quæ consistit in calidi, frigidi, si
& humidi temperamento efficit, quod medicame
tum vomitum excitat, ac vel hunc vel illum hum
rem educit: sed similitudo totius substantiæ, quæ c
loris impulsu ac cœlesti vi incitata humorem sibi
miliarem & affinem ad excretionem impellit.
Simile simili gaudet. Galenus attractionem substantiæ similitudine fi
asserit, qua indicat similitudinem quandam ac c
gnationem inesse vtrisque substantiis & eius qu
purgat, & quod purgatur: porro cum quod purgat
pituita sit; id quod expurgat, pituitosum sit nece
est: quo indicat inter humorem ac medicamentu
similitudinem esse ac conuenientiam, naturæq; co
sensum, qui qualitatibus primis non asscribatur, s
substantiæ. Alia itaq; ratione herbarum vires expl
randæ sunt, quæ qualitatis vi, hoc est, caliditatis, fr
gidiratis, aut humiditatis ac siccitatis ratione aliqu
efficiunt, & quæ totius substantiæ proprietate, eff
ctuque cœlesti, seu influxu siderum suam vim in co
Ratio & experientia exiguntur in artibus. pus exserunt. Illæ enim quæ corporis qualitate
immutant, ratione ac iudicio explorandæ: ill
vero quæ quantitatem atque exuberantiam hum
rum expurgent, experientia atque vsui quotidian
eruendæ. Ita in prioribus iudicium & delectus: i
posterioribus experimentum exigitur: quorum alte
rum, vt Hippocrates ait, difficile, alterum fallax &
periculosum. Sic purgantia medicamenta & quæ hu
mores è corporibus exturbant, aut deniq; venenata
quæ corpori pernitiosa sunt & infesta, quibus non
nullæ gentes, vt aliæ ferro, in corpora illorum, quo
extinctos cupiunt, grassantur, vsu & experientia ex
ploran

loranda sunt, non enim caliditatis ratione id effici-
unt; alioqui piper, cardamomum tale quiddam præ-
starent, sed insita vi ac genuina proprietate. Cui sen-
tentiæ Hippocrates assentiri videtur, cum inquit, *Lib. de natur. human.*
pharmacum cum in corpus ingressum est, primum
id quod omnium sibi maxime secundum naturam
familiare, cognatum, simile affine est, attrahit atque
ducit, deinde reliquos etiam humores agitat, eosq;
ad excretionē impellit. Vt enim stirpes quæ sibi ma- *Simile à terra & semine.*
xime naturali ꝓpinquitate coniuncta sunt alliciunt,
eoque succo fruuntur, atque in alimentum transmu-
tant: ita quoque medicamenta quæ expurgandis hu-
moribus sunt destinata ad similia deferuntur, eaque
vel per infernas vel supernas partes exturbant. Quo-
circa nemo vt anile ac ridiculum respuat, quod asse-
rimus, suo cuique membro peculiares herbas esse
consecratas atque addictas, cum Cantharides quibus *Cantharides exulcerant.*
est natura exulceratrix, si foris cuti admoueantur,
nullas partes internas, Galeno teste, præter vesicam *Ad Pisonem.*
exulcerent, adeo vt per stomachum & ventriculum
inoffense ac citra læsionem deferantur, per hepatis
meatus ad vesicam penetrent, nec vlli parti, præter-
quam vesicæ exulcerante vi infesti sint. Sic succus
papaueris nigri, cicuta cordi ac cerebro: Lupus
marinus pulmoni perniciem adfert: quanquam
omnia venena, nisi vomitu excutiantur, aut anti-
dotis, retundi atque hebescere contingat, sensim
ad cor penetrant etiam foris admota, quod rabidi
canis morsus & saliua, quæ vulneri inhæsit, cōmon- *Venena etiam foris admota cor petunt.*
strant: nam penetrabili vi, erosa primum cute, ad
præcipuas partes vires deuehitur, ac rabiem conci-
tat. In similes causas referri debet, quod magnes,
ferrum gagates & succinum festucas & quisquilias,
aliaque venti ludibria allicit. Siderum quoque in- *Siderum vis humoribus incumbit.*
fluxus in res sublunares infernasque viam suam effi-
caciter exserit. Sic Mars flauam bilem concitat. Sa-

turnus melancholiam exaſperat, Luna pituitæ incre-
mento eſt, Sol & Iupiter ſanguini dominatur. Plane-
tarum quoque vis metallis, lapidib', gemmis, herbis
ac ſtirpibus omnibusque ſubterraneis incumbit, au-
ro, argento æri, ferro, plumbo, ſtanno, & quicquid in
terræ latebris, vel in vſum & commoditatem, vel in
luxum & delicias erui ſolet; quorum quoque vires &
incrementa à peculiari aſtro conſequitur.

Siderum vis metallis incremento eſt.

Sexum ineſſe ſtirpibus atq; alias aliis affici.

CAP. X.

VT homines non eodem ſunt erga omnes affectu
atque animi propenſione, tametſi id naturæ ordo
ac communis vitæ conditio exigat, ſympathia qua-
dam, hoc eſt, mutuo conſenſu erga pleroſque affici-
untur, illosque habent deuinctiores: ab aliis vero la-
tenti tacitaq; atque arcana diſcordia diſſident, ac di-
uelluntur, nec ſuſtinent in vllam vel amicitiæ, vel fa-
miliaritatis partem adſciſci: Sic ſtirpes & inanima
quædam, inſita occultaque naturæ inclinatione non-
nulla fouent & amplexantur, alia hoſtili odio auer-
ſantur ac refugiunt. Vt enim ex innumeris pauca re-
feram. Argentum viuum auro ita afficitur ſeſeque il-
li ſic circumuoluit, vt nullus eius metalli color ap-
pareat, adeo, vt niſi igne atque aqua forti eximi ex-
terique non poſſit, ac priſtino nitori reſtitui. Magnes
ferrum rapide ad ſe allicit, niſi oleo oblitus ſit, nam
tunc ob læuorem reſpuit, nec eius vis in ferrum pe-
netrat. Succinum, gagates, adamas attrahendis pa-
leis ac feſtucis delectantur, omniaque præter ocymū,
vulgo baſiliſcum, ad ſe rapiunt. In animantibus Del-
phinus piſcis incredibili erga homines, atque præci-
pue impuberes, eſt affectu, illisque colludere geſtit,
ac miris blandimentis gratificari. Lacerta, vulgo
Ectiſſe, viridanti ac procero tergo, conſpecto homi-
ne, mire geſticuloſa eſt, caudæque agilitate, ac cre-
bro motu & canis animal domeſticum, pueriliter
blandi-

Amicitia & inimicitia rerum.

Argentum viuum auro afficitur.

Magnetis natura.

Succini natura.

Delphini in hominē amor.

Lacerta erga hominem ſtudium.

blanditur, atque à latitante in herba serpente tuetur. Elephantus hominis consuetudine vnice frui exoptat, illique in omnibus (modo blandius compelletur, nec acrius instes) obsequitur, atque ad quiduis paratus est. alias calcitrosus & retrogradus. E diuerso lupus cum homini, tum omnibus animantibus inuidiat. Crocodilus, de quo prouerbium, Crocodili lachrymæ, homini insidias struit, ac deuoratum decertumque deplorat. Hiæna quæ insidiosa calliditate atq; astutia vocem hominis imitatur, eumq; dilacerat. Cerastes corniculis armata bellua tribui Dan adscripta, draco, hydra, dipsas, cuius morsus, siti atque inexplebili bibendi auiditate, hominem excruciat. Coluber, aspis, vipera, scorpius; multæ aliæ nocentes bestiæ homini potissime insidiantur, atque venenatos morsus ac lethiferos aculeos infigunt. Vtitur autem plerumque Deus horum ministerio ad castigandа hominum scelera, cum illius verbo ac voluntati omnes obsequuntur. Cuius rei multa exstant documenta in Bibliorum historiis. Cæterum herbis quoque consensum inesse ac naturæ cognationem, deni que dissidium ac discordiam plurimæ demonstrant. Equidem cucumeres aquam appetunt, eaq; affluentius irrigari postulant, adeo vt si paulo remotius ab ea absistant, eo repant atque enitantur. Econtra oleum respuunt atq; auersantur, eoq; perfusi gracilescunt atque emoriuntur. Vitis vero in oleæ confinio constitui gaudet, atq; eius insitionem admittit, illique maritari exoptat. Quercus vero & olea inter se aduersissimæ, tanto & tam pertinaci odio diffident, vt si altera alterius ramos attingat, incuruescant ac retro resiliant, alioque se inclinent. Sic vitis à lauri vicinitate abhorret, quoniam hæc vmbrosa sit, suaque soliditate illius incremento officiat: pari est affectu erga Brassicam, quæ Caulis nomine vulgo innotescit, quod succum terræ depopulatur, quo destituta

Elephanti in hominem obsequium.

Crocodili lachrymæ prouerbium.

Genes. 45.

Deus noxiis bestiis homines vexat.

Num. 21.

Deuter. 8.

Ezech. 5.

Herbis cognatio & affinitas.

Cucumerum natura.

Vitis oleæ amica.

Quercus oleæ aduersatur.

Laurus viti inimica.

Brassica viti inimica.

vitis arescit, vtraque enim stirps humoris est præui da. Ita stirpes aliæ aliarum affinitate & cognation delectantur, mutuoq; ramorum aut coliculorū am plexu recreantur: aliæ auersæ se subducunt, nec vll ratione vniri sustinent: Sic resinata quædam & qu pingui substantia constant, inter se consentiunt; hin pix oleo eluitur, etiamsi vestes sericæ, holosericæ se villosæ, quæ flueta vulgo vocantur, deniq; coccina ostrinæ, vermiculatæ; quæque purpura ac muric tinctæ sunt, ex ea næuos ac maculas contraxerint Omnia enim huiusmodi inquinamenta ac sorde butyrum ac oleum tam nitide eximunt atque ema culant, vt ne vestigiū quidem vllius lituræ appareat Sic Smegma & qui Sapo vulgo vocatur, quo linte confricata lotione nitescunt, ex oleo, pingui fuligi ne, butyro rancido, cineribus piceæ arboris confici untur. Atqui qui inter tot stirpium genera tantus es consensus & conspiratio, vt inuicem se amplexati a tetigisse gestiant: ita inter eiusdem speciei herbas sexus discrimen deprehenditur. Est enim inter ha coniunctio, & quasi quædam coniugii societas & cō municatio, sic vt plantæ in alterius cui afficiuntur confinio constitutæ speciosius adolescant, ac sin cum fructu tum frondium pompa spectatiores: lan guescant vero & contrahantur ac nonnunquam in tercidant, cum ab iis diuulsæ sunt ac dissociatæ. Atq hinc emersit, quod herbæ quædam, aliæ maris, alia fœminæ nomine designentur: fœminæ quidem qua minus habent virium ac roboris, frigidaque atqu infœcunda humiditate imbutæ sunt; quo fit vt su tempore florescant quidem, sed propter caloris ino piam aut debilitatem fructu baccis, acinis, semin destitutæ sunt; ita quæ post flosculorum defluuium nihil tale exhibent: sed exile quoddam atque ina ne fructus rudimentum, quod ob caloris penu riam, ac naturæ impotentiam non perficitur in fœ mine

Pix oleo eluitur.

Butyrum & oleum sordes eximunt.

Sapo vnde conficitur.

Sexus in stirpibus.

Quæ herba fœmina, quæ mas.

Frugiperdæ stirpes.

mineum ſexum referuntur: Maris vero nomine inſcribuntur, quæ magis ſpectabiles ſunt ac ſpecioſæ, pompaque atque apparatu foliorum ac frondium luxuriant, tum ſpectatiſſime adoleſcunt, ipſaque maturitate fructum ac ſemen proferunt, quo propagari poſſint, ac reuiuiſcere, quod ipſum alteri ſexui denegatum eſt, niſi forte maris vicinitate blandoque amplexu fœcunditatem adſciſcat, illique maritata in ſemen & fructum protuberet atque intumeſcat, quod in palma perfici Plinius teſtatur. Siquidem fœmina afflatu halituq; e promanante à maſculo concipit, ac fertilis fœcundaque efficitur: nutante ac prona blandioribꝰ comis, in marem fœmina, qua ſterileſcit maſcula arbore exciſa: itaque non ſine maribus gignere fœminas Arabes confirmant, concepto flore ac lanugine, aut aliquando puluere inſperſo fœminis. Simile enim quiddam huiuſmodi ſtirpibus euenit, quod gallinis, quæ oua quidem abſque galli opera edunt, ſed quæ animari formarique in pullos nequeat, quã tumuis gallinæ incubitu foueantur atque incaleſcant. Nec diſpar eſt ratio in mulieribus, in quarum vteri conceptaculis ex ſanguine ac ſeminalis excrementi confluuio maſſas quaſdam conglobari ac concipi contingit citra viri miniſterium aut adminiculum, ſed quoniam virile adiumentum deſideratur, ac cauſſa efficiens, quæ formam ac vitam miniſtrat, ſpirabilemque vim confert, abeſt, tota illa concretio ac congeries informis eſt atque inanimata. Quocirca herbæ vegetante vi præditæ non minus, quam animantes, quæ lubrico vdoque ſemine ſe propagant, generandi vim ac vitalem ſpiritum aliæ in alias transfundunt, mutuoque complexu ac concubitu fruuntur, atque idipſum tacito quodam naturæ conſenſu, ac latenti occultaque inſpiratione quam ab aëris ſoliſque calore conſequuntur, ac genitali mundi ſpiritu, quo ſtirpes vireſcunt, fouentur, ger-

In herbis affectus venereus.

Lib.3.cap.4.

Palmæ natiua vis.

Simile à gallinis & fœminis quibus mas deeſt.

Fœminæ informes maſſas edunt.

Spiritus mundi omnia fœcunda præstat. minant, animantur, florent ac semina fructusq; concipiunt & proferunt. quæ vis toti mundo, omnibusque eius partibus infusa est, qua cuncta continua perenneque serie subsistunt. Scite itaque Theophrastus, tum alii rei herbariæ indagatores in marem & fœminam stirpes discriminant, ratione qua semine fructuque fœcundæ sunt aut effœtæ & steriles. Sic *Lib.3. cap.9.*

Pæonia semen spectatissimũ. Pæonia maris nomine insignita dehiscentibus sensim corniculatis folliculis ac siliquis, hic baccis atro colore perpolitis, illic rubentibus ac coccineis spectabilis est, atque oculos reficit non sine præsentanea expurgandæ epilepsiæ efficacia: quo blandimento fœmina destituta est. Mandragora quoque fœmina *Cantic.7.* vel sterilis est, vel fructu exili. Mascula vero amabile blandumq; atque odoratum pomum profert, gallinacei oui vitello assimile, cuius auiditate atque illecebra Rachel passa est Liam Iacobi Patriarchæ con- *Genes.30.* cubitu potiri, quo vt Ecclesiastici quidam scriptores opinantur, fœcunda effici posset & conceptu impleri. Cui rei nulla mihi naturalis ratio subesse videtur, *Augustinus in Genesin.* nec verisimile est Mandragoram sterilitatem expugnare cum insigniter refrigeret, nisi forte calido atque æstuanti, torridoque vtero, quem conceptui idoneum, vt etiam impense humidum testatur Hippocrates, prodesse statuas, illumq; ad temperiem reducere, vel etiã quod somnifica vi ac soporata, retinendi seminis vim vuluæ conferat. *Mandragora an conceptum perficiat.* Huiusmodi etiam sexus discrimen in lauro, palma, corno, olea, violutea, quercu, multisq; aliis obseruari potest, quarum quæ maris nomine designantur, floribus, fructu, semine fœcundæ sunt: quæ vero fœminæ sterilescunt atque effœtæ conspiciuntur. Inter syluestres quoque & vrbanas seu hortenses cura atque industria hominum excultas nusquã non tale discrimen spectatur, sic tamen vt syluestres & quæ sponte emergunt, cultu edomitæ in vrbanas ac domesticas transeant. Vt

enim

nim rusticus quamlibet impolitus & rudis, si in au-am transferatur, cultisque vestibus adornetur, ac vi-tui delicato assuescat, diutino vsu & consuetudine n aulicum, virumq; generosum transit, licet aliquã-o nonnulla rusticani incultique hominis vestigia se roferant, ita quoque herbæ agrestem conditionem, aturamq; syluestrem exuunt, culturæ beneficio at-ue hominum industria. Econtra vrbanæ atque hor-enses stirpes siluescunt ac degenerant, nisi diligens ura iis adhibeatur, nõ secus, quam generosi aliquot roceres, qui inter rusticanos homines versantur, equenti inurbanorum commercio, ab auita nobili-ate, à moribus ingenuis, à liberali educatione, ab he-oica maiestate, à vitæ comitate desciscunt, atque ab umano ciuilique cultu ad feram atque agrestem vi endi conditionem deuoluuntur. Et quemadmodũ ortẽses herbæ ac frutices spectatiores sunt industria ultuque hominum, atque magis nitescunt, quã syl-estres: ab istis tamen emerserunt ac propagatæ sunt, a vt in easdem rursus deficiant nisi excolantur. Ex s coniecturam facito studiose lector, quid cum in bus omnibus, tum in homine potissimum momen-adferat cultus atque educatio, quid corporis ac endæ valetudinis cura, vt vtriusque partis salus & columitas subsistat ac conseruetur, qua profecto hil homini obtingere potest optabilius.

Simile à rustico.

Simile ab aulico qui in rusticum degenerat.

Herbæ syluestres priores hortensibus.

Ab herbis ad homines reducenda cultura.

uranæ quas Belgæ Pricken *vocant, in fumario exsiccatæ tæ-da atq; ardentis facis vicem vsumq; præbent si accendantur.*

CAP. XI.

Mvrænæ, Lampetris quæ à sugendis lambendis-que petris hoc nomine appellantur, forma si-aque corporis sunt affines licet magnitudine im-es, pisculi lubrici, longo tereti que corpore, minu-illis anguillis quæ Belgis *Æl* vocantur (nam *ha-* proceriot est) assimiles septem foraminibus

Lampreta vnde nomen sortita.

Murænæ descriptio.

læua parte distinctæ. Porrigitur autem iis pisciculis
à capite ad caudam non spina, vt reliquis sed ner
cartilagine mollior, quo flexuoso ac viuaci agili
scil. conuoluunt, agitant, intorquent, in gyrum
ctunt, contrahunt, dilatant, subsiliunt, gesticul
Murænis in cauda spiritus vitalis. tur, prorepunt, ac serpendo progrediuntur. Nam
ritus vitalis in extrema caudæ parte consistit,
perimuntur potius, quam contuso capite. Belgis
tem *Pricken* vocantur, quoniam acuminato rostro
uium tabulatis, nassis, lagenis, hominumque corp
bus mordicus adhærescant, vt hirudines, atq; om
documento sæuitiæ, morsu appetant, pugnent,
mulent, decerpant, dilanient: sic quod stimulos
Murænæ exsiccatæ inardescunt. moueant, atque aculeatos dentes infigant. *Pricken*
cantur. Pisciculus hic experimentum nobis ex
buit, non cuiuis, vt opinor, obseruatum; cui etiam
turalis ratio subest, ac fidem factura est, si expe
libeat. Præbet enim pisciculi hoc genus, quod inu
sæ candelæ formam ac speciem exhibet, faculæ
funalis accensi vsum ac commoditatem, vbi in hy
causto aut vaporario exsiccatur, vt mos est Belgis
leca seu trissas atq; haringas, salmonem, succidia
pernas, aruos ouillos, coxendices, petasones, ton
cula, farcimina fumo indurata, aut Aquiloni, rigi
que alicui vento exposita in multam æstatem ass
uare; itaque admotus igni pisciculus, aut fomite
quo accensus, vt sunt stipulæ aut stramenta quæd
sulphure oblita, quorum commoditate candelas
baceas, cereas, tædas, funalia accendimus, flamm
confestim concipit atq; inardescit, eoque tanqu
face accensa, discussis nocturnis tenebris ædes pa
collucent in heri, ac familiæ, vernarumque mini
rium. Cum autem resinata quadam pinguedine i
butus sit, atq; ambiente adipe vndiq; perfusus ac
stipatus, ita vt etiam in craticula tostus, anguillæ
re, citissime flammam concipiat, ac tractantis digi
adu

durat,in fumanti camino exsiccatus, congestis bitu-
minosis glebis & cespitibus, non minorem commo-
ditatem, quam candelæ aut funalis accensi flamma
exhibet. Cum enim neruus, qui spinæ loco illi per- *Murænæ spina neruus est, non os.*
tergum producitur, elychnij, hoc est, contorti funi-
culi vicem præbeat, cui tanquam basi erectæ flamma
ncumbit, illiq; fomitem ministrat concreta pingue-
do:ac sæui ambientis incrustatio, fit vt igni aut flãmæ
admotus, luminosa facie cœnacula illustrat, tametsi
propere liquescat, nec tam diuturnum eius rei vsum
præbeat, quam candelæ ex bubulo ouilloque adipe
confectæ, quæ minus diffluunt, ac serius absumun-
ur. Quocirca vbi funalia, tædæ, cerei, faces, candelæ,
ucernæ, aliaque luminaria desunt in horum inopia,
fasciculi huius vsu & commoditate vti licebit, præ-
sertim si eo tempore sint exsiccati, quo adiposi effi- *Murenæ quo tempore pinguescant.*
ciuntur & pinguescunt, quod ineunte vere ipsoque
Martio ac Aprili fieri consueuit, denique appetente
autumno, hoc est, duobus æquinoctiis, quibus nul-
lus caloris aut frigoris excessus est.

e ouo à gallo edito, & qua ætate, atque annorum decursu id proferat, denique quid ex ea progeneretur: tum de lapide Gallinaceo, & Ætite gemma.

CAP. XII.

GAllus inter cicures & mansuetas alites præ cete-
ris animosus, atque erecta rubentiq; crista in ver- *Gallus leoni formidabilis.*
tice insignitus, crocitante sonitu, plausuque alarum,
leoni ferarum generosissimo atque impauido formi-
dinem terroremque incutit: hic tanto virium robo-
re creditur, vt non facile subigendis gallinis defati-
getur aut lassescat, quamlibet id sæpius factitet. Et
cum omne animal à coitu, peractaque venere con- *Venus omne animal mœstum efficit, præter gallum.*
tristari soleat, atque animo contrahi, solus hic exhi-
larescit, ac cantu alacritatem spiritus testatur; vbi ve-
ro decrepitus esse incipit, ac senectute confici, quod
nonnullis septimo, nono, aut summum decimo-

Gallus quo tempore ouum edit.

quarto euenit, pro virium vel robore vel imbecill
te aut etiam concumbendi assuetudine, qua n
nō animantium naturæ vis deijcitur atq; eneruat
ouum profert æstiuis mensibus, ac Canicu'æ sid
exortu, ex putrefacto, opinor, seminis excremen
aut humorum colluuie conflatum, forma non

Basilisci descriptio.

longa, vel ouali, vt gallinis assolet, sed rotunda at
orbicu'ata, colore modo luteo, buxeo, flauesce
versicolore, lurido, ex quo produci basiliscum, L
ne regulum nonnulli opinantur, venenatam besti
sesquipedali magnitudine triplici frontis apice, t
quam regio diademate insignitam, erecto, infesto
corpore, atq. oculis vibrantibus, quibus obuios h

An à galli ouo basiliscus prodeat.

tus contagione conficit. Vulgus in tota Europa e
pinione est imbutū, vt ex hoc ouo basiliscum pro
statuat, si quando à rubeta seu bufone fotū sit: q
an fabulosum & cōmentitium, non ausim certo p
nuntiare: hoc tamen experientia comprobatum
beo: gallum incubatu idipsum perficere. Ita no

Rei gestæ narratio de galli ouo.

memoria in ciuitate Zirizæa, atq. insulæ huius a
bitu duo annosi galli ægre etiam fustibus abacti, al
ui incubatione abigi depelliq. potuerunt: ita quo
ciues eam persuasionem concepissent, ex huiusm
ouo basiliscum emergere, ouum cōterere ac gall
strangulare visum est: Qđ autem gallus ouum co

Gallo vnde concretio oui.

piat, suoq; tempore, hoc est, vndeuigesimo die ru
testa excludat, inquisitione dignum. Ego ex con
bata intus concretione putri, ac calore alitis circ
fusa testa tale quiddam prouenire imaginor, præ
tim cum a concumbendi vsu & consuetudine de
scit; tunc enim excrementum intus cohibitum c
gulatur atque indurescit in ouum, quod vbi ve
ipso gallo, vel alio animante foueri contingit, ve
natus ex eo vermis, aut alia quadam virulenta be
producitur, quam basilisci nomine designant, q
serpentis genus Aphricæ, alijsque præuis ac sitic

is regionibus peculiare. Vt autem lumbrici & vermes humanis corporibus innascuntur, atque ex humorum putredine, caloris beneficio animãtur ac vivacem agilitatem concipiunt; vt vespæ, scarabæi, erucæ, muscæ ex fimo bubulo, aliisque putridis humoribus enascuntur, curculiones in tritico, teredines in ligno, glande, nucibus, auellanis, caseo caloris atque ambientis aëris ministerio scaturiunt: si ex hoc ouo venenosus vermis, aut alterius generis nocens monstrosaque bestia, basilisco non absimilis erumpit, quę contactu, afflatu, halitu, exspiratione, sibilo, obuiis infesta sit atque exitiosa. Sic ex spinæ humanæ putrefacta medulla anguem progenerari memoriæ proditum est. Naturam autem ac cõditionem basilisci, qui venenato alimento nocendi vim concipit, clarissimi quique scriptores depingunt, eoque accuratius, quòd halitu, sibilo eminus infestus sit, ac mortem inferat: cũ alii serpentes, nisi cominus contactu ac morsu, sparsoque veneno corpus inficiant. Sic Lucanus cum multa serpentum genera describat, tum basilisci naturam his verbis prosequitur:

Simile à verminculorum natura.

Anguis ex spina hominis.

Lib. 9.

Ante venena nocens late sibi submouet omne
Vulgus, & in vacua basiliscus regnat arena,
Sibilaq́ effundit cunctas terrentia pestes.

Quo indicat regulum visu obuios quosq; percutere, & venenoso halitu inferre mortem, antequam venenum corpori propius admoueat. Quod autem vulgus existimet, ac serio sibi persuadeat, in nostris regionibus tam pernitiosum nocentemque serpentem aliquando produci bufonis incubitu, ac nonnunquam in subterraneis antris, ac specubus basiliscos inferre mortem hominibus, si quando in ea loca se inferant, anile censeo; cum halitus virosi pædor simul grauveolentia, fœditas quæ à terris horridisq; locis emanant, spiritum intercipiant, atque hominem nonnunquam strangulent, quod etiam aliquando

venenatas bestias, quæ in huiusmodi latibulis deli-
scunt, perficere non est, quod quis ambigat. Testa-
tur scriptores quidam eruditi in Saxonia Basili-
quoddam genus sylueftre passim conspici, capite a-
minato, colore flauo, longitudine dodrantali, h-
trium palmarum, inusitata crassitudine, ventre m-
culoso, multisq; candidis punctis insignito, tergo
ruleo, cauda turbinata atq; incurua, hiatu rictuq;
ris, pro corporis proportione, immenso. qui serp-
tes, an inter Basiliscos referri debeant, non ausim c-
tum pronuntiare, neque enim impune se illis op-
nerent agricolæ, qui intrepide fustibus ac tridenti
furca illos adoriuntur, nulloq; percepto incōmo-
aut halitus contagione conficiunt. Sunt autē aliq-
serpentū genera, quæ caulas & stabula funestant, a-
armentis veneno infesta sunt, nempe hydra, aspis,
luber, vipera, basilisco nocendi feritate ac malitia
fines. Quod venusto hoc carmine expressit Virgili-

Basilisci syluestres.
Basilisci in Germania.
Georg. 3.

Sæpe sub emotu præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit.
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus:
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squammea sublato conuoluens pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum,
Stagna colit, ripisq; habitans, hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum ac flammantia lumina torquent
Sæuit agris, asperq; siti atque exterritus æstu
Voluitur ad solem & linguis micat ore trisulcis.

Hæc & pleraq; alia serpētum genera non deesse G-
maniæ existimo, vt etiā aliquam Basilisci speciem,
quæ non tā exitiali ac pestifero veneno imbuta si-
quam q̄ in Aphrica torridisq; regionibus nidulan-
ac stabulant. Ab horum sæuitia atque immanitate
fac-

ceratissimi olim vates multis locis appositissimas si-
militudines desumserunt. Siquidem Esaias ad Basi-
lisci partum allusisse videtur, cum inquit: Concepto *Cap. 95.*
cinore nequitiam pepererunt, oua aspidum, rupe-
runt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de
ouis eorum, morietur, & quod confotum est, erum-
pet in regulum. Quo indicat illos in re nihili, nul- *Esaiæ locus ex-*
liusque momenti anxie laborare: & quidquid moli- *plicatus.*
untur, noxium esse ac damnosum: doctrinam quoque
eorum plenam esse virulentis, ac venenato halitu
perniciem adferre auditoribus: obiter quicquid ab
iis prodit ac promanat, vt à Basilisco ac venenosis be-
stiis, exitiale est & perniciosum. Salomon quoque *Prouerb. 23.*
vini intemperantiam, quæ mentem in furorem sub-
inde rapit, ac lethaliter afficit, noxiis infestisque ser-
pentibus comparat: Non intuearis, inquit, vinum,
quando flauescit, & cum splenduerit in vitro color
eius: ingreditur blande, at in postremo mordebit vt
coluber, & tanquã regulus venena diffundet. Vt au- *Simile à lupo*
tem lupus obuiis vocẽ adimit, aut raucedinem afflat *qui vocem adi-*
halitus, qui ab eo promanat, contagione: ita quoque *mit.*
Basiliscus afflatu ac sibilo, tanquã emisso iaculo, pau-
lo etiam remotiores conficit. Nec solum homini, re-
liquisq. animantibus insidiatur atq; infestus est, sed
etiam fruges ac sata contactu suo fœdat ac polluit.
Nec est vllum animantis genus, quod aduersus hunc
serpentem subsistat, nisi mustela, quam Belgæ *een* *Mustela Basi-*
Wesel vocant, quæ rutæ esu munita atque armata, *lisco hostis capi-*
intrepide illum aggreditur, atque extra cauernas ac *talis.*
latebras, in quibus delitescit, protractum conterit: *Plin. lib. 8. cap.*
nisi mustela demortuo serpente confestim se sub- *21.*
ducat, pastuque rutæ rursus reficiatur, ipsa quoque *Rutæ vis.*
aëris ambientis contagione ac fœditate suffoca-
tur. Quocirca non inconsulte faciunt, qui in cultu-
ra hortorum huic herbæ præcipuum locum attribu-
unt, cum præsentanea vi venenis obsistat, nec vllum

ſerpentis genus ſub huius vmbra ſe recondat. Ita
Ruta frigida venena obducit. quis mandragoram, cicutā, hyoſcyamum, ceruſam
papaueris nigri ſuccum, tum pleraq; alia quæ imm
dica frigiditate ſtuporem inducunt, aſſumſerit, ru
ſucco, eiuſque ex vino decocto, reuiuiſcit, ac malu
diſcutit. Cicuta quoq; qua Socrates exſtinctus leg
tur, aut ſi quæ ſint algentis frigidæque naturæ, qua
papauer, lactuca, portulaca, vim rutæ, ſi quando a
fluentius aſſumta fuerit, retundit ac reprimit: ſiqu
dam ruta affectu feruido atq; vrenti corpori noxa
infert copioſius aſſumta. Sic obſeruaui graſſan
morbo populari, ac ſæuiente peſte quotquot ruta
aceto imbutam identidē naribus admouerent, qu
aëris contagia diſpellerent, puſtulas in ſuprema inf
maque labri parte contraxiſſe, exulcerat enim for
Ruta corpori admota adurit. admota, atque vlli parti affricata, veſiculas excita
quamobrem carbunculis & bubonibus, aliiſque tu
moribus, qui in peſte ſe proferunt, commode adh
betur, elicit enim virus, nec patitur intro reſilire ve
Emplaſtrum ad tumores peſtilentes. nenatos halitus. Si ex fermento acri ac ſalito, con
tuſa ruta, ficubus, cantharide, cœpe & ſcylla toſti
calce viua, ſapone Gallico, ammoniaco, & theria
cæ momento emplaſtrum confici iubeo, quod affe
ctæ parti mature admotum, confeſtim deliteſcent
ac reconditos tumores perrumpit: intro vero exhibi
Quæ cor à fuligine liberant. tis antidotis, quæ contagioſam fuliginem à cord
diſſipant ac diſcutiunt: inter quæ præſentanea the
riaca & mithridaticū, drachmæ aut ſeſquidrachm
pondere, pro ætatis ratione aut virium robore, e
vino propinatum, aut decocto florum calthæ, qu
Belgis ab aurato luteoque colore *Goudtbloemen* nomi
nantur. Ceterum cum monſtroſus hic galli part⁹, e
Alectoria gemma quid præſtet. cuius ouo baſiliſcū emergere vulgus opinatur, nul
los non terret, ac formidine concutit, tum lapis ele
ctorius, hoc eſt, gallinaceus omnes afficit, atq; à nul
lo non expetitur: ſiquidem hoc geſtamen virile ro
bur

...ir adauget, ac cum fortitudinem, tum in rebus ag-
...ediendis confidentiam adfert; eximitur autem ex
...ſtrati galli, hoc eſt, capi cui teſtes exacti ſunt, ven- *Capo vnde*
...culo, tenui mēbrana aut pellicula incluſus, quæ *gemma inna-*
... à quo in ſpadonem & eunuchū deſciuit, anno; gē- *ſcitur.*
...a hæc colore eſt pellucido cryſtalli ſpecie, magni-
...dine fabæ. Credo autem hanc ex ſeminali excre-
...ento concreſcere, ac conglobari caloris naturalis
...iumento. Cum enim natura ſemen elaborare in
...calite non deſinat, licet inefficax atq. inualidum;
... vires deſint ad profundendum excoctum liquo-
...m, in lapidem is dureſcit. Sic lac in mamillis lapi- *Lac lapideſcit*
...ſcit, vbi non emungitur, atq; in apoſtematum col- *in vberibus.*
...tionibus, lapidoſa quædam congeries ac concre-
... aliquando eximitur. Vt autem gemma alectoria *Alectoria*
...is fauorem conciliat, atq. apud mulieres gratio- *gemmæ vis in*
... efficit; denique in proferendo virili robore, quod *viro.*
... congreſſu maritali ac geniali thoro exigitur, ſi
...ando procreandis liberis operam impendunt, va-
...os robuſtoſque præſtat: ſic Ætites lapis in aquilæ *Ætites lapis*
...do repertus, reſonantibus intus minutis lapillis, *qua vi polleat.*
...minis lubricis concipiendi vim confert; alliga-
... pectori aut ſiniſtro brachio, per quod à corde
...ſus digitum annularem minimo proximum ar-
...ia decurrit: quibus partibus ſi toto geſtationis
...npore gemma incumbat, fœtum fulcit, nec vl-
... eſt abortus, aut excutiendi fœtus formido aut
...pidatio. E diuerſo parturientis femori admotus,
...editum facilemque partum procurat: nulla pro-
...modum enitendi difficultate aut anguſtia. Quæ
... mihi experimento comprobata eſt: cum enim *Experimentum*
...oina quædam tota geſtandi vteri decurſu, hoc à *in matrona*
...lo geſtamine, commoda valetudine vſa eſſet, par- *gemmæ*
...que inſtante gemmam adimere, atque à pecto- *Ætitæ.*
...amouere neglexiſſet, ſenſit illico pariendi dif-
...ultatem, infantemque tardius deſilere; ita de-

tracta à collo Ætite gemma, eaq; admota femori i[n]terna parte non procul à pube leuem placidumq[ue] partum consequuta est: itaque matronis salutarem eius gemmæ vsum indicaui, & quando vel pecto[ri] vel fœminibus applicare conuenit. Qua autem vi[ ] sta perficiat, si quis forte requirit, discendiq; est au[i]dus: ego attrahendi facultate tale quiddam præsta[re] censeo, eadem qua magnes ferrum, gagates & succ[i]num festucas ac paleas allicit, quod nemini absurd[um]

Vteri natura.

videri debet, cum vterus exquisita sentiendi vi po[l]leat, atque rebus odoriferis ita afficiatur, vt si eas n[a]ribus admoueri contingat, assiliat, ac sursum enit[a]tur, adeo vt suffocatio mulierculis ac virgunculis m[a]turis immineat, nisi confestim amoueantur, & infe[ri]nis pudendisque partibus applicentur, propere eni[m]

Quibus fœtida, quibus odorata admouenda.

deorsum retrahitur, ac resilire incipit. Quocirca pr[æ]guantes, & quæ gestant vterum, superne fragrantis[si]ma quæque exigunt, quo spiritus recreentur & fœt[us] sursum enitatur, aliis autem quæ pruriunt, ac viri d[e]siderio tenentur, graueolentia fœtidaque naribu[s], pubi vero & femoribus suaueolētia applicanda, pr[æ]sertim vbi in vteri suffocatione strangulantur. Quo[d] si deorsum feratur vulua ac concidat, inferne, quæ t[e]tri odoris sunt, alliganda, superne quæ grato suaui[que] afflatu collapsos spiritus erigant. Quod si secus a[c] præpostere ista tententur, exasperari malum conti[n]git, ac grauissime hunc sexum affici, nisi viris subiici[]antur, sic vt pręter acerrimos dolores, animi deliqui[um] periclitentur.

De mulierum natura, conditione, moribus: & cur is sexus, v[...] incanduit, acriores, quam vir, iras cōcipiat, ac rixetur eno[r]mius, multisq; aliis affectibus impotentius succumbat: ob[...] ter quem sensum habeat illud Sapientis Hebræi: Melior e[st] iniquitas viri, quam mulier benefaciens.

Ecclef. 3.

CAP. XIII.

QVod non solum Comici Poëtæ, Oratores, Philo[so]phi

phi à ſyncera religione alieni, ſed etiam ſapientes vates Hebræi Dei cognitione affatim imbuti mu-eres paſſim inſectantur, atq. exagitant, quarundam nprobitas promeretur & nequitia: quamquam non nnes eodem ſucco perfuſæ, nec pari exſiſtunt acer tate atque amarulentia: ſunt enim matronæ quæ-m, quæ educationis beneficio multis magniſque turæ dotibus exornatæ atq; inſignitæ, præſtantiſ-mis viris non cedant, nec ſint inferiores licet pro-iſcua multitudo ac gregaria mulierum colluuies ocax ſit, ſtolida, ferox, etiam in reges imperioſa, lu-ica, varia, mutabilis, & quod ad carnis illecebras, cupidinis incitabula attinet, indomitæ libidinis, quæ laſſata non ſatietur, ſic tamen vt aliæ aliis in s affectus ſint propenſiores, ac magis pronæ. Cum item tam multa paſſim huius ſexus vitia conſpici leant, ac multi matrimonio addicti de mulierum tura & conditione queritentur, multaque indigne erferre ſe ac perpeti apud alios deplorent, nõnullis caſionem præbent, vt ab hoc vitæ inſtituto abhor-ant, atq; à fœminæ ſocietate intimaque conſuetu-ne ſe ſubducant potius, quam moroſam, queru-m, amarulentam, atrocem, acerbam perferre co-ntur, illiuſq. imperio ac minis ſubiici. Verum cum aturæ ordo, vitæq; neceſſitas, tum propagandæ ſuc-eſſionis amor & propenſio hominem impellat, vt oſteritati conſulat, vt ſociam atq; adiutorium adſci-at, cõſulto faciunt, qui matrimonium adeunt, quo diuidua ſocietate, ac mutuo animorum corporũq; onſenſu, vitæ curſum placide ac ſuauiter tranſigãt. d enim exigit humanæ vitæ conditio, niſi prorſus atura repugnet, nec aliud ſuadeat corporis habitus conſtitutio. Quo ſpectat illa Metelli Numidici a-ud Romanos laudata concio, qua ciues (ne Reſpu-lica concidat) exhortatur, vt vxorem ſibi quiſque eligere pergat: Si enim (inquit) ſine vxore vita

Mulieres ab omnibus ſcriptoribus proſcinduntur.

Eſdr. 3. cap. 4.

Matrimonii incommoda.

Deus cur coniugium inſtituit.

Gell. lib. 1. c. 6.

Metelli dictum de vxore ducenda.

transigi posset, non inuiti omnes ea molestia atq; i
commoditate liberari exoptarent: sed quoniam i
natura comparatū est, vt nec cum illis satis comm
de, nec sine illis vllo modo viuere possimus, salu
perpetuæ potius, qua Reipublicæ incolumitas sub
sistit, quam breui voluptati consulendum. Quod si fe
Ecclef.36. minæ ministerium in negotio domestico, ac rei fam
liaris administratione magnum vsum ac commod
tatem sanis ac validis præstat: profecto valetudinari
illius opera cum primis vtilis est & necessaria. Siqu
dem, Sapiente teste, vbi non est sepes, diripitur po
sessio: & vbi deest mulier, ingemiscit ægrotus, qui
liena ope indiget, atque alterius fulciri debet min
Matrimonii commoda. sterio. Fida enim vxor strenue officio suo fungitu
illique rerum domesticarum ac familiæ cura sedul
incumbit, tota mente & cogitatione in maritum assi
due defixa, adeo vt si quid incommodi conceperit,
qua clades illata est, si morbi vrgent, si animus mœ
Genef.2. ret ac deiectus est, maximam calamitatis partem in
transferre cupiat; illius enim incommodis non secu
quam propriis condolescit atque afficitur. Quod i
psum efficit mutuus animorum corporumque con
sensus & conspiratio, qua ex geminato in vnum, a
velut singulare corpus homo coalescit ac congluti
Lib. Carm.1. Ode 13. natur. Hinc scite Horatius:

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimoniis
Suprema citius soluet amor die.

Ceterum mulieres omnibus affectionum ac per
Mulieris intemperies tempestati similis. turbationum generibus esse obnoxias, illasque im
mane incandescere atque efferari, etiamsi leuissim
caussa subsit, quotidiana exempla testantur, ita vt n
minor sit mulieris furor & intemperies, quam cœl
atque aëris, vbi tempestatibus, fulmine, tonitruis ex
asperatur: quod præter alios sapientiæ affectatore
Hebræo

...bræos etiam quotidiano vsu ac vitæ consuetudine ...buisse exploratum, illorum scripta abunde testan... :opinor enim domestica illos ac familiari intima... e necessitudine expertos esse & condocefactos, ...id improba ac malitiosa mulier, si quando irritata & lacessita, moliri soleat, quas tragœdias excitare, ...am effuse efferuescere atque æstuare. Sic enim ...idam illorum inter cetera concionem suam pro... ...uitur desumta similitudine à venenatis infestisq; ...uis; Summum vulnus est animi, tristitia, summa... e malitia, nequitia mulieris: quoduis esto vulnus, ...m ne sit vulnus animi, quæuis malitia, dum ne sit ...lieris rabies & nequitia. Nullum colubri capite ...centius, nulla ira muliebrem iram superat. Com... ...rari leoni ac draconi magis expedit, quam mulieri ...quam atque improbæ. Cum autem mulier à viro ...erserit ac producta sit, animal placidum, mite, ...ndum, mansuetum, molle, imberbe, cuteque gla... ac læuore perpolita, & quod tractari à viro gestiat, ...que subiici; mirari subit, vnde illi tanta ferocia ac ...andi libido, affectusque tam enormes atque effre... ...i: Ego vero hæc omnia ex animi impotentia, men... ...que ac iudicii imbecillitate in hoc sexu euenire ...iicio: quo fit vt mulier ira accensa sibi excidat, at... ...e extra potestatem constituta, cupiditatibus suis ...derari nequeat, aut perturbatos animi motus mi... ... coercere, aut iis ratione mentisque iudicio obsi... ...e, more pueri aut infirmioris ætatis, quæ cum sit ...onis ac consilii inops:

Ecclesi. 25.

Mulier quale animal.

Mulieri fragilitas vnde.

Horat. in arte Poët.

----gestit paribus colludere & iram
...olligit, ac ponit temere & mutatur in horas.

...uidem mens mulieri minus, quam viro robusta, ...a fortitudine fulta, animus prudentia tenuiter sti... ...us, oblata leuissima, nulliusq; momenti occasio... ...renum rationis excutit, sic vt rabidi canis mo... ...decori, suique oblita, indiscriminatim, nulloque

Mulier cur subito incandescat.

delectu notos ignotosq; adoriatur ac laceret. Qu
si quis naturalem rationem exigat, hanc ego hui
rei caussam refero, quod mulier molli sit carne, l
xaq; ac fluida, sic vt bilis incensa, confestim se p co
pus diffundat ac sanguinis circa cor subitam ebul
Simile ab ignitis rebus. tionem excitet. Vt enim ignis leuiores stipulas citi
corripit, ac sublimem flammam excitat, sed quæ ci
Mulier cito irata, cito placabilis. conquiescat ac sopiatur: ita quoque mulier celerit
ita inflammatur atq; ignescit, mirisq. modis tumu
tuatur, verum fremitus ac vociferatio in corpore m
Mulier cur irata lacrymetur. nus forti atque animoso, tum etiã humido confesti
mitigatur ac reprimitur, omnisque ardor & ita effi
Viri qui cito in lacrymas proni. sis lacrymis diluitur, ac velut infusa aqua deferu
scit: quod in quibusdam etiam viris effœminatis pe
spicimus, quorum magnanimitas ac ferocia puer
Furor mulieris vnde emergat. li more, in lachrymas fere desinit, vbi aduersarius
criter se illis opponit. Quod si quis propius rei hu
ius caussam explicari velit, ac rationem magis ex
ctam exigat: ego nullam propiorem excogitari po
se video, quam humorum virus ac colluuiem, qua
singulis mensibus ex lunæ decursu congerit atq; ex
purgat. Vbi enim illam irritari contingit, vt leuiss
me assolet tota illa humorum sentina agitata effu
mat, ac per corpus diffunditur, sic vt cor & cerebru
huius fuligine ac fauillis affici contingat, ac spiritu
tum vitales, tũ animales, qui iis partibus deseruiun
Anus minus irritantur. inflammari, eoque fit, vt mulieres irritatæ, iunior
præsertim (nam aniculæ effœtæ, pacatiores ob men
ses resides) rabiose latient ac vociferentur, compl
sisque manibus indecoros gestus ac fremitus profe
rant; & cũ ratio in iis minus vigeat, iudicium debil
sit & exile, mens inualida, acrius efferãtur nec pro
sus impetus animi cohibere possint. Et quo quæqu
in eo sexu vilior est, eo magis tumultuatur atqu
efferuescit ira implacabili. Hinc plebeis & prostitut
(nam patriciæ aliquando decoro inseruiunt, tamet

plerum

erumque corrugatis naribus obmutescant, nec vi-
is responso dignantur. *prancken* Belgę vocant) quoniã
orpus fere obtinent vitiosis humoribus contamina-
um, summa impudentia pari malitia coniuncta est,
a vt velut furiis agitatæ, nec consilio, ratione, pudo-
e, monitis, blandimentis, quibus etiam feræ mite-
unt, coerceri possint, quo minus fremant, atque ab
isanis clamoribus desistant adeo,

Neque ius neque bonum, aut æquum sciunt,
Melius, peius, prosit, obsit, nihil vident, *Terent. Heaut. Scen. 1. Act. 4.*
Nisi quod libido suggerit.

ic sui oblitæ fidem, decus, pudorem, famam, probi-
atem, pudicitiam, existimationem vilem habent, ac
ericlitari patiuntur. Quo spectat illa de humana cõ-
itione Salomonis inuestigatio: reuocaui animum *Eccles. 7.*
neum ad ea eruenda, quæ ratione & iudicio atque
xperimento assequi possunt, quo exploratum habe-
em improbitatem hominum, illorũ insaniam, furo-
em, amentiam. Et inuenio amariorẽ esse ipsa morte *Rara auis mulier bona.*
mulierem, quæ vna est instar venenatorum multo-
um, & cor eius simile retibus multis, & manus vin-
ulis. Laboraui ad hanc vsq; horam, vt mulierem ali-
quam bonam & cordatam inuenirem, nec successit:
x mille enim viris vnum tolerabilem inueni, ex mil-
e autem fœminis nullam. Nec prorsus aliena est ab
ac, illa in Prouerbiis percontatio: Mulierem stre- *Prouerb. 31.*
uam, industriam, fortem, sedulam, cordatam, quis
nueniet? quasi dicat, non facile in vlla regionis par-
e, in remotissimis terrarum angulis reperiri probam
c moratam fœminã, quæ si forte se offerat, aut com-
monstrari possit, æquari eam pretiosissimis gemmis,
ec vllas merces, quamlibet raras ac sumtuosas,
uic conferri posse aut comparari. Ceterum quo-
iam in hoc argumentum incidi, ac fœminæ condi- *Salomonis locus explicatus.*
onem excutiendam suscepi, obiter discutiendum,
uid illud Sapientis designet: Melior est iniquitas *Eccles. 21.*

Sapientis Hebræi sententia excussa.

viri, quam mulier benefaciens. Cui sententiæ hu[...] subesse sensum interpretor, vt vir etiam ignauus, i[...] ers, somniculosus, negotiandi omnisque mercatu[...] ac rerum gerendarum rudis atque imperitus, pau[...] dexterius negotia sua perficiat, quam mulier, pr[...] ceps & temeraria: quæ inani sapientiæ persuasion[...] atq; inconsiderata confidentia nihil non aggredit[...] omnia quam vir deterius perficit. Vir enim sui dif[...] dens, cunctanter ac circumspecte, aliorum fultus a[...] miniculo, quos in consilium adsciscit, singula con[...] cit atque exequitur. ita vt successum optatiorem c[...] sequantur, quam si eadem à fœmina arroganti, a[...] sapientiæ opinione turgida, vt fere conspici solen[...] tententur. Siquidem huiusmodi mulieris conat[...] & industria, magna ex parte in deterius deuergi[...]

Prouerbium Belgicum in fœminas.

quod ita efferri solet vulgato idiomate: *Het quaet[...] van een man, is beter dan het beste van een vrouwe:* hoc es[...]

Cur fœminæ minus ingeniosæ.

Si quid operis muliebri industria absolutum perf[...] ctumque sit, minus laudis promeretur, quam viri ru[...] de & incomtum, ob mentis scilicet & consilii in[...] opiam, tarditatem atque hebetudinem, ob calor[...] naturalis defectum, & quod animus languidus hu[...] midæ materiæ incumbit atque immersus est, sic vt se[...] gnius se proferant facultates animæ, atque ad res ge[...] rendas sint inidoneæ, parumque appositæ. Quocirc[...]

Romanorũ lex de fœminis. Pro Murana.

Romani, quibus summa fuit ornandæ stabiliendæ[...] que Reipublicæ cura, matronas, Cicerone teste, [...] propter naturæ infirmitatem, in tutorum potesta[...] esse voluerunt, nec vlla ciuili administratione fung[...]

Pauli de muliere præceptũ. 1. Cor. 14.

Paulus quoque, qui mentes hominum indefesso la[...] bore ad solidam fidem instruit, ac sedulo pieta[...] informat: mulier ob animi impotentiam, hoc es[...] affectum à temperantia ac moderatione auersum, [...] in cœtu confessuque solemni silentium imperat[...] nec patitur vel concionandi munus obire, vel i[...] comitiis quæstionem mouere, aut suffragiis inter[...]

esse

ſe, vllamq; proferre ſententiam. Cum autem tanta
muliebris naturæ fragilitas imbecillitaſque & im-
erfectio, vt Plato non citra ſexus huius contume- *Platonis ſententia de fœmina.*
am, ei fere mentem adimat, ac vix hominis nomen
omereri cenſeat, aut nominis huius honore digne-
r; tamen Paulus qui rerum domeſticarum tran- *1. Cor. 11.*
illitati paterno affectu conſulit, illi ſuum hono-
m exhiberi vult, nec prorſus deſpici: aut abiectum
lemque cenſeri, cum pari propemodum ſit condi-
one ac dignitate, eiuſdemque muneris cum viro
rticeps, nempe ex eo ab opifice deſumta. Ita vir *Geneſ. 2.*
ago & gloria Dei eſt teſte Apoſtolo, mulier viri glo-
a: non enim eſt vir ex muliere, ſed ex viro mulier;
m non propter mulierem creatus ſit vir, ſed pro-
er virum mulier. Cæterum neque vir ſine fœmi- *Epheſ. 5.*
, neque fœmina ſine viro in Domino, qui ſic tem-
rat ordinem vniuerſi, vt mulierem ſubditam viro
e voluerit. Quemadmodum enim ex viro fœ-
ina, ſic vir per fœminam in generandi ratione ac
oducendis liberis: ita vtrobique oſtenditur ſocie- *Coloſſ. 3.*
s ſubcidiaria ac mutua vtriuſque opera, amor,
nſenſus, conſpiratio. Quocirca æquum eſſe Petrus *1. Petr. 3.*
nſet, vt mulieres maritis ſint obſequentes, illi ve-
ſe commodos præbeant, ac faciles vxoribus vt va-
nfirmiori, leuiores errores condonent, offenſi-
culas remittant, ad multa conniueant ac muſſent:
n enim par eſt, vt vir plus ſatis in ſexum fragilem
ox ſit, imperioſus, amarulentus, modo in officio *Adulterium muliebre indelebilis macula.*
ſiſtat: nec vllam pudicitiæ iacturam ſibi inferri
atur, quæ macula tametſi viro, vbi reſciſcat, plus
ignationis quam damni adferat, vt mœchi dicti- *Mœchi adulteria ioco eludunt prouerbiali.*
ur, nunquã tamen ea labes in muliere eiui poteſt:
t illatu vlt'nus obduci, quanquam Chriſtiana ca-
as, ac maritalis amor nõ nimis rigidus eſſe debet,
t inexorabilis: cum penes Deum ſit reconciliatio,
diuinum numen ſcelere, impietate, idololatria,

exaſperatum precibus ac pœnitentia placari ſol
atq. anteactæ vitæ errores ignoſcere, vbi ea anin
reſipiſcens deſpicit ac deteſtatur, concepto ſeruat
Mulieres vnde moroſæ. melioris vitæ propoſito. Ceterum magnæ mole
pars in hoc ſexu ex geſtationis tædio, ex lactandi
triendique moleſtia oboritur: non minima ex ſ
preſſa cohibitaque menſium ſcaturigine: quæ ſi ſt
fixoque tempore profluāt, iracundiæ atq. aceruit
æſtus excutitur, auerſa à corde & cerebro fuligi
triſtique halitu diſcuſſo, qui ſurſum effumare ſo
Mulier quando pacatior. Quam vero placidam ac blandā experiatur vxor
maritus, vbi Genialis thorus identidē exornatu
concubitu amplexuque frequenti hic fundus exc
tur ijs qui matrimonio addicti ſunt, notius eſt, qu
vt multis verbis amplificari debeat. Quanquam
Ecclesiaſt. locus explicatus. tem verboſius, pauloque fuſius Sapientis Hebræi
radoxum, hoc eſt, inopinatam atque alienam à co
muni ſenſu vulgataque conſuetudine ſententian
explicaſſe videri poſſim, aliam tamen interpretat
nem comminiſci poſſe video, ita vt is ſenſus eruat
Potior eſt nequitia viri, quam proba quidem muli
ſed quæ poſtmodum cauſſa ſit infamiæ, & ex cu
commercio naſcatur dedecus, hoc eſt, præſtat c
viro improbo contrahere aut negotiari, quam c
muliere fucata rem habere; tametſi enim in ſpecie
primaque fronte probitatem ac decus pręſe ferre
detur, nec aliquid fuci aut fraudulentiæ fori oſt
tare: poſtmodum tamen inconſtantem experie
verſipellem, captioſam, lubricam, fallacem, fraud
lentam, atque impoſturæ intentam, ita vt ſi vir qu
piam alicui imponat, aut in negotio quenquam
fraudet, fraus & impoſtura viri iuſtitia ſit, præ m
lieris nequitia ac fallacia. Similes loquendi formu
Ezech. 16. paſſim in Biblijs obuiæ ſunt. Sic Deus apud Ezech
lem exaggerat: Hieroſolymæ ſcelera in immenſu
& iuſtificatam Sodomam ac Samariam pronunt
ab

ea: quo indicat ipſam ſceleratiorem eſſe, illasque ntes ſuperare improbitate, nequitia nefandisque eleribus, ita vt Samaritani & Sodomitæ inſontes vi- eri poſſint, ſi illi comparentur. Sic in opinionum auitate ac ſtabiliendo pernicioſo dogmate aut ſe-, alius alio nocentior ac magis pernicioſus, ita vt nnulli hæretici, orthodoxi videri poſſint, ac ſalu- rem ſanamq; doctrinam proferre, ſi cum aliis con- as, qui magis abſurdas, impias, blaſphemas, exſe- ndas opiniones ſtabiliat: quod etiam populariter erri ſolet: *Deſee is een Goddelyck ende heylich man by den al- leren:* hoc eſt, tametſi vterq; nequam eſt & impro- s, tamen ſi ad æquitatis normam, ad iuſtitiæ amuſ- n omnia exigere velis ac metiri, alter innocens ſta- poſſet & abſoluendus, ſi cum alterius ſceleratiſ- nis facinoribus conferatur. Ita etiam alius alio ſu- rſtitioſior, atq; à ſyncera religione ac pietate, cul- que diuinitatis remotior, ac magis alienus:

Ezechielis locus explicatus.

Inter homines alius alio nequior.

Sic plerumque agitat ſtultos inſcitia veri, &
Palantes error certo de tramite pellit;
Ille ſiniſtrorſum; hic dextrorſum abit: vnus vtrique
Error, ſed variis illudit partibus omnes.

Hor. lib. 2. Sermon.

virum æque ac fœminam inuoluit error, nequi- dedecus, improbitas; ſed iſta magis deteſtabilis & ecrāda. Sic melior eſt iniquitas viri, quam mulier nefaciens; hoc eſt, vt Belgæ dictitant, *De deucht van vrouwe is ergher dan eens mans boosheyt.* Quo prouer- exaggerant malitiam eius ſexus, vt ſi vitia vitiis nponantur, ac fraudes, impoſturas, fallacias, tech- excutias, longe grauiora ſint, ac præponderent, e à muliere, quam quæ à viro prodeunt.

Ignorantia veri errores parit.

Cur ouum duobus extremis verticibus, quibus oblonga atque anguſtiore ſui parte (vt polus Arcticus & Antarcticus) ſubnixum fulcitur, digitis aut complicatis palmis comminui frangiq́, nequeat, quamlibet premas. Et cur aceto acri maceratum, intractabilem teneramque mem-

branam mollescat, denique idipsum aqua vitæ, hoc est
no ardenti immersum, non secus quam ferrum ab a
forti consumatur.

CAP. XIV.

Ouum in aceto liquescere.

SI ouum in acerrimo aceto maceres quatuor
potissime septem dierũ spatio, pro liquoris il
acrimonia, putamen eius seu testam in eam me
branæ teneritatem attenuari experieris, vt per an
lum, qui humanis digitis gestari solet, adigatur.
ratione atq. affectu ouum aquæ vitæ immersum
sumi, atq; in nihilum redigi, experimento comp
batum. sic vt etiam aceto perfusa silex, ac tophus
pis, cuius opera cæmentarii parietes incrustant &
sternas conficiunt: quale Belgis *Teras* vocatur, liq
scat, atque in puluerem resoluatur. Siquidem vt
liquori consumens igneaq; vis subest, ac penetra
lis, quæ solida suæq; depascit ac conterit, quo fi
qui horum vsu affluentius vtuntur, vt etiam f
immodico & cumini, macilenti efficiantur atqu
rescant, prorsusq; extenuentur: adeo vt impuber
incremento officiant, & quo minus in decoram l
gitudinem adolescant, prohibeant. Depopulan
enim humorem natiuũ, cuius adminiculo in spe
bilem decentemq; proceritatem corpus assurgat.
humores salsi, mordaces, vrentes, nitrosi memb
nas in corpore, carnem, musculos, neruos, ossa s
da, & quæ lapidosa sunt duritie, vt dẽtes & capiti
sa petrosa erodũt, atq. vt erucæ caules, atq. holera
vermiculi ac teredines lignum, ærugo ferrum,
dunt ac cariosa efficiunt. Ceterum ouo crudo
solidam infractamq; inesse firmitudinem, qua p
in longum, ac geminus vertices se porrigit, vt n
robustissimo quidem viro cõminui possit: si cui
plorare libeat, nõ vanũ aut commentitium exper
tur; nisi enim in obliquum nonnihil inflectas atq
in latus inclines, non cedet prementis articulis,

Tophus, Teras. gypso affinis.

Quid homines macilentos efficiat.

Humores praui ossa corrodunt.

Simile à vermiculis.

co

llisum durissimo obiecto frangetur: siquidem ita
nititur testacea illa firmitas, vt rumpi, aut soluta
mpage dissilire nequeat, etiamsi quis compressis
anibus omne robur, omnesq; vires adhibeat; lateri-
s enim stipatum, vndiq; se fulcit. nec intorquetur,
t inflexum lentescit. Sic sudes ligna, trabes, ferra-
enta erecta, ac in sublime cõstituta, immensa pon-
ra sustinent, nec incuruescunt, aut inflectuntur. Cũ
tem huius rei non sint ignaræ villaticæ mulieres, q̃
ndinarum diebus vrbes frequentant, ac merces a-
nentarias oppidanis afferunt, oua in canistris non
nper prona aut in aluum depressa, in q̃ fere sponte
cumbunt, sed erecta ac resupina constituunt, ita vt
gustior pars, quæ vtrimque turbinata est, sublimis
sistat atque eminentior, quod ea ratione ab iis per-
tur, quo minus collidantur, ac pondus impositum
ferant, quibus etiam partibus salsugine, aut aqua
minosa immersum fluitat, quemadmodum etiam
cinum, vulgo ambra.

Ouum salsugine immersum innatat.

na mira naturæ vi singulis mensibus, sicus quam alia astra,
ngulis corporis partes sanas latenter & tacite, valetudina-
as manifeste nec citra doloris sensum perreptat, illi q; modo
nobus modo tribus diebus inhæret. Obiter an in ea parte,
ui sidus incumbit, tuto vena incidi possit.

CAP. XV.

dera vim suam in res terrenas effundere, ortus &
ncrementa rerum, totiusque mundi vniuersitas
monstrant: neque enim otiosa est, iners, ignaua na-
 rerum, sed viuida, alacris, erecta, efficax, magnis-
 viribus ab opifice, cuius verbo omnia vigent ac
sistunt, instructa. Nec solum ad oblectandos pa-
dosque oculos (tanquam inanis pictura) exhibita
is tam spectabilis cœli species astrorum decur-
ordo, continuatio, series, sed vt aliquem ex his af-
um atque vtilitatem consequamur. Siquidem
s, q̃ præter oblectamentũ ac contemplationem

Sidera res inferneas regunt.

Genes. 2.
Psal. 31.

Terrena astris obsequuntur.

Natura rerum astris subiecta.

Mens ab astris libera.

Paulus Rom. cap. 7.

Vulnera ex effectu lunæ lethalia.

Singula membra lunæ motus percipiunt.

tanti operis quam ex his concipimus, accumul fruimur ad vsum singularem omnia condidit, ip que stirpes, maria, amnes, flumina, metalla, gemn lapides, & quæcunq; vel è terra eruuntur, vel eius perficiem exornant, ac varietate rerum distingu ipsaque hominum corpora atque insitos hum cœlo subiecit, sic vt ex astris aliquam agitation ac motum impulsumq; percipiant, atq; effectum periantur. Nam mentes humanas à cōcretione m tali solutas ac liberas solus Dei spiritus, à quo cerptæ sunt, impellit atque incitat, nec vllum iis c astris commercium aut societas, nisi forte conse & conspiratio corporis, cuius ministerio ac subsi cuiusq. mens atque anima vtitur, aliquando ol ctante ratione transuersa rapiatur; ac corporis v ptatibus obsequatur. Ceterū cum luna sidus sit mini familiare ac proximum: terræq; citimum, ceteris in corpus humanum vim suam exserit, ac singulas partes peculiari vi effectuq; voluitur, sine acerrimo nonnunquam cruciatus sensu. Si enim latentis occultiq; vitii vlli membro subest, loribus acerbe concutitur ac dilaceratur, vellic illas partes lunæ vi, aut agitatis humoribus, qu infixi sunt, ac tenaciter inhærescunt. Ita omnes n bi affectus intemperies, lunæ via sperantur atqu crudescunt, vbi articulis insidet, adeo, vt vulne gre sanescant, aut cicatrice obducantur, ac nonn quam lethalia efficiantur, si quando illi me illata sunt cui incumbit. Pari ratione caput, fau pulmo, pectus, hepar, lien, renes, vesica, inte tum neruosæ partes incommodum percipiunt in iis intemperies ingrauescit, subsistente in sceribus sidere. Si pectus adstrictum est, & au sum, nerui, membranæ, musculi contrahuntur, a gescunt, vbi hac luna decurrit. Humores enim q omnia membra imbuta sunt & aluntur, cū salub

An pars in qua luna est ferro tentanda.

m insalubres & vitiosi, lunæ motibus effectibusque
positi sunt & subditi. Cæterum cum lunæ decur-
magna ex parte damna ac detrimenta corpori-
s infirmis ac valetudinariis inferat, in controuer-
m ac disputationem vocari possit: an in ea parte
a consistit ac moratur luna, vena incidenda, nam
hac re pleriq; meticulosi sunt, nec tale quiddam
tare audent, etiamsi morbus vrgeat, atque huius-
di præsidium confestim exposcat. Ego vero in-
pide magnaque subsidii morbique propulsandi fi-
cia, mature id aggrediendum iudico: acuti enim
eresque morbi nullas admittunt inducias, nullas
ras, aut deliberandi spatia: sed vt hostes in bello,
ncendium in ædibus, pestis in vrbe, in agro ac se-
e rubigo & depopulatio grassantur, atque in per-
iem properant. Nec quis etiã deterreri debet, aut
ncepto desistere, etiamsi aduerso aut maligno si-
e id tentari videatur. Sic in pleuritide, angina,
monis atque hepatis inflammatione, neglecta a-
rum anxia obseruatione, ac siderum adspectu,
ure ad venæ sectionem properandum, etiam in
nembri parte quam luna occupat. Vt enim in-
ente tempestate, ac sæuientibus ventis, naucle-
etiam æstu aduerso, ventoq; minus secundo ce
ime saluti prospicit, ac fidam tutamq; stationem
portum remis velisq; consequi tentat: vt denique
icola vel sementis, vel messis tempore propere ac
inanter, pluuiæ metu, omnia perficit, matura e-
satio sæpe decipit, sera semper: ita quoque Me-
us ratione atque experientia fultus, prima qua-
occasione atq. opportunitate, quam potest ex-
ite, salutare remedium adhibere satagit, ad hu-
rum redundantiam, morbique ferociam potius q̃
stra intentus. Sunt quidẽ obseruandi cœlestium
porum decursus, quos Deus in signa & tempora
annos, dies & menses constituit, sed exclusa te-

Simile ab externis calamitatibus.

In acutis morbis negligenda astra.

Simile à nautarum industria.

Ab agricolarũ industria simile.

Genes. 1.

Quatenus obseruanda astra.

meraria pronunciandi vanitate atque impudent
Cap. 47. quam Esaias ac plerique alii insectantur atque i
pugnant. prorsusq; indignantur illos de cuiusq. fa
hoc est re quæ cuique Dei ordinatione constit
est & designata, illique impendet, de hominum s
Hier. 10. cessu, & quid illis obuenturum sit, indubitanter
que exserte pronuntiare, suamque sententiam p
ferre. Non desunt primarii ac præcipui nominis
ri cum quibus mihi aliquando fuit disceptatio, c
rerum publicarum progressu & incrementa, vel
iam defectus atque interitus, religionis innouatæ,
2. Tim. 3. instauratæ mysterium, & qui eius caussa exoriunt
tumultus, & persecutio, quorum magna ad insont
hoc est qui pie viuere volunt in Christo Iesu, deu
uitur, ac siderum adspectus ac reuolutiones referi
cum propagatio Euangelii, quo per spiritum dom
ni fides, & qua illi innitimur, fiducia in mētibus n
stris accenditur, ex diuinitatis arbitrio, ac volunta
Ephes. 3. patris æterni pendeat, ac profecta sit, quæ ab om
æternitate, vt Paulus ait, apud Deum, qui vniuer
per Iesum Christum condidit, abscondita fuit.
Religio non astris, sed Dei spiritui subiecta. suo tempore reuelata ijs, quos heredes consortes
promissionis constituit per Christum. Sic patefac
veritate, visum est illi coruscante Euangelii, ac ver
sui luce, nullo non tempore exstirpatis erroribu
superstitione, idololatria, impietate conculcat
syncerum cultum inducere, suiq. agnitionem hom
num mentibus inserere: quod ab illo conceptur
decretumque & ante mundum conditum, ac cœlu
Mens astrologis in Deum erigenda. sideribus illustratum. Quocirca desinant, qui ast
plus nimio inhærent, nec altius assurgunt, aut cog
tationes suas ad opificē referūt, res cœlestes, hoc e
mentem atq. animum siderū inclinationibus subi
Humores sideribus expositi. cere; tametsi enim sanguis cæteriq; humores, spir
tus quoque cum naturales, tum vitales astrorum vi
res influxusq. manifesto percipiant. mens tamen at
anim

na ab archetypo diuinitatis depromta, nec fide- *Mens humana ab astris aliena.*
n vi impellitur, nec vlla ab iis, vel incommoda, vel
nmoda percipit: nisi forte consensu quodam, cum
pore affici statuas. Mens siquidem in homine, ra-
intelligentia, voluntas, fidei cognitio, & qua Deo
timur fiducia, religionis amor & veneratio, qua
mus Dei cultus subsistit ac continetur, ab æter-
lla mente atq. immutabili emergit ac promanat,
humanus animus vi alia, quam afflatu numinis
iuini spiritus instinctu, ad optima quæq. ac salu- *Mens hominis à Dei spiritu, non ab astris impellitur.*
n incitatur. Sic cum ceteræ animantes naturæ
etu ferantur, solus homo ratione ducitur & con-
, modo intra conditionis suæ limites consistat,
prorsus à dignitate & præstantia, qua à Deo ex-
us est, degeneret.

lium quo iuuenibus gratificari soleo, vt mature pubescant nustaq. lanugine mentum decoretur: Obiter graminum uticumq. cum crinibus ac capillis non inscita comparatio.

CAP. XVI.

ellæ nubiles, quæ primo quoque tempore mari- *Puellæ venustæ, iuuenes viriles videri exoptāt.*
is destinari cupiunt, hoc potissimum habēt in vo-
t in decentem venustamq; proceritatem adole-
t ac iam maturæ aptæq; matrimonio censeri pos-
atq; à procis ambiri. Iuuenes vero hoc exoptant,
quid virilis roboris cōsequantur, ac mature pu-
ant, mentumque speciosa barba decoretur. Hoc
n persuasum habent præter Belgas, ceteræ natio
glabros atq; imberbes, minus virilis roboris obti- *Imberbes minus viriles censentur.*
e in præstanda Venere, ac procreandis liberis: ita
lerique grauate suas filias iis elocari sustineant:
etsi aliquando secus res habeat, atque imberbes,
q; nulla lanugine criniti exsistūt, in cōgressu ma-
li viros prȩstent, licet frequentius caloris natura-
nopia illis vires langueant, ac facultates naturales
escant, speratæque prolis desiderio frustrentur.

Barba vt adolescat, sæpius radenda.

Cæterum qui barbatuli videri affectant, alendæq barbæ studiosi sunt, sæpius illam segetem sibi adi patiuntur, quo laxatis spiramentis, atque agitatio crebra excitato calore, qui humorem elicit, afflue tius pili erumpant: quod vernis potissimum men bus tentari debet, quo anni tempore calor & hum in corpore augescit, atque in illas partes diffundit

Capillorum ac graminum comparatio.

Vbi enim sæpius barbam resecari contingit, vt g mina, densius fruticantur pili ac cæsaries, habent nim crines rationem cum gramine ac virgultis, q crebrius detonsa ac demessa, celerius succrescunt, se proferunt vberius. Quocirca iuuenculis qui nul sunt barbæ apparatu, nec virili specie, nouacula cultrumque tonsorium identidem admouendum suadeo. Siquidem si mentum ac supremum labru subinde aqua egelida madescat atque elixetur, ex tato calore & humore, qui in eas partes confluit, c nita efficiuntur ac pilosa. Cæterum quo glabri ac d piles, hirsuti efficiantur, atque eleganti comtaq barba nitescant, remedium alias à me descriptum

Lib. 1. cap. 7.

libro, de corporis habitu. quo iuuentus maturius v nusta lanugine cohonestari queat, ac supremum i fimumque labrum syluescere, quo socero non disp ceat gener cui filia destinanda, quæ nonnunqua non minus appetens est, auidaq; sponsi, quam spo sus illius, plerumque in rem voluptariam, quam i dotem intentior. Inter ea quæ barbam emoliu

Barbam quæ præstant.

tur, ac passim obuia sunt, minimeque operosa, m statuo, butyrum salis expers, succum cæpe rubicu di, radicem arundinis internodiis distinctam, colo candido: sapore mellito, axungiam melis, vulgo t xi, vel *Das*, vrsi, leonis, radicem bryoniæ, betæ, rapha ni, lepidii, liliorum alborum, iridis, ex iis linimen tum confici potest. Nam mentum eo delibutum pri mum teneram lanuginem profert, postmodum den sam promissamq; barbam, quæ nec præmature cane scat

...t, aqua frigida potius cui momentum vini admixtum sit, irrigari debet, si quando adornari illam contingat: nam calida aut egelida, hoc est, quæ tepescit, & rugosam faciem efficit, & præpropere canitiem accerserat, sic iuuenibus aqua calida barbam confestim eripit, prouectioribus vero incanam reddit. Ceterum eunuchis vel natura, vel quibus testes exsecti sunt, omnia frustra tentantur in emolienda barba, ob caloris inopiam, qui humores excitare nequeat: Quo fit ut voce exili exsistant & fœminea, tum corpore glabro, licet antea criniti essent.

Aqua calida canam barbã & faciem rugosam efficit.

Eunuchi cur imberbes.

...atenus, aut qua ratione medicina conseruatrix in peste atq; aeris contagione adhiberi debeat, tum quæ hac vi effectuque pollcant.

CAP. XVII.

OBseruaui in Gallia Belgica, grassante peste, ac sæuientibus morbis aliis popularibus, complures ...u inuictos substitisse atq; illæsos aduersus ingruen...s mali contagia, quorundam antidotorum vsu ac ...nsuetudine, cuius generis sunt theriaca ardroma...i, Galeno miris encomiis celebrata, mithridaticẽ, ...ordium, zedoaria, angelica, laserpitium, cui affine ...trucium herba imperatoria, vulgo *Meysterwortel* aut ...agistrantia. Verum vbi illos peste corripi continge...t, nulla remedia tam efficacia excogitare potue...nt, quæ morbum discuterent; quamlibet enim præ...ntanea antidota adhiberentur, omnia frustra tenta...sunt, nec successit curatio. Siquidem cum valida ...et ac furiosa veneni vis, quæ munitum vallatumque antidotis corpus inuasit, illisque præsidiis in tuta valetudine nihil effectum sit, nulla erat aut per...igua in reliquis medicamentis spes, sic vt re prope...odum conclamata

Quæ pesti obsistunt.

Præseruatiua caute adhibenda.

Vna salus victis, nullam sperare salutem. *Virgil lib. 2. Æneid.*

...uocirca vbi me ad illos acciri contingat, exquisi-

tissima remedia eaq. duplicato pondere exhiberi cu-
ro, vt, iuxta prouerbium, malo nodo malus adhibea-
tur cuneus, ac primum roborato corde, omne viru
ad extimas corporis partes elicio, nulla tentata in e-
iusmodi affectibus (nisi aliter expedire visum sit, &
res exigat) venæ sectione, ne contagio, vt in fumanti
igne agitato assolet, latius se diffundat, maiorque in
corpore ad præcipuas partes, ad quas omnes venarū
atq; arteriarum riui producuntur, veneni fumus at-
que exhalatio se proferat. Quamobrē cum imperita
vulgi multitudo etiam pleriq. patricii, nullo delectu
ac discrimine omnium consilia admittāt, etiam cer-
donis ac proletarii, magno valetudinis detrimento
hoc cuiq. persuasum esse cupio, vbi regionem inua-
sit morbus pestiferus, vel ex aëris contagione, qui o-
mnes indiscriminatim, cū nobiles tum plebeios cor-
ripit, vel alimenti vitio, aut commeatus inopia, qui
postulares vexat, ne quiuis temere iis antidotis ad-
suescat quib. vti solent, atq. in corpus admittere pe-
ste contaminati, ne desint postmodū remedia, quibus
illa expugnari ac confici possint: sed victus tempe-
rantia, & frugalitate sedatisque affectibus se muniat
ac tueatur. Hac enim ratione substitisse legimus So-
cratem in sæuissima pestilentia ac vastitate, quæ to-
tam Græciam atq. Asiam exhausit ac depopulata est,
ea vsus moderatione vitæ, vt à tanta clade liber per-
stiterit & immunis. Interim non improbo (quod i-
psum crebro factitare soleo) lenioribus remediis im-
minenti malo obsistere, ac ne vllam contagionem
concipiat, corpus obdurare ac præmunire, ita vt ne-
mo extra limen pdeat atq. aëri se committat impa-
stus aut ieiunus, modo intemperantia atq. ingluuies
excludatur, rebus autem odoratis ac redolentibus,
aqua rosacea, vino, aceto, floribus sambuci, ac ruben-
tibus rosis medicatis, os, nares, oculos, aures, manus
faciem perfundere, atq. irrigare salubre est: fauces
fouere

Aliquando in peste non incidēdam venam.

Non omnium consilia in re medica admittenda.

Pestis ex aëre omnibus communis.

Pestis ex prauo cibo plebi peculiaris.

Socratis temperantia.

Sani vt contra pestem subsistant.

uere attrito coriandro, cinnamomo, zedoaria, caryophyllis, mali Medici cortice. Hæc enim ambientis aëris contagia dispellunt, quæ vltro citroq; reciprocante anhelitu, cor ac vitales spiritus inficiunt. go vero cum grassante peste nusquam non intrepi-, succurrendæ plebis ac ciuium studio me conferm, illis præsidiis, ac potissime mali citrei aut eius citranguli aut limonis nomine passim innotescit, trito dentibus succulento putamine recens disse-, me munire soleo, ac coniecta in Deum Opt. Max. ucia pestiferos halitus discutere; nihil enim huius mi cortice, succo, semine magis efficax ac præsenneum quod Virgilius etiam non subticuit: *Præseruatiua in peste.*

Media fert tristes succos tardumq; saporem,
Felicis mali quo non præstantius vllum.
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Auxilium dabit, & membris aget atra venena.
Flos apprime tenax, animas & olentia Medi,
Ora fouent illo, absentibus medicabantur anhelis. 2. *Georg.*

Mali Medici aut Citrei vires.

Fortissima autem illa antidota expugnandæ pesti nficiendisq; venenis dedicata, parcissime deglutisoleo. Corporis siquidem habitum, eiusq; qualitē, quæ in calidi, frigidi, humidi, sicci mistura con-tit, immutant ac destruunt, & siqua subest corpori morum redundantia (nisi prius exhibita purgatio-) illam vndique diffusam inflammant, atq; accensa i febres vrentes excitant.

i rei assignanda tanta innumerosissima hominum multitudine formæ dissimilitudo, ac tam multiformis diuersaque in facie, vultu, oculis species; ita vt nonnunquam ne vterini quidem partus conformes sint, ac sibi assimilentur.

CAP. XVIII.

T in natura rerum mira ac spectabilis varietas; ita oq; in specie formaq. humana, colore, vultu, oculis eamentis, oris habitu & cōstitutione innumerabilis

Dissimilitudo hominum cui adscribenda. mirandaque dissimilitudo ac dispar conditio. Hanc cum nonnulli ad siderum influxum referant, ego potius magisque apposite ad seminis naturam ac matris imaginationem referenda censeo. Siquidē mulier in ipso conceptu totoque gestationis tempore ac nouem mensium decursu multa animo concipiat, ac singulo momento in diuersas cogitationes rapiatur, oculis quoque in obuia quæque continenter defixis sit, vt quæ in oculos influunt ac cogitationi infixius inhærent, in fœtum deuoluantur. Cum enim *Imaginatio mulieris multa molitur.* natura muliebris solicite formationi fœtus insistat, nec aliud quam decentem formam atque effigiem meditetur, omnesque vires eo conferat, si qua species aut simulacrum oculis influat, aut mente concipiatur, in pullulantem embryonem, deriuatur ac confluit. Interim matres iam recens in lucem edito infanti operam sedulo impendunt, quo corpus concinnum, elegās, venustū, lepidum, speciosum, membris articulisq; diuinctum consequatur. Nam puerile corpus vt cera & argilla sequax est ac tractabile *Vitia naturæ corrigi possunt.* omnemq; in partem flecti potest. Itaque si os distortum est atque indecore constitutum: fingunt, conformant, restituunt, vultum componunt, faciem (si ea tetrica sit & torua) blandam perficiunt, speciosam, amabilem: oculis decoram venustatem conciliant, atq; ex glaucis seu cæsiis: quos fere impuberes obtinent, humiditatis ratione, nigros efficiunt, copioso lactis vsu ac potissime, si nutrix calidæ naturæ *Vt oculorum orbes nigrescāt.* existat, ipseque infans in loco opaco ac subobscuro contineatur: nam luminosum conclaue, ac sole vel luculento igne illustratum, tenellis oculis officit: luscios os vero, pætos, strabos atq; in obliquū obtortos oculorum orbes in suam sedem reuocant inclinata in oppositam aduersamq; partem oculorum acie, ita vt musculi obtutu contrario in naturalem sitū reducantur, retortiq; resiliant: nares resimas ac collapsas con-

contrectatione placide ac molli erigunt atq; instaurant. Aquilinas vero ac rostratas, premendo ad decentem figuram reducunt, ita vt nasi perpendiculum à fronte ac superciliis ad supremi labri lacunam tanquam gnomon & recta linea vt solariis aut horologiis assolet, nec extorsum nec introrsum defixa, porrigatur. Similiter si labra tumida sint & obesa, quod Æthiopum generi familiare, vt nasus simus ac depressus, arte ea tractant, atque identidem premunt, quo attenuentur ac subsidant: pari ratione mentum, vel propensum, vel contractum, frontem, caput, genas, supercilia deformata, in decoram speciem confingunt atque artifici habilitate decenter conformant; ita si qua parte claudicat natura, atq; ab optima absolutaque formatione alienata est, vt sunt nõnulli obtorto collo, varis repandisq; atque incuruis cruribus, aut gibbo deformati, huiusmodi errores in ætate tenera facile corriguntur, ac membra oblique torta, luxata, suisque sedibus mota, cura atq; industria hominum instaurantur. Sic efficit nutricum sedula solicitaq; cura, vt infantes speciose adolescãt, nec vllis membrorum vitiis reddantur obnoxii, plerique vero matrum incuria ac supina negligentia non solum in deformem ac despicatam speciem degenerãt, sed gibbosi, claudi, lusci, torui, ad spectuq; inamabili efficiuntur, atq; ab humani corporis dignitate ac præstantia descilcunt. Nonnullæ nutrices plus satis sedulæ atq; officiosæ impuberũ iis partibus, quæ in ctur entibus ac reddendo lotio inseruiunt: quæq; aliquando propagandis liberis futuræ sunt vsui, aliquam etiam operam impendunt, quo mature pubescant, nec à spe prolis excidant, & matrimonio addicti pudore suffundantur, si minus strenue officio maritali perfungi contingat, cum obseruent acerbas contentiones atque intemperies hac de caussa inter affines exoriri, ita vt subinde genero diuortiũ mini-

Nasi forma qua decora.

Vnde corporis deformitas.

tentur, nisi se virum præbeat, ac melius nuptæ gratificetur: quanquam hoc molle & effœminatum nutricum officiū improbare soleo, cum impuberes hi vellicandæ mentulæ ratione intempestiue ac præter ætatis rationem, cum nondum virili robore polleant, in Venerem incitentur, eaque præsidia consumant, eos humores ac vitales spiritus profundant, quibus postea validos vegetosque liberos possent procreare, cum intempestiua Venere, vel nullos vel flaccidos proferant, minusque vitales. Quocirca consultum arbitror, ne præmature ex se natos coniugio alligari patiantur, nisi vires robustæ sint & confirmatæ, vllumque in matrimonii societate insultum perferre possint, quod ipsum ætati teneræ denegatum est, siquidem prima quaque impressione labascunt, atque euirantur; præstat enim vt sponte sua, ipsoque naturæ impulsu abditæ partes turgescant potius quam aliqua illecebra incitatæ.

Nutrices notantur.

Præmatura Veneris incommoda.

Multa animantium, piscium, alitum, insectorum genera absq. semine progenerari, ut etiam herbas, multaq. animalia atque auiculas insolita ratione ac modo absq. mutua masculi opera concipere. CAP. XIX.

MVlta emergere ac propagari in natura rerum sponte, nulloq; alterius complexu aut fœtura, ex sordibus ac putredine, vt glires, sorices, cochleas, limaces, erucas, bruchos, vespas, crabrones, cimices, ranas, blattas, bufones, anguillas, in corporibus humanis vermes, licet intus semine scateant, quo postmodum numerosa sobole se propagant, quotidiana exempla commonstrant. Inter herbas quoque multæ ex limosa terræ pinguedine atque vligine progerminant, nullo sparso semine, aut commissis solo, subactaque scrobe plantariis: vt sunt zizania, loliū, vrtica, oleaster, alga, & q̄ immissa sponteq; virescunt gramina. Ita sunt apud Belgas corniculæ, quas monedulas vocant,

Multa ex sordibus enata.

Quæ corniculæ ore concipiant.

ant petræas, quod in præruptis saxis atque excaua-
s petris, non in arboribus nidulentur, vulgo *Steenca-*
e, quæ se non ineunt ceterarum alitum more,
uod passim in gallis multisque aliis auibus obserua-
nus. quæ in dorsum insilientes, cõpressoq; fœmellæ
orpore Venerem perficiunt: sed in conniuentibus
xisq; oculis sese obtuentur, ita vt fœmina ex maris
culis obtutu continuo lacrymas, ac rosidas guttas
iciat, quas absorbet, atq; ex iis, vt existimãt nõnulli,
oncipiunt. An vero ore concipiant ac pariant, vt
pud nos sepia, squilla, loligo, locusta, polypus & ga-
eus, piscis plebeius. vulgo *Haye*, cute scabra, qui fœ-
um etiam in foro piscario euomit, non ausim certo
atuere. De galeo vero pisce nihil expl ratius, nec
nagis compertum, ore illum fœtum effundere. Cum
nim nuper rusticus quidam aliquot galeos vili pre
io emtos humeris gestaret, spectantibus ciuibus ac
opularibus, erepserunt ex hiante ore aliquot pisci-
uli, ita vt rusticus à plebe irrisus, ac fastidio affectus
rga pisces illos in sterquilinium abiiceret. Est autem
aleus alterius differentiæ, læuore perpolitus, cuteq;
nolli nec scabrosa, qui circa vmbilicum dehiscente
uptaque aluo fœtum excutit, ita vt longo amento
naternis visceribus adhærescat. Audiui enarrantes
iscatores fide dignos, vidisse se recens è mari exem-
os subductosq; galeos dilatatis faucibus, orisq. hia-
u senos septenosq. pisciculos eiecisse mire agiles, ita
t confestim in mare coniecti se natatu exercerent:
quemadmodum videmus pullos testa exemtos scal-
pturie ac rostro quæque impetere. Hoc autem ad-
niratione dignum, cum galeus piscis per oris hia-
um pariat, pisciculi aluum maternũ identidem sub-
eunt, vterique latebras repetunt ac subinde intra vi-
cera se recondunt, mox lusitantes erepunt. qđ Plu-
arch. admiratus: Galei pater a qqadã inquit indul-
gentia, nulli animalium palmã cedunt, oua primum

Galeus piscis ore parit, & qui alii.

De industria animalium.

mox animalia aquatilia, numeroso partu non fori
vt cetera, sed in se ipsis edunt, educantq; ac gestant
vtero, velut secundo quodam partu, ac vbi adoleu
rint euagari patiuntur, ac rursus per os recipiunt, i
colendumq; corpus præbent, atq; inibi tantisper h
spitium ac refugium, cibumq; indulgent, dum ex s
se præsidium fit, & natandi peritia penitus instructi
&c; quod quo expedite consequantur, & ludere
natare docent, tum voluere se atq; agilitate insuesc
re, quo rursus aduersus marinas belluas periculo se
subducant. Sunt autem in nostro mari multa Gale
rum genera, quorum aliis alii artibus sunt instruct
inter hos Galeus glaucus à colore, Belgis *Sprinckhay*
dictus, quod incredibili agilitate quatuor cubitor
altitudine è mari exsiliat, ac celerrimo cursu extr
periculum se subducat, ne prædæ ac lanienæ patea
Est nobis etiam Galeus maculoso ac variegato tegmi
ne, velut nigris guttis inspersو, nostrates *Gespickeld*
haye vocant quemadmodum videmus canes & equo
maculis infuscatos: hunc noster Gesnerus sub cani
culæ saxatilis nomine depingit. Aduehitur etiam i
forum piscarium Galeus Centrina, vulgo *Speerhay*
quasi dicas, lanceatos aut aculeatos galeos: nam duo
bus in dorso aculeis armati sunt, quibus hominibu
periculoso vulnere infesti sunt: nostrates aculeos ho
argento inclusos expurgandis dentibus accommo
dant. Hæc de aquatilibus, quæ ore concipiunt & pa
rent, nostratibus compertissima. De cornicularum
vero conceptu, qui ore, vt fertur, perficitur: non au
sim indubitanter quiddam pronuntiare, cum illa
columbarum naturam mihi exprimere videantur
quæ rostro subinde se basiant, ac quodammodo o
scula figunt, vt proci amasiis aut nouis nuptis. Vnd
in illos, qui satis inter se iuuenantur ac lasciuiunt, at
que identidem in oscula atque amplexus proruunt

Colum

olumbare prouerbium iactare solet, ac Columbatim se inire atq; amplecti: Quod Belgice *Duuebecken*, columbarum gestu, dici solet, ita vt ineunte vere i-h sint Veneris præludia ac velut prooemia. Non de-unt Plutarcho teste, qui mures citra virilem operam oncipere, ac grauidos effici asserant, si crebro salem ngant. Virgilius quoque huic rei quiddam non ab-mile memorat de equarum conceptu; *Columbare columbatim prouerbium.*

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illa
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exaeptamq; leues auras, & sæpe sine vllis
Coniugii vento grauidæ, mirabile dictu,
Diffugiunt. *Georg. 3.*

on dissimile quiddam equino generi euenit quod onnullis famelicis qui nidore culinæ saturantur, at-ue alimentorum penuria odoribus reficiuntur, aut uellę nubili, cui cum amasio frui negatum est, illum icite fouet gremio, illum animo menteq; etiam ab-ntem concipit, ita vt ex crebra imaginatione mas-m quandam informẽ concipiat, conglobatis colle-isque in iis partibus humoribus, qui conceptui in-ruiunt, quæ informis concretio imaginaria Venere erficitur, nullo conceptu, virique opera. *Simile à famelicis.* *Imaginaria venus quid in vtero moliatur.*

Manus vel alia corporis partes frigore geluq; aut pruinis obstupescentes ac rigidæ, vt resoluantur, ac calore rursus imbutæ reuiuiscant.

CAP. XX.

Contingit aliquando cœlo aspero atque inclementi, flanteque hybernis mensibus Aquilone, ut vento alio rigido. quo omnia passim concreta onspiciuntur ac conglaciata, hominibus etiam ma-us, partesque alias corporis intolerando cruciatu origescere ac stupore affici, ita vt emortuæ deci-ant, vel sectione adimi debeant, atque vt arescen- *Frigore obrigescunt corpora.*

tes rami, detruncari, ne pars sana inficiatur. Vbi a-
tem tale quiddam inciderit vt iis assolet, qui per lo-
gelida ac pruinosa iter faciunt, aut illisa naue, tab-
latis insident, ac fluctibus hinc inde iactantur, n-
confestim sic affecti igni admouendi, sed paulo rem-
tius ab hoc collocandi, ne dolor repentino atque i-
modico calore exasperetur atque incrudescat. In-
rim affectæ partes placida mitique frictione dem-
cendæ defricantis manu oleo chamæmelino, aut
nethino vel amygdali non perfusa, mox aqua egel-
fouendæ, aut lacte bubalo repenti ac recens mulct-
cui incocta sunt, lauri folia viridia, quæ oleosa su-
rosmarinus, saluia, stœchas, spica celtica vel laue-
dula, quo reuocari sanguis possit, ac partes emort-
reuiuiuiscere. Omnia autem hæc sensim perficid-
bent, ne dolorem irritari contingat. Nemo aute-
opinor, non aliquando in se expertus est, quam
cerbo dolore articuli neruorum ratione, qui exq-
sitissimo sensu pollent, afficiantur, vbi intensiore
penetrabili frigore rigescunt, vel exstincto vel
fugiente ad intimas partes sanguine, ita vt prim-
frigoris occursu rubescant manus, mox frigescen-
sanguine liuescant atque emoriantur, vit-
spiritu ac sanguine destitutæ. Quocirca molli agit-
tione vellicandi articuli atque admouendum liqu-
men, in quo decocta quadrupedum intestina, ped-
farcimina, omasa: quod in omnibus vrbibus pass-
obuium est ac parabile: in quo liquamine, vt etia-
lacte bubulo elixari possunt herbæ paulo ante a-
moratæ, quo postliminio calore viuifico memb-
imbui queant atq; instaurari: fouent enim memb-
huiusmodi fomenta ac roborant, doloresq; mitiga-
vt etiam thermæ, hypocausta, aquæ dulcis balne-
partes quoq; sic affectę modo ne prorsus frigore rig-
scant ac nõnullus sanguis subsit. aqua gelida imme-
sæ, eaq; subinde irrigata, in pristinũ vigorẽ restitun-

Frigus inimicũ neruis & ossibus.

Membris frigore oppressis quæ auxilientur.

Nix & aqua gelida calorem exsuant.

r,ac ſenſim incaleſcere incipiũt:per antiperiſtaſim
im ſeu contrarium expulſo frigore calor induci-
r: quod ipſum experiri quiſque poteſt, contrectata
ıe aut glacie; confeſtim enim manus ferueſcunt ac
pore ſuffunduntur. Sic poma congelata in aquam
gidam demerſa ad naturam ſuam redeunt, totaque
conglaciata concretio liqueſcit ac reſoluitur. Ita *Putei æſtate frigidi, hyeme calidi.*
cies in puteum demiſſa, e veſtigio liqueſcit ac dif-
ıditur. Sunt enim aquæ puteales hybernis menſi-
calore quodam imbutæ, vt penuria ac ſubterra-
ſpecus: æſtiuis vero menſibus intenſiſſima frigi-
ate. Ceterum quo ab internis etiam partibus ad
ernas calor & vitalis ſanguis propellatur, intus
ibēdæ ſorbitiones ex vino ac calorificis rebus cō-
tæ, quib. natiuus calor, vt ignis ſopitus exſuſcitari
ſet; propinandum quoq; ex vino lectiſſimæ the-
æ momentum, foris corpori applicandæ lagenæ *Lagenæ corpori applicatæ ſudorem eliciunt.*
neæ aut fictiles aqua calida oppletæ, in qua her
incoctæ ſint, quæ ſudorē eliciunt, ac corporis ſpi-
ıenta relaxant, vt ſunt fœniculus, apium paluſtre,
ſticum, oluſatrum, & ſmirnium, lauri folia, me-
ı, angelica ruta, origanum, ſatureia, &c. ꝗ ipſum
m in peſte factitare ſoleo, quo à corde omni vi-
& contagio diſcutiatur. Quod ſi quis à naufragio *Naufragi qua ratione inſtaurandi.*
ittus eiectus, præter membra artusque frigore ri-
tes aquam etiam marinam affatim hauſerit, quæ
nam affluenter prouocant illi exhibenda, & ne ſal-
o internas partes exulceret, potiunculam confici
eo ex hordeo, ficubus, vuis paſſis, ſemine aniſi, fœ-
uli, eiuſque radice, ac rubenti cicere, addito radi-
glycyrrhizæ momento: hoc enim marinæ aquæ
orē atq; acrimoniam retundit, parteſq; exulcera-
lenit ac mitigat. Quod vero ad cibi rationem at-
et, omnia ſalſa, acida, acerba, aëria euitentur: A- *Potio ſalutaris qui marinam hauſerint.*
ı mellis, lactis, bubuli potus cum modico ſaccha-
ne coaguletur, præclare iis auxiliatur. Ptiſana &

Veterata cuti ex aqua salsa linimentum.

quicquid ex hordeo conficitur vel in sorbitionis, ve pulmentarii aut cremoris modum mirifice confert. Quod si cutis foris (vt assolet) exurenti salsugine ero datur, linimenta ex recenti butyro, adipe suillo no salito, axungia anatis, anseris, gallinæ, vnguento rosa ceo, atque populo nigra, vulgo *Popelier*, admouenda.

Vnde exoriantur atq; emergant in homine conscientiæ stimuli & an, vt affectus & animi perturbationes humoribus ad scribendi: an in animo menteq; ac voluntate consistant.

CAP. XXI.

Conscientia quid.

CONscientia hoc est bonorum malorumque in cu iusque mente testificatio, quæ recordatione qua dam actorum, recte facta approbat, vitiosa ac nequi ter transacta arguit ac detestatur, omnibus à Deo in sita est. Ita pura atq; integra mens nullius sibi crimi nis conscia ex bene actæ vitæ recordatione emergit perturbata autem, tumultuosa, pauida, inquieta e sceleratæ vitæ consuetudine oritur, seseque vel inui tis profert sic vt nonnullos in desperationem ac dif fidentiam impellat, vt Cain, Saulem Regem, Iudam alios in spem ac fiduciam consequendæ salutis erigat vt Dauidem, Petrum, Magdalenam. Homo itaque an gore quodam mentis atque animi cruciatu afficitur si quando conscientia patrati sceleris memoriam a nimo objicit, vindictæque metu terret ac concutit quibus stimulis mens nonnunquam in Deum ere cta, vt in filii prodigo contigit, resipiscit ac discussi trepidatione, tranquillitatem consequitur, sic vt mens rursus exhilarescat atque erigatur, ac diffusa per corpus sanguine, erectisque spiritibus qui paulo ante sopiti erant, color efflorescat, qui tabescente corpore, contractoque mœrore animo, exstinctus e rat atque exsanguis. Cum enim se proferant vitia af fectusque animi in vultu ac corporis habitu, si quan do aliquid latentis occultique facinoris in mente re sidet, huiusmodi fere homines oblata vel leuissima

Conscientiæ vis.

Timor quando salutis ac resipiscentia caussa.

occa-

casione expallescunt, tumultuantur, æstuant, con-
miscunt, suspiriosi sunt, gemebundi, taciturni, su-
ciosi, exanimes, variisque cogitationibus distra-
ntur, quod vt Dauid ait peccatum iugiter animo
uersetur; ita vt non pro voto aut animi senten-
excuti possit, aut obliterari admissi criminis re-
rdatio, sed subinde recrudescat ac redintegretur:
o spectat illa Dauidis precatio, cũ in tali affectu es-
constitutus, atq. huiusmodi fluctibus æstuque ia-
retur: Redde mihi lætitiam salutaris tui, ac spiritu *Psalm. 50.*
ncipali confirma me. Tum illa cum animo suo
postulatio, vel potius deploratio: Quare tristis es *Psal. 41.*
ima mea, & quare conturbas me? spera in Deo,
oniam adhuc confitebor illi. Rursus parta animi
nquilitate, discussuque mœrore: Introito anima *Psal. 4.*
ea in requiem tuam, etenim Dominus benefecit
i; dedisti lætitiam in corde. Ita si omnia nobis ali-
peracta sint, quam æquitas exigit, ac praua vo-
ntas, ipsaque in malum inclinatio alia quam intel-
ctus concipit, mens dictat, suadet ratio, impellitur,
stmodũ excruciat animum hominis male actorum
cordatio. Cum alii septi ac muniti conscientiæ fi- *Conscientia fi-*
cia, ac mentis securæ testimonio fulti, nihil me *ducia quid effi-*
ant aut exhorrescant, nec ingruentibus etiam ca- *ciat.*
mitatibus, peste, bello, fame, rerumque penuria,
rsequutione, tyrannorum sæuitia deiiciantur aut
pascant: tametsi enim ea sit humanæ naturæ fra-
itas, vt nemo inopinato insultu concutiatur, cu-
s rei Christus specimen edidit iamiam immolan- *Matth. 26.*
s: vir tamen integer & qui propugnatore Deo ni-
tur, impauide atque intrepide aduersus imminen-
s tempestates subsistit, illoq. munimento ac præsi-
o se fulcit ac tuetur. Sic Dauid angustiis vndique
rcumseptus, inuictum infractumque animi robur
ericulis opponit. Spiritu siquidem potenti fultus
vallatus, confidentius loquitur: Etiamsi consistant *Psal. 16.*

aduersus me castra, non timebit cor meum; etiam exsurgat aduersus me prœlium, in hoc ego sperab[o].
Cap.13. Similiter Iob: Etiamsi occiderit me, in ipso sperab[o]. Impii vero, scelerati, sontes, nefarii, facinorosi ta[m] etsi septi sint ac stipati magna clientela, muniti op[i]bus, aucti latifundiis atque amplissima agrorum po[s]sessione, rerumque omnium affluentia fruantur, ca[r]nificinam tamen animi percipiunt, omnia metuu[nt] atq; exhorrescunt, ipsaq. mens conscientia sceleru[m]
Prouerb.12. tanquam gladio; vt Sapiens ait, pungitur. Cum eni[m] subit animum maleficii recordatio, confestim ta[n]quam furiis agitati, contremiscunt, pallescunt, circ[um]spectant, omniaq; vel tuta timent. Est enim cuiq[ue] natura insitus delectus rerum, iudicium, boni mal[i]
Lex naturæ quid. Rom.2. que discrimen, impressaq; Dei notitia, quam Paulu[s] appellat legem, seu instinctum ductumq; naturæ, qu[o] ferimur ad honesta, auersamur turpia, attestante, v[t] is ait, cuiusq. conscientia & cogitationibus inter s[e] accusantibus aut etiam excusantibus. Magna itaqu[e] in omni vitæ actione vis & effectus conscientiæ, [ut] vt homo quamlibet atrocia illi impingantur, con[stantiam] stantiam tueatur, semperq. in proposito susceptoqu[e] consilio persistat, nihil metuat, non contremiscat aut vllis minis concutiatur, si nihil commiserit; qu[i] vero aliquo crimine contaminatur, aut labem ali[quam] quam in mente conceperit, pœnam continenter an[te] te oculos versari imaginatur, paratumque interitum.
Conscientia speciem corporis immutat. Timor enim, quo & sanguis se recondit, ac spiritu[s] consopiuntur, ex peccatorum conscientia exortus, homini mentem eripit, ac vultum totiusq. corpori[s] speciem immutat: ita etiam in mediis delitiis, in tri[pudiis], pudiis, in symposiis, in amplexu coniugis, carnifi[cinam] cinam ac morsus animi experiuntur: cum vitæ inte[gritas]
Argumentum validum immortalitatis. gritas omnia pacata efficiat, tranquilla, placida, quie[ta] ta minimeq. turbulenta aut tumultuosa. Quod vnu[m] argumento esse potest, mentem hominis à Deo pro[fluxisse]

fluxisse,

ixiſſe, illius vi incitari, illius ſpiritu & afflatu im-
lli; deniq. ſupereſſe à morte animã, quæ reuolutis
nis, vbi ſupremo iudici cũ hominib. diſceptare vi-
n erit, corpus poſtliminio eſt amplexura. Mane *Conſcientia quo*
tem atque antelucano magis elucet ac ſe profert *diei tempore ſe*
ſcientiæ vis ac ſtimulus, diſſipatis fumis ac diſcuſ- *profert.*
fuliginoſo vapore, qui mens ex heſternis ac pri-
nis vel actionibus, vel epulis, ſympoſiis, cruditate,
pula, ingluuie, alea fuit oppreſſa: ita vt eo potiſſi-
um tempore ſubeãt animo anteactæ cogitationes,
que in mentem recurrant, quæ deteſtari ſolet, vel
probare. Sic Propheta, Mane exaudies vocem *Cur mane ſe*
eam, Mane adſtabo tibi & videbo, quoniam non *profert conſcié-*
eus volens iniquitatem tu es. Mane, mane eriget *tia.*
hi aurem Dominus, De mane vigilabo ad te. Iuſtus *Pſalm. 5.*
det animam ſuam, vt vigilet ad Deum qui fecit il- *Eſai. 50.*
m, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Ita euigi- *Eſai. 29.*
is ieiunis, impranſis, abſtemiis magis ſe ingerunt *Eccleſ. 39.*
nſciæ mentis affectus, ac Deus diluculo aurem ho- *Pſal. 20.*
ni vellicat. Quis enim vino obrutis, crapula, inglu-
e, ebrietate oppreſſis cultus adferri poſſit, aut ſalu-
is vel admonitio vel afflat⁹ adhiberi? Ita noui ple-
ſq;, quib⁹ cum identidẽ ſuboriri ſoleat ac repullu-
cere rei male actę recordatio, vino affatim ſe obru-
e, ne obreperet animo ac tacite ſe inſinuaret faci-
orum memoria; quamquam poſtridie malũ recru-
ſceret, ac mentem ob cruditatem ſæuius infeſtaret.
mile enim quiddam iis euenit, quod morbo infe- *Simile ab ægro-*
is, qui non detegunt, ſed celant vlcera ac tumores *tis.*
ibus ſcatent; quo fit vt acerbius intus dilaniari il-
s contingat. Ad quod exemplum alluſit Dauid, cũ
quit: Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, *Pſal. 31.*
m clamarẽ tota die: ita peccatum, terror animæ,
entis inquietudo conſcientiæ anguſtia confeſſionẽ
eleris extorſit, & tamen non induci potui vt com- *Locus Dauidis*
iſſum ſcelus confiterer, ac pœnitentia id expiare, *explicatus.*

Ceterum multum momenti adferunt in permouen-
da mente, in excitandis ſopiendiſq; conſcientiæ mo-
tibus, vitæ inſtitutio, corporis habitus, inſiti humo-
Quibus deeſt conſcientia. res. Sic nautæ, milites, baiuli, caupones, trapezitæ, v-
ſurarii, lenones, plerique negotiatores ſeu minuti
mercatores non magnopere mouentur conſcientiæ
Simile à regibus. impulſu, ita vt eam largam ſint conſequuti, & qu-
vt laxiora ac patentiora retia, omnia tranſmittant:
Matth. 23. colantes culicem camelum, & vt Chriſtus ait, deglu-
tientes. Nonnulli ſolitarii, atq. vmbratili vitæ add-
cti, plus ſatis anxii ſunt, ac trepidant timore, vbi nul-
lus timor. Sic ſuperſtitioſos pluſquam par eſt aut re-
exigit, conſcientiæ motus agitat, nec inanem perſua-
ſionem ſibi eximi patiuntur. Ita melancholici p-
ceteris anxii ſunt; cholerici ob humorum tenuitat-
& feruorem, vilem habent conſcientiam, eamque
vel excutiunt vel extenuant, vel obliuione obruere
tentãt. Sanguineis non magnopere cordi eſt ille ani-
mi motus, nec aſſurgit vlla in mentem tranſactæ vi-
Iob. 13. tæ cogitatio: quo ſpectat illud, Scribis contra m-
amaritudines, & conſumere me vis peccatis adole-
Iobi locus explicatus. ſcentiæ meæ. Quæ enim nobis in ætate iuuenili in-
ſolenter tranſacta ſunt, nec magnopere commoue-
bant, ea in ſenectute, in morbis, in calamitatibus, in-
gruente clade aliqua recrudeſcunt ac menti, tanqu-
rationes expunctæ atque obliteratæ obiiciuntur: v-
Simile elegans ab ære alieno oppreſſis. iis, quibus cum olim multum æris alieni conflatum
ſit, ac iampridem rerum creditarum ſolutio animo
excuſſa, rurſus appellari incipiunt, atque vt debit-
refundant, iure adiguntur. Phlegmatici autem de-
ſides, ignaui, veternoſi, ſocordes ne cogitant quidem
quid ſit conſcientia, nec eorum mens aut incale-
ſcit, aut vllis ſtimulis excitari poteſt ad ea concipi-
enda quæ ſalutaria ſunt, vtpote immodica humidi-
tate immerſi. Impii qui in profundum ſunt de-
merſi, quique vel à verbo vel Dei cognitione alieni
exſi-

ſiſtunt, omnia contemnunt, irrident, ſubſannant, *Pſalm.1.*
onnulli intermedii palliant, excuſant, tergiuerſan-
r, alio transferunt, quod ipſum deprecatur Dauid,
c in eum errorem deuolui exoptat: Non declines *Pſal.140.*
r meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſatio-
s in peccatis. Multa itaque conſcientiæ lumini of-
iunt idque obumbrant adoleſcentia, crapula, in-
uuies, intemperantia, amor, nox, deliciæ, volupta-
s, quæ omnia pudoris ac modeſtiæ frenum excuti-
nt. Sic Plautus:

Nox, vinum, mulier, nihil pernitioſius homini adoleſcentulo,

ui Ouidius conſonat:

Nox & amor, vinumq́ nihil moderabile ſuadent; *Amor: lib.1.*
Illa pudore vacat; Bacchus Amorq́ metu. *Eleg.6.*

quidem conſultores illi parum ſalutares ad dete- *Iuuentus con-*
ora animum rapiunt, mentemq; à ſanioribus conſi- *ſcientiam ne-*
is auertunt & ſi quis horum conſcientiam pungat *gligit.*
ſtimulet, ſi ad optima quæq; impellat atq; exhor-
tur, contemnunt negligunt, irrident, cauillantur,
mniaque obnubilant, eleuant, extenuant, ac cauſ-
ntur iuuentutem, ac florentes annos genialiter
ulloque nubilo tranſigendos: poſtremo cogitatio-
es tetricas ablegandas, atq; in ſenectutem transfe-
endas: ita cum rationis documenta reſpuant, ac con-
ientiæ dictamen cauillatione illudant, ad volu-
atis amuſſim potius, quam ad æquitatis ac mode-
tionis normam omnes ſuas cogitationes exigunt.
nde appoſite Salomon: Adoleſcentia vana, præ- *Eccleſ.11.*
eps, temeraria, lubrica, incogitans, improuida, in- *Adoleſcentia*
onſiderata & quæ illam comitari ſolet voluptas & *conſilii inops.*
elitiæ fugaces atque euanidę, nonnunquam damno-
& quæ luctuoſum funeſtumque exitum conſe-
uantur. Quoniam autem huic ætati fere comes ſit
nperitia, incogitantia, conſilii inopia, ob id minus
erſpicit quæ ipſi ſalutaria ſunt, frugifera, fructuoſa.
ſt etiam nonnullis qui in conſiſtenti ac firmata

ætate constituti sunt, & penes quos summa rerum publicarum, ac religionis columen consistit, aliquando errore & caligine inuoluta conscientia, ita vt plerumque non omnia exacte, atque ad amussim demetiantur aut excutiant, aut adhibita in consilium ratione, iudicio, delectu rerum, Dei verbo ac spiritus diuini afflatu negotia sua perficiant, sed nonnunquam illos impellat vel affectus humanus vel principum fauor & gratificatio, quod Paulū factitasse legimus: vel etiam stabiliendæ superstitionis inueteratæ error, & inolita vitiosa consuetudo quæ irrepsit non bonorum consensu & auctoritate, sed imperitæ plebis errore; quam tamen nemo, tanquam legem ac regulam vitæ aboleri sustinet & obsolescere; quo fit vt in delectu rerum, in boni malique discrimine, in erigenda instaurandaque ac propaganda syncera religione ac Dei cultu hallucinentur ac cæcutiant, prorsusq; à scopo aberrent, magno conscientiæ detrimento. Sic Iudæis persuasum erat se obsequium præstare Deo, cum in illos sæuirent, qui Christo nomen dederant. Pari impulsu ac studio incitatus Paulus Christianis infestus erat, illosque minaciter persequebatur, zelo quidem pietatis, sed qui errore inuolutus esset, & qui vt Apostolus ait, non secundum scientiam perficeretur, hoc est, non iudicio, non ratione, non excussa cognitaque caussa, vt Gamaliel factitauit, non animaduersa cognitaque Dei voluntate non spiritus diuini impulsu atque afflatu, quem probare vult expresso Dei verbo atq; an ex eo proficiscatur explorari: itaque erratum est in delectu religionis, non affectu & propensione pietatis, quod spiritu diuino, qui certa atque indubitata mentibus hominum ingerit, essent destituti. Sic videtur via homini iusta (vt Sapiens ait) & nouissima eius ducunt ad mortem. Cuius rei specimen nobis exhibet Paulus, ex persecutore factus præco ac propugnator asser-

Homines non conscientiæ motu, sed affectibus ducuntur.

Errores inueterati ægre eximuntur.

Ioan. 16.

Actor. 9.

Rom. 10.

Actor. 5.

1. Ioan. 4.

Prouerb. 14.

ſſertorque Euangelii Chriſti, qui ſe miſericordiam
onſecutum profitetur, quod ignorans fecerit per 1. Timoth. 1.
credulitatem, & quo in eo oſtenderet omnem cle-
entiam Chriſtus Ieſus, ad exprimendum exempla-
is, qui credituri eſſent in ipſo, ad vitam æternam.
æc autem de conſcientiæ motu videbuntur for-
ſſe, quibuſdam verboſius à me amplificata, præſer-
m cum hoc argumentum ad ſacrarum literarum
ofeſſores atque Eccleſiæ miniſtros ſpectet, quo-
m intereſt, & munus expoſcit, cuiuſque mentem
lubri exhortatione tranquillam ac pacatam efficе-
, animoque pauores eximere. Verum cum hi affe-
us qui ex conſciæ mentis angore emergunt, valetu-
ini officiant, ipſique ſpiritus atque humores vitiati
nic rei fomenta miniſtrent: Medici quoque offici-
m eſt huiuſmodi perturbationes menti eximere, vt
s ſublatis corpus omnibus ſuis numeris inculpate
bſiſtat. Operoſum enim eſt atque admodum diffi-
le corpus à ſanitate collapſum reſtituere atque
ſtaurare, vbi mens vitiorum ac labe conſcientiæ
ontaminata eſt, vbi ſenſuum organa ac ſpiritus ani-
ales ac vitales ſunt vitiati. Nec minus moleſtum
t viro Eccleſiaſtico animo medelam adferre, vbi
orpus vitioſis humoribus oppletum eſt: Siquidem
b arctiſſimam vtriuſque partis cognationem & con- *Animi & cor-*
nſum animi vitia redundant in corpus, corporis *poris conſenſus.*
ero morbi in animum mentemque transferuntur.
xemplo ſunt lymphati, melancholici, phrenetici, a-
antes, deliri, ebrii, apoplectici, veternoſi, paralytici,
aniaci, lunatici, tum plerique alii quorum morbo-
affectus ex cerebri intemperie oriuntur; quocirca
capiti quod mentis ſedes eſt, tum vtriuſque par-
tis ſanitati accurate proſpicien-
dum.

Ad quotum mensem hominis gestatio in vtero producatur partusq; tempestiuus, censeri debeat. Obiter de corporu humani formatione, quove dierum aut mensium numero fœtus absoluatur, ac vitalis exsistat In qua narratione omnia tractantur accuratius, quod hinc acerba contentiones exoriantur, non solum in legitimo congressu, sed alia quauis geniali solutaq; Venere. CAP. XXII.

CVm magnæ subinde contentiones ac controuersiæ inter plerosque suboriri soleant de gestationis ac partus tempore ac queritentur nonnulli, qui sinistram opinionem de iis concipiat, quas olim vel in matrimonium, vel vitæ societatē adsciuerunt, non expletum legitimū pariendi tempus, sic vt aliquando in suspicionem deueniant vel pellicatus & violatæ pudicitiæ, quodque aliis furtim corporis sui potestatem vsumque fecerint: non inconsulte visum est hac de re nonnulla commentari, eoque magis quod Iurisperiti, qui lites dirimūt huius rei iudicium Medicis deferant, illamque caussam per illos transigendam statuant. Sic enim Paulus Iurisconsultus lib. 19. Responsorum: Septimo, inquit, mense nasci perfectū partum iam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, Iustum esse filium. Tractat hoc argumentum Gellius, sed hominum opinione potius, quam rei veritate, aut naturali ratione nixus, vt qui nullum certum tempus pariendi statutum existimet, idque ex Plinii auctoritate, qui decimotertio mense quendam gestatum in vtero pronuntiat. Ceterum quod ad septimum mensem attinet, noui complures apud Belgas maritimos etiam gemellos, qui ad extremam decrepitamque ætatem crudo ac viridi corpore menteque vegeta deuenerunt. Quocirca futilis est, nulliusque momenti illorum persuasio, qui septimi mensis partum inabsolutum, minusque vitale statuunt, & non nisi

Iudicium de ventre inspiciendo Medicis defertur.

Digest. tit. 2. de statu hominis.

Lib. 3. cap. 6.

Lib. 7. cap. 5.

Septimi mensis partus vitalis.

ni exactis nouem mensibus, infantem omnibus membrorum numeris cõsummatum, in lucem producendum. Sic exorta est nuper apud nos non leuis ne velitatio; sed atrox & cruentum certamen, fustaq. ac luctuosa dimicatio, ob expugnatam pudiciam cuiusdam virgunculæ, non ambiguæ quidem mæ aut nominis, sed cerebri imbecillis aut vacilntis, quæq; mentis iudicio minus polleret, quarum eræq; omnium citissime labascunt minusque fortir aut animose, vel minis, vel insidiosis blandimen obsistunt aut obluctantur, secus quam feroculæ ædam puellæ & clamosæ, q̃ se vnguibus & dentib' ciscuntur, ac strepitu insidiatorem integritatis abint. Acrius autem magisque acerbe in hac tragœa incruduit disceptatio, quod pater, qui ex ea pron sustulisse, vel concubitum extorsisse ferebatur am id aduersarij sunt criminati tanta acerbitate, illum ad cruciatus exposcerent; & tormentis exprandam rei veritatem contenderent) constanter ctum pernegaret, atque nec vteri vestibula priosque aditus ingressum, aut perfregisse hymena egritatis velamen, nec prorsus intimos vteri recssus penetrasse per sacra (qui iudicijs præesse ac satractare sit solitus) deierare se paratum confiden pronunciauit; quocirca nulla ratione pater desiari sustinuit, nec prolem sibi addici passus est; in alia eo quoque innixus argumento in sui innontiam, quod infans vix septimo mense eoque inato potius, quam expleto in vitam productus sit, mbris omnibus exacte elaboratis, præter vnguiũ pendices, quod obseruamus in noni etiam mensis rtu nonnunquam deesse ac desiderari, præsertim grauidæ immoderatius salsamentis vtuntur, aut em liguriunt, vt est is sexus in appetendis salsis & dis maxime procliuis. Itaque non septimi mensis rtum euincere contendit, se noni, eoque sup-

Narratio contentionis de prole suscitata.

Stupri illati inficiatio.

Quando infanti vngues desunt.

putato mensium decursu, atque obseruata temporis ratione, alium inquirendum patrem, qui paulo ante cum illa congressum iniuerit, eiusque consuetudine sit vsus. Cum vero ex sententia Iudicum infans conspiciendus explorandusque Medicis exhiberetur, accita obstetrice, atq; honestis aliquot matronis, quarum vna patricia vndeuiginti liberorum parens erat, & cui non semel septimestris partus editus, nec prorsus expletum septimi mensis curriculum. Pronuntiatum est ab iis, non excussa facti caussa, nec vlla habita ratione patris, hunc ne an quem alium deputent septimi mensis partum esse, qui septem & viginti septimanis in vtero sit gestatus. Quod si in nonum mensem proferri potuisset, futurus erat infans magis solidis firmisque membris atq; ipsa compages seu structura corporis magis compacta ac coagmentata, minusque dissoluta: erat enim os pectoris, quod velut scutum ac munimentum cordi incumbit, Belgæ *Brostplate* vocant, denique ensiformis cartilago, quæ stomacho imminet, eminentior quam natura fert, nec in planum redacta, sed incurua ac turbinato mucrone, vt conspici solet pullorum gallinaceorum thorax, qui ineunte vere, ac præsertim mense Martio, excluduntur. Vngues quoque huic infanti, qui sexus fœminei erat, in manibus deerant, atque extremi digitorum articulis, in quibus ex cutis musculosa vel cartilaginosa materia vngues læuore perpoliti indurescunt, vix tenues quasdam notas & exigua vestigia exhibebant, non cornua duritie, sed mollissimæ membranæ tenuitate. In pedum vero articulis nulla se proferebant vnguium indicia, quod illæ partes non tanto calore imbutæ essent, quanto manus, atque à corde caloris fonte remotiores: cum manuum articuli per brachia pectori annexa, beneficio caloris, qui à corde diffunditur, omnia conspectiora in digitis exhiberent:

Vngues unde.

nt. Itaque Medici obseruatis multis naturalibus ussis, solidisque rationibus fulti, nullius partis vel uore, vel iniuria. Ita vt patiantur reo, si actori vi-im sit, constare suam innocentiam, vitæque & mo-im integritatem, pronuntiauerunt adstantibus iu-cibus, quibus ea res demandata erat ab iis, qui a-ud Belgas, in aula Bruxellana Regis Hispaniarum ces obeunt, non noni, sed septimi mensis partum tuendum, producta gestationis tempore per se-em & viginti hebdomadas, qui partus etiam septi-estris censeri debet, tametsi non prorsus expletus :atque vna aut altera septimana desideretur, at-ue aliquot adhuc dies ad complementum restent. hoc autem negotio lunæ circuitus obseruari de-et, qui quatuor septimanis, hoc est, plus minus octo viginti dierum reuolutione perficitur, quo tem-oris decursu, agitato lunæ vi sanguine, menses mu-eribus decurrunt, quibus defluxus, vteroque à men-ruo profluuio defœcato, vt plerumque quinto die solet, vel septimo, si ab eo dierum numero vir fœ-inæ congrediatur, conceptum maxime naturalem erfici contingit, adeo vt post septimi vel noni men-s decursum infans in vitam productus, saluberri-nus existat, ac nullis morbis, quibus infantia expo-ta esse solet, obnoxius. Multis enim morbis ætas uerilis infestari solet ob sanguinem menstruum onceptus tempore vtero inhærentem, vt sunt ἐξανθήματα, hoc est, eruptiones floridæ, vulgo va-ol. & morbilli, Belgice *Maeselen ende Pockens*, aliæ-ue rubentes vel liuidæ pustulæ, quæ ex menstrua uuie contractæ in extima corporis parte se vere el æstate proferunt; his accedit ἐπιληψία, seu morbus comitialis & caducus, qui hinc Belgis *val ndesieckte* nominatur. Quem morbum, quoniam lures differentias haberet, superstitiosa gentilitas

Medicorum de partu pronuntiatio nullius vel fauore, vel iniuria.

Luna menses constituit in puerperis.

Post menstrua conceptus naturalis.

Epilepsia seu morbus puerilis.

olim in certos Diuos referre solet ante lucem Euan-
gelicam mortalibus exhibitam; cum ex naturalibu
caussis, atque præsertim ex spumosa tenacique pi-
tuita excitetur. In ore quoque tenellæ ætati ipso fe-
re vitæ aditu vligo quædam palati ac faucium
hulcuscula innascuntur, Alcolam Arabes, Græ
Alcola quid.
ἄφθαι, Belgæ *de Sprouwe* vocant, Subter linguam
vero Ἀγκυλόγλωσσον, vulgo Ranula, Belgice *Sp*
Ranula quid.
nare, quæ vel incisione, vel vngue, vel salis friction
aut, vt ego factitare soleo, vbi ferrum metuunt oxy
Fungosum caput.
melite Scyllitico aboletur, ne iis addã ὑδροκέφαλο
hoc est caput tumore fungoso ac pituita turgidum
multasque alias humorum collectiones ex vitios
lacte ac menstruo sanguine conflatas, quæ etiam
adultam ætatem comitari solent, ac cum iam con
Simile ab agricolatione.
sanuisse visa sint, identidem recrudescere. Quocirc
cum in agricultura ac satione, tum in adeundo con
cubitu, excolendoque fundo muliebri ac procrean
dis liberis etiam ex Moysis præscripto, obseruan
dus est Lunæ decursus, cuius vi statis vicibus men
strua fœminis vel defluunt, vel subsistunt. Perficitu
Luna quot diebus cursum perficiat.
autem Lunæ ambitus emenso Zodiaco septenis vi
cenisq. diebus, & tertia diei parte, qui dies plus mi
nus quatuor septimanas complexi, Lunarem men
sem constituunt, præsertim si id tempus eximas, quo
Vide Galenum de diebus decretoriis.
sidus hoc occultatur, nec fit conspicuum. Siquidem
triduo plus minus in coitu, hoc est, vt vulgo dicunt
in coniunctione morata inuisibilis est, quo tempore
nondum in hac terrena vim suam exserit, nec ea
immutare est indonea, verum vbi conspici incipit,
hoc est, noua exsistit, cum in in orbem circinata est,
hoc est, cum Soli ex aduerso opposita; plena appa-
ret, mirificos effectus in conceptu ac plerisque aliis
rebus obtinet: nam & frumenta segetesque adau-
get, conchylia implet, carnes laquearibus affixas
radiis

liis suis in tabem resoluit, somnoq. sopitis vel diu-
s sub eius lumine moratis pallorem tremoremq;
capitis grauedinē inducit, pueris epilepsiam, stu-
rem, paralysin adfert, multaque alia perficit, non
od ceteros planetas potestate superet, sed vicini- *Luna sidus*
te. Siquidem in infimo orbe collocata ac terrę pro- *terræ proximū.*
na, ortus & incrementa rerum moderatur sic, vt
us effectu post seminis conceptionem etiam fœ-
in vtero materni sanguinis irrigatione augescat
vegetetur. Totum quoque gestationis curriculum *Gestatio infan-*
e diebus, vel mensibus, vel septimanis metiri ac *tis ad Lunæ*
numerare libeat, vt grauidæ fere supputant, ad Lu- *cursum refe-*
motum exigi referrique debet. Explicat autem *renda.*
es suas in corpore efficacius, vel quum primum
n Sole congressa illustrari incipit, aut quum in
nem conglobata, plena conspicitur: medio autem
e diuisa, minus virium obtinet, minime omnium
m falcata est, sensimque deficit & obscuratur. Eo
n tempore nullus in Oceano cócursus aquarum,
a in corporibus humanis humorum redundan-
nulla in ossibus medullarum collectio, ita vt tunc
ediat tenellis corpusculis concubitu desuescere
ue inducias sibi imperare. Ego autem multoties *Quando par-*
idis ac prægnantibus placidū facilemq; partum *tus placidus.*
unciare soleo, atque illarum mentes in optimam
endi spem erigere, si quando Luna noua aut ple-
arturire occipiunt, pręsertim quum Lunæ vis pu-
incumbit, aut inguina femoraque occupat; nam
s hoc singula membra percurrere, iisque biduum
nunquam triduum insidere alias testati sumus.
um enim circa illas partes moratur, vterus vdus
ubricus promtius dehiscit ac dilatatur, ipsique in-
i expeditum exitum perficit. Quod si Luna se-
ente atque imminuta partus inciderit, laborio- *Partus quando*
fere esse consueuit, magnoque conatu ac molimi *laboriosus.*
rlidi. Hæc quoniam sæpius à me obseruata sunt,

nec à ratione aliena videntur, huic argumento adiicere visum est. Ceterum quum Lunæ vires aliqua ex parte sumus complexi, hoc in mentem reuocare expedit, quod paulo ante monui, etiam in excitandis tempestatibus, ac constituenda aëris temperie nullas vires proferre, nisi à sole illustretur, atq; amplissimū illud sydus sua facie, suoq; fulgore illam irradit: quo efficitur, vt minimo effectu polleat, primo ipso cum Sole cōgressu: verum vbi tertius, aut potissime quartus dies elucescit, manifesto vel tempestatem portēdat, vel serenitatem polliceatur, ita vt quartus dies totius mensis temperiem vel intemperiem cōstituat. Quos Lunæ Solisque effectus eleganter his versibus expressit Virgilius, obseruata colorum varietate, quæ ex aëris terræque exhalationibus suffundi solet:

Prognostica ex Luna.

Georg. lib. 1.

Luna reuertentes quum primum colligit ignes:
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuia ventoq; carebunt.

Totidem versibus Solis potestatē complectitur, quares mortaliū, ac non solum corpora, sed animos quoque hominum immutat.

De hominis procreatione vtilis & iucunda narratio, in qua illustratur altera argumenti pars.

CAP. XXIII.

QVum multos in naturæ rebus, præsertim quæ ad corporis humani structuram attinent, hallucinari ac cæcutire contingat multaque nugamenta adferre solent de formatione fœtus, eiusque situ, de gestationis tempore, & mensium decursu: atque

an

an septimus mensis tempestiuus ad partum statui debeat, atque is sit vitalis: consulto me factturum sum arbitratus, si obiter hominis formationes explicare aggrediar. Est enim diuini huius opificii artificiosa constructio, omniumque membrorum, quæ vel foris se proferunt, atq; oculis conspicienda exhibent, vel intus ad singularem vsum delitescunt, elegans & concinna conformatio.

Constat autem homo ex vtriusq; sexus semine, ac primis septem diebus, confluente materno sanguine, in oui speciem coalescit ac conglobatur. Subest vero vis & facultas formatrix, diuino quodam cœlestiq; munere, semini, quod spiritu vitali atq; æthereo abunde imbutum, atq. vndiq. perfusum effigiem formamque fœtui imprimit, sic vt singula membra, totaq corporis moles, quæ tanto mensium decursu perficitur, ac sensim in decentem speciem, decorãq; hominis figuram absoluitur, in eo consistant, & quodammodo adumbrata sint. Quod etiam obseruauit atque admiratus est Dauid rex maximus, diuinorum operum contemplator vnicus. Constituuntur autem à Medicis, qui naturam humanam intime sunt contemplati, quatuor discriminata tempora quibus hominis formatio perficitur.

Humani corporis origo.

Seminis humani efficacia.

Psal.138.

Quatuor formationis infantis tempora.

Primum, quod ab initio statim congressu amploxuque mutuo seminis naturam obtinet, quo tempore conceptus & genitura dicitur. Quoniam semina inter se fermentata coalescunt, vt cremor & velut lactis quædam concretio: quod ita designat Iob: Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? His conceptus ac seminum maris & fœminæ coalitus & conglobatio (modo ne affluxus oboriatur, vt lubrico fere, hiantique vtero assolet) prima septimana perficitur.

Primum.

Cap.10.

Secundũ formationis tempus constituitur: quum natura vterique facultas suis viribus atque insita vi.

Secundum.

vaſa manifeſtam ſeminis mutationē efficit, adeo vt tota ſubſtantia carnea potius & ſanguine aquam ſeminalis conſpici incipiat, idque duodecimo fere aut decimo quarto ab incoato formationis die: & quandoquam hæc concretio, maſſaque carnea ſanguine æſtuanti ac calido redundet, rudis tamen eſt & informis, nullamque membrorum figuram, nulla lineamenta exhibet; nam corporis partes præcipuæ nondum diſtinctam formam ſunt conſequutæ, quo fit vt nulla hominis ſpecies ac figura conſpiciatur, ſed rudimentum tantum & incoatio humani opificii, infantem effigiare condiſcentis. Exemplum à figulis deſumi poteſt (imitatur enim ars naturam) qui ex vda tenaciq; ac tractabili argilla imagunculas aliaq; teſtacea confingunt, primum informia atque indigeſta, mox artificioſa tractatione figurata. In pictoribus tale quiddam obſeruare licet, qui primum rudiori penicillo vel denique carbone aut creta ſuſceptum opus adumbrant, Belgæ *Bewerpen* vocant: mox expoliunt vltimamque manum admouent, ſic vt quæ ante horrida viſa ſunt, abdita, inculta, opaca, obſcura, vmbroſa: mox nitida, peramœna, colluſtrata conſpiciantur. In ſtatuariis quoq; atq; opificibus argentariis tale quiddam imaginari licet, qui vel æs vel lignum rude & impolitum dedolant, atq; excauatum manubrio, adhibitaq; adſcia poliunt, atque opus affabre cælatum exhibent. Par eſt ratio, prorſuſque huic rei affinis ſatio, quæ ſparſo humi ſemine perficitur: id enim terræ gremio mollitum ac tepefactum vapore ſenſim adoleſcit, atque in ſtirpem emergit, fructumq; profert, & ſemen omni illi ex parte ſimile. Vt itaq; terra fertilis & fœcunda complexu ſuo ſemen fouet, atq; eiuſdem ſpeciei ſtirpem vnde prognatum eſt, elicit: ſic vterus mulieris niſi prorſus effœtus ſit ex recondito in ipſo ſemine fœtum effingit atque emolitur, ſtatoque tempore, hoc eſt, exa-

Similitudines ab opificibus.

A pictoribus ſimile.

Simile à ſtatuariis.

De ſatione ſimile.

Simile à terra fœcunditate.

ctis vt plurimum nouem menſibus, hominem ſexu maris vel fœminæ; ea qua progenitores ſunt, forma ac ſpecie in lucem producit. Cæterum vt reliquam inſtituti noſtri partem exſequar.

Tertium ſtatuitur conſtruendæ fabricæ tempus, cum euidenter & perſpicue ſe proferunt tres illæ partes principes, Cor, ex quo arteriæ emergunt, Cerebrum, ex quo vt filamenta quædam ex colo, nerui producuntur, Hepar, ex quo venæ propagantur. Quibus elaborandis ab ipſo conceptus tempore ad decimum octauum primi menſis diem vteri facultas inſiſtit atq; occupata eſt. *Tertium.*

Poſtremo autem, quod tempus ad vigeſimum octauum aut trigeſimum diem porrigitur, extrema membra articulatim atque exquiſite elaborata conſpiciuntur, ac iam pullulaſcere ac palpitare fœtus incipit; à quo dierum progreſſu, quoniam omnes artus diſcreti ſunt, totumque opificium exacte formatum conſpicitur, non amplius fœtus aut embryo, hoc eſt, pullulans concretio, ſed infans aut puer indigetari incipit. Mares autem vt plurimum trigeſimo die perficiuntur: Fœminæ quadrageſimo ſecundo aut quinto. Quod autem maſculi properantius abſoluantur, caloris ratione id euenit, qui humorem vt mollem ceram extendit, diffundit, dilatat, ſuaque vi fingit formatque. Sic calor & vigor corporis, ipſaque naturæ alacritas maribus trium menſium ſpatio, fœminis quatuor motum accelerat: quo tempore erumpentibus etiam capillis & vnguibus, agitari infans in vtero, ac calcitrare molitur: ita vt grauidæ motum non obſcure percipiant, ac nauſea cibique faſtidio infeſtentur, denique abſurda quædam edulia, atque à natura aliena appetant, rudera, carbones, teſtas, putamina: non deſunt, quæ crudos piſces, armoſq; viriles appetãt. Sic noui quæ ſpirãtes, *Quartum.* *Mares cur citius quam fœminæ abſoluantur.* *Infans quando mouetur.*

anguillos, ac congros dentibus attritos frustulatim deuorarent. Sunt tamen multæ patriciæ, quæ huic affectui atque enormi appetentiæ non sint obnoxiæ, vt quibus minimum excrementi aut vitiosi humoris in corpore aceruetur, secus quam plebeis, quæ voraces sunt, multumque sordidi humoris ac fæculenti sanguinis in conceptaculis internis cōgerunt, ex quibus circa tertium à conceptu mensem nausea fastidium, ructus acidus, ac præter naturam multarū rerum desiderium & auiditas excitatur. Conspectus est mihi superioribus annis Brugis ciuitate Flandrorum abortus gemellorum trimestris, sexus masculini, qui ex huiusmodi affectu, negataque re quapiam, cui grauida auide inhiabat, excussus est. Erat autem digitali aut paulo plus longitudine pariq. crassitudine membris omnibus exacte elaboratis, nec vlla sui parte mutilis, adeo vt se oculorum orbes nigricante pupillæ puncto signiri nares, aures, digiti discreti, vmbilicus, mentula femora, suræ, tibiæ, tali, & quibus forma pedis distinguitur, digitorum articuli perspicue se spectanda exhiberent. Cum autem infantium vterque palpitaret, atque indubitata certaque vitæ argumenta præberet, ad sacrum baptisma concursum est, quo peracto nullum amplius vitæ indicium praeferebant. Cæterum quem habeat in vtero situm infans, obiter indicandum. Gestaturis in aluo materna longo à mento vmbilico annexus, vt pomum petiolo suo affixum arbori, per quem venæ vmbilicalis adminiculo, purissimi sanguinis scatebra alitur atque nutrimenta capessit, non per os ac labra, quæ nondum illi vsui sunt ad edendum, vt nec podex aut vesica ad egerendum. Vena siquidem vmbilicalis à matrice orta iecur diuisa eius parte, ingreditur atq; in venam Portæ terminatur, à qua sanguis purissimus per vasa seminaria in vterum deriuatur, quo efficitur vt sanguis & spiritus tanquam auxiliares & succen-

Exemplum abortus gemellorum.

Situs infantis in vtero.

succenturiatæ copiæ continenter deorsum ferantur, ac quando horum aliquid desideretur. Per hos itaq; venarum ductus, atque arteriarum riuos, qui ex corpore materno emergentes, in vterum deferuntur, atq; mox vmbilico insiguntur, fœtus alitur, ac facultate seminis, quod vteri calore fouetur, ac sanguine irrigatur, omnibus suis membris, spatio temporis perficitur. Infans autem in media vteri capacitate ac velut centro libratus sustinetur, totus in se conglobatus; atque oblongo velut productu in orbem conuolutus, ita vt capite paululum inclinato, mentum pectori, talos calcesq. natibus, manus genis oculisq. applicet, crura vero ac femora incuruato poplite sursum elata, imum ventrem attingant, prior aduersaq. corporis pars, nempe frons, nares, facies dorso materno imminet, capiteque deorsum inclinato oculos ossi sacro annexum Belgæ *de Stiet* vocant, in partu vna cum osse pubis dehiscit ac relaxatur: quo fit vt plerumque mares proni prodeant, aut capite nonnihil in obliquum inflexo, vt facies conspici queat, fœmellæ vero aduerso situ magna ex parte collocãtur, ita vt egressu resupino, ploratuque edito cœlum obtueantur. Verum hæc non semper ordine naturæ procedunt, cum multi contra naturam partus eueniant, ac nonnulli infantes non semper capite præuio se proferant, atq. in longum exporrecto corpore manibus femoribus applicatis exitum affectent, sed alii pedibus nonnunquam distortis vel diuaricatis, ostio se obuoluunt: nonnulli inflexa ceruice contortoq. in obliquũ capite, manib. exporrectis, ac natantiũ more expansis, pronisq. humeris ꝓcidũt, magno suo & enitẽtis periculo, nec minori obstetricũ anxietate & molestia. Quũ autẽ omnia decenter, naturæq. ordine ꝓcedũt, infans expleto gestationis curriculo eruptionem molitur, seseq. inclinãs deorsũ voluitur *Partus contra natura ordinẽ.*

nec enim diutius in his latebris delitescere potest: quam illi per vmbilicum alimentum suppetat, ac calor cordis absq; externa respiratione possit subsidere: quocirca grandior factus, alimenti lucisq; est auidus, atq; aërem captare nititur adeo, vt ruptis membranis atque inuolucris: quibus obductus ac contra attritus munitus erat, acerrimo parturientis cruciatu in vitam producatur, idque non solum ob astricta minusque laxa vteri vestibula, sed quod hæc calamitas & pariendi angustia ob Adami atq; Euæ lapsum à Deo inuecta sit, illique hoc onus impositum, viro quoque in non mitiorem miseriæ sortem deiecto. Magna autem ex parte nono mense vterus dehiscit relaxato osse pubis, parturiente pro virili enitente, quæ quod grauat, excutere nititur, infante insita vi, ductuque naturæ erumpente: quo adiumento in partu mortuo, aut inualido mulier destituta est. Infans enim viuus atque alacer non minus quam mulier operi insistit, atque aëri inhiat, auramque captare nititur. Cæterum sunt complures qui exacto completoque nono mense in decimum deueniant, quos partu decimestres Hippocrates vocat, incoato quidem decimo mense Lunari, qui viginti octo dies perficitur, non prorsus finito. Sic Sapiens decem mensibus in vtero se confirmatum memorat, atque ex sanguine virique semine coagulatum, voluptate concubitum comitante. Pari ratione qui iam expleto sexto mense (in quo partus nulla ratione vitalis existit, quod membrorum firmitas desideretur) septimum sunt ingressi, atque vel duas aut tres septimanas in eo sunt constituti; septimo mense editi dicuntur. Eadem est ratio in supputandis hebdomadibus & mensibus qui certo dierum numero terminantur, siquidem elapsa antecedente septimana vel mense, atque insequente incoata, ab hac desumitur temporis ratio illique gestatio-

Vnde labor parturientis. Genes. 3.

Decimestris partus.

Sap. 7.

tionis curriculum adſcribitur, atque ab eo menſe, lem prægnans ingreſſa eſt aut partus inciderit (vt olet vel ſeptem vel nouem Lunæ curſibus) denueratio ſumitur. Par eſt ratio de annorum ſupputione vel à Chriſto incarnato vel paſſo, ita vt inriptio obſeruetur in ſequentis anni, etiam primi enſis initio, obliterato neglectoque præcedente. uod autem ſeptimi menſis partus vitalis exſiſtit, *Partus ſeptimi menſis cur vitalis.* n præter rationem eſt, ſed certa huic rei cauſſa beſt. Siquidem infans eo tempore inſita vi ac naræ ordine circumagit ſe ac conuoluit, locumque um mutat, ac commodiorem captat. Et quemad- *Simile à duce militiæ.* odum militiæ Dux vel anguſtia ac difficultate lo- vel commeatus aut rerum neceſſariarum inopia, ercitum alio transfert, ſic tamen vt in metandis utandiſque caſtris miles continenter in excubiis at, ac velut in procinctu conſtitutus ad omnem entum belli, atque inopinatum impetum, inſulmque hoſtium erectus ſit atque expeditus: ita ſi o temporis momento, quo ſeptimo menſe is naræ motus cieri ſolet, pariendi tempus inciderit atle vltro citroque collatis viribus infans in lucem odeat, citra omnem dubitationem vitalis eſt. Si- *Simile ab euigilatis.* ile autem quiddam huic infanti euenit, quod nou euigilatis ſolet, qui ſe in aliud latus deuoluunt, meliorem culcitræ partem, minuſque preſſam ptant: quibus ſi quid inopinati obueniat aut à re iapiam repentina interpellari contingat, quo mias ſe denuo in lectum deuoluant, confeſtim cubile ferunt, excuſſoque ſomno, tametſi aliquid noctis liquum eſt, ad ea peragenda quæ vrgent, ocyus accingunt: alioqui ſi ſomno oppreſſis præter opionem aut ſpem aliquid euenerit, tumultuari illos ntingit ac contremiſcere, omniaque confuſe ac llo ordine vel aggredi vel perficere, ita vt res nec licem, nec optatum exitum conſequatur: vt in,

octauo menſe aſſolet, in quo impetrata quiete denuo refocillari incipit infans, ac materno hoſpitio eiuſq. alimẽto perfrui. Sunt quidẽ nonnulli ſeptimo menſe editi, corpore flaccido, minuſq. firmo, & qui calorem natiuũ languidũ obtineant, ſed nutricũ cura atq. induſtria fulti diu ſubſiſtunt, vitamq. in multos annos ꝓferunt. Simile enim quiddam iis euenit, ꝙ pomis aliiſq. fructib. arboreis, qui præmature vel decidunt vel decerpuntur, quos arboratores qui ea his quæſtũ venantur, recondunt ſtramentiſq. fouẽt, ac paleis obruunt, quo tempeſtiue matureſcant, atq. eſui reddantur idonei. Siquidẽ huiuſmodi infantes opera ſtudioq. matrum aut quib. alendi cõmittuntur, vires concipiunt, atq. adhibitis fomentis robur conſequuntur: quo ſubſidio vitam in multos annos ꝓrogant: quod nulla ratione obtinetur in octimeſtri partu, qui rariſſime vitalis eſſe ſolet, ꝙ ſedatus ſopituſq. ſit motus ille naturæ & agitatio, quæ ex certa cauſſa excitari conſueuit, ſeptimo menſe cum à matre, tum ab infante: quocirca ab inquietudine ſeptimi menſis laſſus, vires colligere incipit, atq. ad præfixum geſtationis tempus in materno gremio refoueri. Quo fit, vt ſi oborta aliqua vel intemperie vel perturbatione, infantem ſedib' ſtatiuiſq. ſuis exturbari contingat, lethale exſiſtat, ꝑpter cauſſam extraneam atq. à naturæ ordine alienam, quam etiam Saturnus ſidus ferale & noxium exaſperat, ſuaq. frigiditate infanti vires deiicit, quamobrem ad nonum menſem in ſua ſtatione conſiſtere ſalutare eſt, quo vires colligat, iuſtumque robur aſſequatur. Quum autem nonus menſis aduentare incipit, infans alimenti inopia ſubſidit ac deorſum deuoluitur, vterique veſtibula primoſq. in lucẽ aditus perſequitur, atq. exitum affectat nonnunquam in ipſo pariendi calore, ac feſtinatione, impetu quodam per lubrica labitur, ac dehiſcente vtero, nullo obſtetricis adminiculo, dicto citius

Simile à fructibus maturandis.

Octimeſtris partus non vitalis.

Saturnus infanti grauis.

…us (vt pomũ maturũ leui attractu) decidit. Quod …potissime vsuuenit, quibus vterus amplissime dila-…tur, atque infans omnia cumulate est consecutus, …sq; viribus abunde instructus. Nam quæ strictioris …t, infantemque gestant valetudinarium vel imbe-…ẽ difficulter enituntur, ac laborioso conatu sum-…pq; molimine partum excludunt. Ex hac pressura …; enitendi difficultate desumit appositissimam si-…litudinem Seruator, suosq; animat atq; vnice sola-…r, ne animo deficiant ac labascant ob calamitates …clades illis Euangelii caussa inferendas, cũ exem-…p parturientis, mœror in effusam solidamq; lætitiã …subitum gaudium sit commutandus: itaq; pericu-…m imminere indicat, anxietatẽ, tristitiam trepida-…onem, sed hæc omnia confestim exorto inopinato …udio, ac suauissima spiritus paracleti consolatione …cussum iri. Impiis autem minatur passim Deus, ac …sumto ex partu exemplo, inexspectatum ac repen-…num interitum imminere denuntiat. Sic n. illorum …entibus apud Esaiam terrorẽ incutit: Vlulate quo-…am prope est Domini dies, quasi vastitas: virorũ cor …bescet & manus dissoluentur, terrores, cruciatus, & …lores illorum animos occupabunt, & vexationibus …rrepti, parturientiũ ritu dolebunt & ingemiscent. …Ieremias quoque quum Israëlitas in summo luctu …q; extrema calamitate cõstitutos describit. Vocem, …quit, audio quasi parturientis angustias & crucia-…s primo partu enitentis, qui fere insuetis acerrimus …se solet, quod nunquam tale quiddam inciderit, aut …iiusmodi laborem sint perpessæ. Sic etiam regibus …eus formidabilis est & tremendus, quum aduer-…um illum cristas erigunt, vt apud eundem Prophe-…am de Ioachimo rege Iuda refertur, quem in eas an-…ustias coniecit, vt dolorem & anxietatem perpessus …t, qualis conspicitur dolor parturientis. Militum …uoque Moabitarum animis (tametsi hoc genus

Morale à partus angustia.

Ex partu & pariente exempla.

Cap. 8.

Cap. 4.

Cap. 5.

Hier. 48.

hominum ferox sit & impauidum) eam trepidati-
nem ac pauorem iniecit: qualis est animus partu-
entis fœminæ, quæ dissoluitur ac liquescit, nisi adsta-
tium solatio fulciatur, nisi matronarũ subsidio su-
Cap. 26. leuetur. Est autem apud Esaiam elegans cum primis
ac consolatoria concio, ornata excultaque insigni
comparatione: Propheta siquidem illos, qui afflicti
ac castigati resipiscunt, ductiq; pœnitentia ad Deum
confugiunt parturienti comparat, quæ in angu-
stia constituta atque enitendi difficultate non sine
vitæ discrimine oppressa, adstantium opem implo-
rat, ac dimotis vndiquaque oculis, suspiriis, gemitib-
que ac lamentis, subsidium ac solamen exposcit. Si
Esaia locus explicatus. enim concionis huius seriem prosequitur, vt obiter
quædam delibem: In semita iudiciorum tuorum su-
stinuimus te Domine, & memorabile tuum in desi-
derio animæ nostræ. Anima mea desiderauit te in
nocte, sed in spiritu meo, & præcordiis meis, de ma-
ne vigilabo ad te. Quo testatur, se inniti Domino
ingruente calamitate & admotis flagellis, in eoque
spem fixam habere atque oculos intentos, denique
memoriam Dei impressam esse animo suo, totaque
mente atq; animo inuigilare mandatis illius, ac nul-
lo non tempore meditari in salutari illius doctrina,
nõ solum media luce, sed intempesta etiã concubia
Afflictio religiosos facit. nocte, atque antelucanis horis. Quid autem obliuio-
sos ad hunc mentis feruorem impulit, ac tam solidã
fiduciam extorsit, mox subiicit: Domine, inquit, in
angustia & tribulatione rebusque aduersis ac deplo-
ratis nominis tui maiestas & amplitudo in mentem
venit, tuique subit memoria ac recordatio: res affli-
ctæ ac desperatæ tacito tuæ diuinitatis afflatu atque
impulsu ad resipiscentiam nos pertrahunt. Sicut quæ
concepit, quum instat tempus partus, clamat & vo-
1. Thess. 4. ciferatur; ita facti sumus coram te Domine. Paulus
quoque socordes atque oscitantes ad excubias &
vig-

landi industriam exstimulat atq; parturientis ex- 2.Pet.3.
plo in Dei aduentū expeditos paratosq; esse vult, Apoc.3.16.
it enim vt fur & nocturnus oppressor, dies illius,
nquam dolor repentinus parturientis. Hæc stu-
e lector, quoniam non prorsus ab instituto aliena
, visum est adiicere, quo quisque ex iis aliqua vi-
ocumenta desumat, ac consideret quam luculen-
ppositasq. similitudines sacri vates suis concio-
us accommodent, ex notissimis naturæ rebus de-
ntas, quod eo obseruant studiosius, quo audito-
n animis efficacius influant, ac concepto emenda-
is vitæ proposito, alacri promptaque voluntate
rugem, Deique cultum se conferant.

nto ætatis anno puellis pubescentibus concubitus desiderium excitetur: & conceptui efficiantur idoneæ. Rursus quando prouectioribus fœcunditas desinat, ac desinentibus menstruis vterus sterilescat. In qua narratione virilis quoque naturæ conditio excutitur.

CAP. XXIV.

Vo optime consulant pudicitiæ virginum sua-
rum progenitores, illorum interest curiose ob-
uare, quando expediet aut sit tempestiuum ex se
genitas, aut quarum iis cura incumbit, elocare ac
niugio destinare. Est enim is sexus fragilis ac soli-
antibus vndique ad defectionem procis, ad rui-
n procliuis. Multis autem argumentis huius rei
pensio, ac naturæ puellaris inclinatio deprehen-
otest: Siquidem pubescente corpore, ac proflu-
ibus stato tempore mensibus, vt assolet decimo-
arto aut quinto ætatis anno, aliis serius, aliis ma-
ius pro cuiusque habitu & constitutione, semen *Virgo cultus*
gescit, ac sanguis qui non amplius in corporis au- *studiosa.*
entum assumitur redundans, rei Venereæ imagi-
ionem menti infert, quocirca in ætate nubili con-
utæ se comunt ac poliunt, oculosque ac genas non

Virgines maturius elocandæ. ſolum ſpeculo, ſed iuuenibus continenter obiiciu ſeſeq; ſpectandas exhibent: adeo vt à procis dem ceri tractarique cupiant, ac blandius appellari; ocu eius rei cauſſâ in obliquum detortis, atq; in amaſ ſuauiter coniectis, quæ res efficit, vt oborta tenti ne, atq; intimarum partium titillatione, prurire vr incipiant, atq; impotentius ad concubitum incita eoq; fit vt plerũq; excuſſo pudore, nec obſeruata v luntate parentũ, qui aliquando tardi ſunt & difficil in conferenda dote, aut ægre illas à ſe diuelli pati tur, vltro ſe procis offerant, ſubiiciantq; magna cu pudicitiæ iactura, tum totius proſapiæ infamia & d decore. Vnde noſtratibus prouerbium iactatur: Pe culoſa merx virgo nubilis maturaque viro, *Rype doc ters, zorghelicke ende broosche VVaere.* Quamquam q a continentiã attinet, virginum q̃ viduarum conditi Belgis commendatior. Tale enim ſpargitur de iis d cterium, Virgines in amore ſtabiles & ſedatæ menti Viduæ tumultuoſæ, lubricæ, inſtabiles, inquietæ ne vnius mentis aut ſententiæ, *De machden hebben een zin: de VVetwen hebben den Düuelin*, ob deguſtatas, op nor, rei Venereæ illecebras, quas animo conceptas uidius expetunt, q̃ virgines, quibus nunq̃ illæ volu ptates delibatæ ſunt, ipſiusq; Genialis thori ſunt ex pertes & ignaræ. Ceterum quũ virgines decimoquar to ætatis anno aut paulo ſerius aliquod ſpecimen e dant maturitatis, defluentibus iam menſtruis, conce ptioni aptæ efficiuntur, quę vis illis porrigitur ad an num vſque quadrageſimum quartum, nonnullis qu valido ſunt corpore & vegeto, ad quinquageſimum quintum fœcunditas producitur, vt in noſtratib' ali quando obſeruaui. Scio equidem fluxum meſtruum in nonnullis boni habitus vlterius proferri, verum id rarum eſt, nec ſemper ex naturali cauſſa humor ille excrementitius profluit. Quocirca explodenda illo rum ſententia, qui exiſtimant, vt muliebris profluuii

Virgines fragiles.

Prouerbium de virginibus.

Prouerbium de viduis.

Mulier quando primum fœcũda efficitur.

Mulieri quando menſes deſinunt.

ita

a conceptus indefinitum esse terminum, nec stata
s rebus fixaq; tempora posse assignari. Quanquam
nim nõnullæ anno sexagesimo huic fluxui sint ob-
oxiæ, non tamen ex naturali caussa is prouenit, sed
affectu aliquo contra naturam oborto, qui etiam
rtum excutit. Siquidem ira, indignatione, excan-
scentia, subitaque atque inopinata consternatione
hiscere contingit conceptacula, ac meatus resera-
, sic violento humorum concursu tale quiddam
olui contingit, plerisq; ex casu & ruina conuulsis
narum fibris. Quum autem magna ex parte mu- *Anicula ne*
eribus circa annum quadragesimum quintum, aut *iuuenibus se*
summum quinquagesimum menses subsistant, ac *addicant.*
ulla ex harum congressu soboles sperari possit, præ-
r naturæ rationem faciunt, quæ se iuuenibus in ma-
imonium addicunt, aut viri, qui tales aniculas pe-
niarum auiditate ambiunt, aut in coniugium ad-
iscunt. Frustra enim vtrimq; opera insumitur non
cus quã si ieiuno, sterili, arido, ac strigoso agro ge-
erosum semen committatur. Tolerabilius est, si se-
ex succulentus ac vegetus cruda, viridique ætate se
uenculæ addicat. Nam ex ea societate aliquod spe-
ri potest posteritatis oblectamentũ: cum vir nun-
iam tam effœtus tamq; exhaustus, & exoletus cen-
ri soleat, quin prolem excitare possit. Ceterum quę *Vir quousque*
viri natura, & quousq; se proferat vis procreandæ *fœcundus.*
olis, obiter indicandum. Cum autem adolescen-
bus plurimum calidi sit innati, vt Hippocrates ait,
rca ætatis annum 16. aut plus paulo aliquid virilis
boris concipiunt, abditæque partes pubescere ac
entum decora decentique lanugine exornari inci-
unt, quæ naturæ vis atq; ardor propagandæ sobo-
indies magis magisq; augescit, atque incrementa
ncipit vsque ad annum 45. aut quinquagesimum,
que in 65. definit. Tunc enim magna ex parte flac-
scere virile robur & semen infœcundum effici.

incipit, exstinctis spiritibus naturalibus, & arescen
bus humoribus, ex quibus caloris beneficio sem
confici solet. Sunt quidam nonnulli validi robust
que senes, quibus adolescentia continenter ac m
derate transacta est, qui ad septuagesimum annu
fœcundi sunt, & in peragendo concubitu virilit
subsistunt, quorum multa exempla Brabanti, Got
Rei gestæ narratio. & Sueci suppeditant. Sic enarrantē audiuimus Na
clerum quendam fide dignum, quum Stocholm
negotiaretur, imperante Gustauo patre inuictissim
Regis Sueciæ Erici, qui nunc rerum potitur, se acc
tu regis interfuisse nuptiis viri cuiusdam centum an
norum, qui in matrimonium asciuerat triginta anno
rum sponsam, ex qua complures illum sustulisse li
beros indubitata fide memorabat: erat enim vir (v
sunt in ea regione plurimi) adeo cruda viridique se
necta, vt vix impleuisse annum quinquagesimum vi
Brabanti annosi. deretur. Apud Tungros quoque, atque in Campani
Brabantica, vbi mira aëris clementia, & gens tempe
rans & frugalis, inauditum non est, sed propemodum
vulgare, octoginta annorum viros virgines non ad
modum annosas in coniugii societatem adsciscere,
atque ex iis proles excitare. Quocirca annorum nu
merus viro nihil officit ad procreandos liberos, nisi
prorsus ætatis iuuenilis incontinentia exhaustus sit
vigor, ac genitales partes effœtæ emarcuerint. Vnde
Prouerbium in exoletos. Belgæ in exoletos, atque intempestiuè Venere fra-
ctos prouerbio ludunt, *Vroech hengst, vroech ghuyle,*
Simile à caballis exhaustus. à caballis admissariis desumta comparatione, qui si
vel frequentius vel maturius equas ineant, citissi-
me consenescunt, nec vllis muniis bellicis accom-
Vir calidior fœmina. modari possunt. Quid autem discriminis sit inter
viros & mulieres, & vel causæ vel rationis subsit,
quod mulier citius sterilescat quam vir, ac pro-
fundere semen desinat; si quis forte requirat, ca-
lorem natiuum designo, quo vir præcipue pollet.
Siqui-

Siquidem quum mulier virum humoris copia vincat, vt menses indicant, & corporis mollities, tũ vir illam insito calore superat. Calor autem præcipuus est, qui humores concoquit, atq. in fœminis substantiam immutat, cuius alimento destituta fœmina, pinguescit quidem ætatis accessu, ac sterilitatem cõsequitur, secus quam vir, cui calore liquescit pinguedo, ac dissoluuntur humores, verum eius beneficio in semen elaborantur. Huic rei etiam adscribo, quod mulier minus virium obtineat, minus prudentiæ & consilij, minusque ratione polleat, nec ea sit dexteritate in rebus gerendis quam vir.

Vir diutius fœcundus quã fœmina.

Qui potissimum alii ab aliis morborum contagia concipiant. Et qua ratione efficitur, vt infantes conualescant exhibitis nutrici medicamentis. CAP. XXV.

QVum morbi contagiosi obuios quosq. inficiant, tum in nullos se citius diffundunt, quã quorum natura multum inter se habet affinitatis: vt sunt parentes & liberi, sorores, fratres, consanguinei, quibus fere vltro citroq; periculũ imminet, ac labes adspergitur. Et quo quisque sanguine coniunctior, ac magis propinquus, eo celerius ab altero malum cõcipit, propter sympathiam, hoc est, naturę cognationem atque spirituum & humorum consensum. Quocirca grassante peste, ac sæuientibus passim morbis popularibus, denunciare soleo sanguine propinquis, vt absistant, pauloque remotius ab ægroto se subducant ne pestifero halitu infici contingat, qui notos potius & consanguineos, quam exteros ignotosque corripit, tametsi reliqui qui adsistunt, à periculo non sint immunes. Par est ratio de nutrice, pueroque vberibus inhiante: ægrotante enim nutrice tota vis morbi in infantem deuoluitur; ipsaque nutrix subleuatur ac malũ discutit. Quum enim morbi vis per venas sanguinis conceptacula diffunditur, atque ex ipso sanguine exacta confici atque elaborari lac soleat, in

Consanguinei cito contagium concipiunt.

Nutrices infantibus morbos adferunt.

fans impurum minusque syncerum alimentum eli-
cit. Quo fit vt tota vis morbi in infantem decum-
bat, quod sanguis, qui lactis substantia est, sit infe-
ctus, ac febrili qualitate imbutus. Quocirca confe-
stim ablactandi, ne quid morbi contrahant ac vitioso
succo inficiantur. Mulieres quoque nutricantes non-
nunquam à lactente puero morbos contrahunt, sed
qui non sint tam exitiales, quoniam non tanta vis
mali aut contagio ab infantibus promanat, quam à
nutricula, cui sanguis magis feruet, & plus putredi-
nis concipit. In discudiendis autem puerorum mor-
bis (quoniam ea ætas medicamenta respuit atque a-
uersatur) eo vtor strategemate & actu, vt nutricibus
ea præscribam atque ebibenda offeram, statimque e-
nim diffusa per sanguinem (ex quo lac conficitur)
medicamenti vis, vbera subit, ac lac illius qualitate
imbuit, ita si purgatrix sit medicina, puero aluum
soluit: si adstrictionis particeps, eundem sistit & co-
hibet. Similiter si tussicula infestentur atque an-
helosi sint natura, quæ pectus dilatant ac pituitam
abstergunt, exhiberi curo, nempe hyssopum, mar-
rubium, iridis radicem, inulam, glycyrrhizam,
ficus, scatureiam. Nonnunquam medicamenta
quæ infantia exigit, linteolo aut sindoni includi
inuoluique iubeo, eorumque dilutum (infusio-
nem triuiales vocant) offerri, præsertim vbi ea ætas
bibere est edocta, ac pocula ori admouere adsueta.
itaque pueros teneriores, seniculos, prægnantes,
puerperas, valetudinarias, atque ex pariendi labore
afflictas, arte tractare meditor. vt exigit cuiusque cor-
poris conditio & natura morbi exposcit, sic vt sem-
per menti obuersetur illud Hippocratis: Multa dan-
da esse ætati, regioni, consuetudini. Et quemadmo-
dum nautæ pro aëris tempestate, vel auræ tempe-
rie vel intemperie vela nunc complicant, nunc di-
latant atque extendunt, ac clauem modo huc, mo-
do

Pueri morbidi nutrices inficiunt.

Aphor.17.

ᵉdo illuc detorquent: vt coriarij calceos pedibus ac- *Similia ali-*
commodant: sartores vestes membris aptant: vt nu- *quot ex rebus*
trices pueris pro ætatis infantia mansum in os inse- *vulgatis.*
runt, non solido cibo illos inferciunt, vt Præcepto-
res adolescentium ingenia tractant, ac primum ele-
mentis mox solida doctrina imbuunt, quod etiam
Paulum studiose obseruasse legimus in tradendis fi- *1. Cor. 5.*
dei nostræ mysteriis, in erudiendis Corinthijs, qui
quum non essent sublimioris doctrinæ capaces, vel
vt adhuc infantes lacte aluit, hoc est, sermonem
suum deiecit ad illorum captum & imbecillitatem:
ita exercitatus peritusque Medicus singulos tractat
pro naturæ suæ conditione, eaque offert quæ pro-
sint: nec minima sui parte officiant. Huiusmodi au-
tem rationibus & exemplis obturare os soleo sciolis
quibusdam, qui non sustinent aliquid medelæ ad-
ferri infantibus, senibus, puerperis, & quibus ex
parte vires deiectæ sunt, quorum nemo non summa
cura fulciri debet, ac commoda victus ratione, vsu-
que medicamentorum salubri ac minime noxio in
pristinum statum reduci. Sic non veritus sum puer-
peris triduo etiam à partu angina aut pleuritide cor-
reptis venam incidere, atq. exhibita potione pecto-
rali sputum promouere. Circa prægnantes quoque
quando acuto morbo corripiantur, magna ad-
hibetur consideratio, ne vel ips[illegible] vel fœtus peri-
clitetur: si res venæ sectionem vel purgationem po-
stularet, illam moliri studeo, iuxta Hippocratem, à *Lib. 1. Aphor.*
quarto mense vsque ad septimum, idque in supernis *4.*
brachij partibus, nulla ratione circa pedes, femo-
ra aut talos seu malleolos, quibus ne cucurbitulæ
quidem admoueri debent, ne abortus periculum
immineat. Impuberibus etiam peste correptis, aut
acuto morbo oppressis, salutaria remedia mature
adhiberi curo, atque omnibus modis vitæ fontem
muniri, & vim morbi à principe parte amoliri.

Obiter in huiusmodi tenellis corporibus accurate vires fouendæ morbusq; deijciendus. Mala est enim Medicina vbi aliquid naturæ perit. Quocirca Medicus aut profit, aut ne noceat, imo omnibus modis prodesse studeat ratione artis; quod facile consequetur, si omnia recte ratione, atque ex artis præscripto exsequatur.

De pelle seu plumoso tegmine vulturis, quod mira vi pollet in corroborando ventriculo, atq; excitanda cibi auiditate, paulo efficacius quam zinziber, cuius natura quoque hic exprimitur non cuiuis obseruata.

CAP. XXVI.

Vulturis natura.

QVum multa sunt, quæ foris admota ventriculo robur adferant, ac concoctioni adminiculentur, tum nihil efficacius aut magis præsentaneum, quam vulturis tegmen vel detracta pellis, ceterarũ pellium modo subacta ac concussione complanata. Est autem hæc ales, vt miluus rapacissima atque inexplebilis edacitatis, ita vt hanc Belgæ ab inhiandis cadaueribus, & q̃ semper famelica prædam venetur *Ghier* vocant, à cuius natura auaros, & qui habendi cupiditate sunt inflãmati, *Ghierich* nominant, Latine Vulturnos. Quũ aũt eius sit conditionis, ac naturæ hæc auis, vt omnia auide appetat, & inoffense consumat, tegmini eius ac vis infusa est, vt ventriculum humanum fulciat ac fastidioso nauseantiq; stomacho vires appetendi & cõcoquendi cibi conferat, quin & alui profluuium cohibet & vomitum compescit, sed diuerso modo ventriculo applicatum. Hoc enim experimẽto comprobatũ habeo, vt si quis tegmen è corpore alitis exemtum, arteq; pellicea concinne elaboratũ, subactumq; flaccido ac languenti ventriculo admoueat, fluxum sistere, ac leuitati intestinorum auxiliari, præsertim si eo situ applicetur, vt plumosa pilorum congeries deorsum spectet: quemadmodum in suffultis vestib⁹; secundo, vt ita dicam, flumine, pelles palma demul-

ceri

ceri ſolent: confortat enim fouetq. calorifica vi, & aſtringendi ratione facultates ſeu potentias naturales, quibus alimenta attrahi contingit, retineri, concoqui, & expelli tres quoque ventriculi tunicas neruoſas, & totidē fibras, Rectas, vt Galeno placet, quæ attrahendi munere funguntur; Obliquas, quæ retinendi vi pollent; Tranſuerſas, quæ concocta foras propellunt, corroborat, vtq. ſuo officio perfungantur, efficit. Ceterum tegmen id contrario aduerſoq; ſitu collocatum acumine piloſo ſurſum exporrecto, atq. in ſublime nitente, vomitum compeſcit, deorſum detractis ſtomachi muſculis, quibus cibum amplectitur & retinet. In huiuſmodi autē affectib. quibus vel ſupernæ vel infernæ partes infeſtari ſolent, non diſſimile quiddam moliri ſoleo. Sic in vomitu os ventriculi inungi iubeo, deorſum producta manu verſus vmbilicum; In fluxu vero alui à pede ſurſum reducta palma: quod ipſum etiam factitare ſoleo, ſi quando mulier vteri affectibus eſt obnoxia. Sic in matricis, vt vocant, ſtrangulatione, qua ſuffocari videtur fœmina vaporibus ſurſum delatis, vel venam circa talos incidi iubeo, vel coxis cucurbitulas affigi, omniaque auerti ac deorſum ferri curo, vel iniecto clyſtere, aut ano ſubditis balanis, ſeu vt vulgo vocant, ſuppoſitoriis. In procidentia vero vteri, vbi omnia deorſum feruntur, tanquam reſoluta corporis compage ſupernas partes ligamentis adſtringi, vberibus cucurbitulas affigi, vel venam humerariam pertundi iubeo, quo omnia in contrarium reuellantur. Intus quoque in iam memoratis affectibus exhiberi poſſunt, quæ morbi conditio exigit. Sic flaccido & nauſeanti ventriculo, vel vbi minimum cibi appetit, aut ægre aſſumta alimenta concoquit præter vina aliquot generoſa & calorifica, vt ſunt Hiſpanica & Cretica, Zinziberis radix ſuccoſa, melle condita, *Groen gingiber gheconfijt*, Belgæ vocant, præ-

Potentiæ naturales quatuor.

Zinziberis effectus.

clare concoctioni auxiliatur, ac flatus ex cruditate & humoribus pituitosis contractos discutit. Quocirca & oculorum caligines ex densis crassisque humoribus è stomacho sursum delatis natos dispellit. Nonnullis hanc in obsoniis & condimentis præscribo, præsertim vliginoso vdoq; stomacho obnoxiis, aliis qui ex zythi vel cereuisiæ immodica potione, dolore vel grauitate ventriculi, crebrisque ructibus infestantur, aliquot ramenta cum momento salis deuoranda præcipio. Dici enim vix queat quantopere inflationes & tormenta mitiget. Accendit quidem vtique primo gustu hæc radix linguam, verum nullam sitim excitat, sed quum saliuam & pituitosum vndique humorem è capite, faucibus, stomacho eliciat, linguam vdam præstat, ac saliuali humore fluitantem, eoq; fit vt nulla vel siti vel siccitate eos afficiat.

Zinziber sitim non excitat.

Quocirca magno commodo septentrionales Belgæ huius radicis vsu ventriculum fulciunt.



De occultis naturæ miraculis FINIS.

LEVI-

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZÆI PARÆNEsis, siue Exhortatio ad vitam optime instituendam, summis pariter atque infimis salubris cum primis & frugifera, siue corporis, siue animi incolumitati prospectum cupiant.

In Deum per Christum potissime desigendos oculos mentemque erigendam.

CAPVT I.

Quisquis salutis suæ est auidus, sibique optime consultum cupit, atque in hac vitæ statione iis excubiis aduersus imminentes casus, & quæ singulis momentis ingruunt incommoda, intrepide atque inconcusse substere exoptat: in Deum Opt. Max. ac cœlestem Patrem per Christum defigat oculos atque mentem quæ ab hoc vberrimo fonte dimanauit, continenter habeat erectam, nec alio respectet, aut consectetur salutis præsidia, sed huic vni fidat atque innitatur, illum colat, veneretur, suspiciat, ac salutaria quæque mediatoris fiducia ab illo deposcat. Deinde sedulo excutiat atque attente secum ipse meditetur quanta Deus erga genus humanum vsus sit munificentia, quibus ornamentis ac naturæ dotibus hominem instruxerit, qua illustrauerit, dignitate & amplitudine, in quod decus & honorem opificium hoc è terra conflatum euexerit.

Vnde petenda salus.

Deus fons bonorum.

Magnificentia Dei erga homines.

Quanta homini contulit rerum opifex Deus.

CAP. II.

Qvum forma atq; externa corporis humani species, celsa illa quidem & erecta in cœlum, quo

Duplex hominis effigies.

condiſcat ad ſuam originem directos habere oculos, præ cæteris animantibus ſpectabilis ſit atque artificioſe decenterq; expreſſa; tum interne effigies illum mirifice exornat, quod ad imaginem ac ſimilitudinem Dei ſit conformatus, hoc eſt repræſentet ac referat opificis ſui eſſentiam, atque ad eius naturam proxime accedat. Quæ vis excellens ac diuinitus infuſa tota in anima ac mente conſiſtit, ex archetypo ac diuinitatis ſacrario depromta, quo diuino munere conſequitur homo, vt ratione, iudicio, intelligentia imbutus, doctrinæ cœleſtis efficiatur capax, conceptaq; Dei notitia, ac fidei lumine illi vniatur, ac totus in illum transformetur. Præter alias autem inſignes prærogatiuas, hoc in primis conſequutus eſt homo, vt quum Deus cetera animantia ἄλογα finxerit, hoc eſt, muta ac ſermonis vociſque vſu deſtituta, illi loquendi munus indulſit, quo communicare aliis ſenſa mentis, atque animi conceptus poſſit indicare, & quod omnium eſt maximum, Deoque gratiſſimum; vt conditorem, cuius notitiam per fidem mente conceperit, voce celebret, ſummiſque laudibus proſequatur. Hac enim ratione non ſolum illuſtratur nominis illius maieſtas & amplitudo, ſed etiam pro ingenii humani modulo, nonnulla rependitur accepti beneficii gratia, ac profertur erga tam munificum patrem grati propenſique animi teſtificatio. Quum autem Deus bonorum noſtrorum non egeat, nihil aliud à nobis exigit, quam amorem & gratitudinem.

Geneſ.2. — *Homo Dei ſimulacrum.* — *2. Cor.3.* — *Quid hominē à beluis ſecernit.* — *Loquela ſingulare Dei donū.* — *Gratitudinem Deus exigit.* — *Pſal.15.*

Deo nihil homine carius, omniaque in eius vſum creata.

CAP. III.

QVum autē Deus vnice afficiatur erga hominem, atq; huius animū mentemq; in qua elucet eius diuinitas, multis magiſque ornamentis illuſtrauit, tum

Deus erga hominem mire afficitur.

...m etiam externis donis atque amplissima posses-
...one rerum quas natura Dei ministra affatim pro-
...ndit, cumulate illum instruxit, illique totius vni-
...ersitatis præfecturam ac principatum attribuit et-
...m infimo cuique cerdoni ac plebeio, qui non mi-
...us fruitur creatoris munificentia, totiusque mun- *Omnia in vsum hominis condita.*
... amœnitate spectabili cum primis ac visenda, quam
...egum quiuis copiis opibusque affluens; ita vt in
...oc spatiosissimo orbis theatro versetur non vt exte-
...s quidam & inquilinus, qui à mundanarum rerum
...ossessione sit alienus, sed vt κοσμοπολίτης, hoc *Homo mundi præfectus.*
...t, mundi huius ciuis ac municipalis, omniumque
...rum quas terra complectitur dominus. In illius e-
...m vsum, commoditatem, obsequium omnia crea-
... sunt, quæcunque cœli ambitu, terræque ac maris
...omplexu continentur, quo ij versibus Dauid ope-
...m Dei admirator vnicus testatur:
... Domine Dominus noster, quam admirabile est *Psalm. 8.*
...omen tuum per vniuersam terram?
... Quoniam exaltata est magnificentia tua supra
...elos.
... Quid est homo, quod eius sis memor, aut filius
...ominis, quod eius rationem habeas?
... Minuisti illum paulum à Deo vel Angelis: gloria
... honore coronasti illum, & præfecisti eum operibus
...anuum tuarum.
... Omnia subiecisti pedibus eius, &c.
... Quibus verbis commonstrat, quanti æstimet Deus *Rom. 8.*
...ost Christum hominem, quantaque sit apud illum
...us existimatio, cui naturæ vniuersitas subseruiat, ac
... obsequiosa, adeo vt non solum res omnes creatæ
...ommodis vsibusque eius sint expositæ, sed Christus
...etiam huius caussa se morti subiecerit, cuius fauo-
re ac meritis pater omnia nobis af-
fluenter donat.

Quanta esse debeat hominis erga Deum gratitudo.

CAP. IV.

ILlud autem præcipue hominis erga Deum non vulgarem amorem ac venerationem excitare debet, quod cum à Deo esset alienatus: atque ob violatum eius præceptum, in sempiternam mortem deiectus, pater cœlestis, singulari Christi fauore ac meritis, in gratiam receperit: Christus siquidem humanæ cladis misertus, hominem suo sanguine expiatum, patri reconciliauit, ac deuicta morte, excussaque sæuissimi hostis tyrannide, cui erat obstrictus, & velut obæratus in libertatem postliminio asseruit. atque in regni cœlestis hereditatem restituit, sic vt teste Paulo, non amplius simus alienigenæ atque hospites Dei, sed ciues & heredes, denique amici ac domestici eius, super Apostolorum ac Prophetarum fundamentum exstructi summo angulari lapide IESV CHRISTO, per quem accessum aditumque habemus in vno spiritu ad Patrem. Quocirca cum quisque nostrum salutaris doctrinæ adminiculo per fidem ad lauacrum regenerationis Christo sit insitus, atque, vt Paulus ait, per renouationem Spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, gratiam & hæreditatem consecutus; par est, ipsaque salutis nostræ instauratio exposcit, vt omni spe ac fiducia in tam munificum patrem, eiusq; filium Iesum Christum, qui mortem & peccatum aboleuit, collocata, illi nos submittamus, illi nostram vitam, mores, studia approbemus, summaque animi puritate, moribus sanctis & inculpatis, precatione assidua ac feruenti, illum nobis deuincire, illiusque fauorem ac gratiam demereri enitamur.

Hominis reconciliatio.

Ephes. 2.

Tit. 3.

1. Tim. 1.

Deo vita nostra approbanda.

Baptismus

Baptiſmus quid homini conferat, quid moneat.

CAP. V.

QVoniam autem Baptiſmus ſeu ſacra lotio primus eſt in Eccleſiam cœtumque ac conſeſſum [fi]delium ingreſſus, ipſaque ianua & veſtibulum, hæc [in] ſpem ac fiduciam ſalutis nos deducit. Per fidem [en]im & pœnitentiam, hoc eſt, anteactæ vitæ dete[sta]tionem mortificato corpore, menteque renoua[ta], Chriſto inſerimur, qui animi noſtri labes ac vitia, [ad]hibito externo hoc ſymbolo, abſtergit, eluit, abo[le]t, infuſo mentibus noſtris Spiritu ſancto, per quem [co]ncepta certitudine ſalutis, confidenter clama[m]us, Abba Pater. Quæ geminata atq; identidem du[pl]icata inuocatio tam eſt efficax & præſentanea, vt [o]mnia munifico à patre conſequatur, modo quis ſua [vo]ta ac preces, ſuas poſtulationes ac ſuſpiria p Chri[ſt]um eo dirigat. Hoc enim duce ac mediatore, qui [n]obis gratiam ſuo ſanguine promeruit, nihil non eo[ru]m, quæ nobis ſalutaria ſunt, obtinemus, nec vnquã [or]ationes noſtræ irritæ ſunt, aut inualidæ. Neque e[ni]m obſurdeſcunt aures tam munifici patris, ad illo[ru]m precationes, quibus redimendis filium ſuum v[ni]genitum impendit.

Baptiſmus quid efficiat.

1. Ioan 1.
Iacob. 1.

Oratio per Chriſtum efficax.

Poſt Deum, in proximum proferenda caritas.

CAP. VI.

CVm autem in Deum, cui nihil non debemus, & in quem omnes humanæ vires, quæ in mente, [co]rde, anima, ſpiritibus conſiſtunt, effundi debent, [po]tiſſime proferenda caritas: tum vero in proximũ, [h]oc eſt, eiuſdem cum vnoquoque noſtrum naturæ [&] conditionis amor dirigendus non contractior [n]t remiſſior, quam quo quiſque noſtrum ſeipſum [co]mplectitur, ſic vt omnes illi non grauate operam [ſu]am præſtent, & ſi quando res poſcat, ac ſe offerat

Deut. 6.
Leuit. 7.
Marc. 12.
Luc. 10.
Caritas erga Deum.

Amor erga proximum. occasio (quam etiam captare par est) subueniant egestati atque adsistant consilio ac opibus. Hic enim est potissimus fidei fructus, ac syncera minimeq; fucata Christianæ professionis testificatio.

Quanta esse debeat erga parentes liberorum pietas.

CAP. VII.

Cæterum cum omnia Deo, plurimum patriæ & amicis, tum vero non parum multa parẽtibus debemus. Quis autem cultus & veneratio iis præstari debeat, nihil necesse est operosius præscribere; cum cuique natura sit insitus amor & propensio erga suos etiam ethnicis, teste Christo, sic vt is affectus (etiamsi præstetur officium) non laudem promereatur, sed crimen effugiat. Hoc tamen ab ineunte ætate sedulo cuique inculcandum, vt parentes, quorum opera ac ministerio vitæ primordia lucisque huius auspicia est consecutus intime impenseq; diligat, ac summo amore prosequatur sic vt illis in omnibus quæ dictat ratio atque exigit æquitas, morem gerat atq. obsequatur, quemadmodum Christus subditus legitur Mariæ matri & Iosepho. Est enim Deo grata pietas, & obsequium cultusq. parentibus exhibitus, quod etiam studiose præscriptum est cum in veteri, tum nouo testamento. Scitum est illud Pittaci Philosophi. Qualia stipendia parentibus intuleris, eadem à filiis exspectato. Quo spectat illud Christi latius se proferens, Qua mensura metimini, eadem metientur vobis alii. Ex huius enim rei errore ac negligentia plerumque euenit, vt parentes experiantur suos liberos contumaces atq. immorigeros, minusque obsequentes, sic vt proles iam adultæ progenitorũ monita respuant, atque aspernentur, idq; merito ac iusta nonnunquam rationis vindicta, quod se parum commodos præbuerunt suis maioribus, atq. in illos fuerunt contumeliosi.

Matth.5. — *Proles parentibus afficiuntur.* — *Prouerb.28.* — *Luc.2.* — *Exod.20.* — *Deut.5.* — *Matth.15.* — *Ephes.5.* — *Matth.7.* — *Marc.4.*

Qualem

Qualem se quemq; praeceptori exhibere conueniat.

CAP. VIII.

PRæceptoribus qui te instituũt, ac mentem doctri- *Præceptori ho-*
næ studiis expoliunt, non minorem quam paren- *nor deferendus.*
us honorem exhibeto. Sic Iuuenalis maiores lau-
t, illorumq; Manes fausta boniq; ominis precatio-
prosequitur, quod singulari fauore & beneuolen-
præceptores æque ac parentes essent complexi:

---- *Dent*, inquit,

Dii maiorum umbris tenuem & sine pondere terram, *Satyr. 7.*
Spirantesq́; crocos, & in urna perpetuum ver,
Qui praeceptorem sancti voluere parentis
Esse loco:

Fabius commonefacit discipulos, vt præceptores *Lib. 2. c. 10.*
n minus quam ipsa studia ament, & parentes esse
n quidem corporum, sed mentium credant. Paria
im sunt, atq; eiusdem propemodum naturæ, na-
& institui. Alterum siquidem corpus procreat, al-
ũ mentem informat. Quod si progenitores huma- *Institutio men-*
atis studijs imbuti, instituendis formandisque suis *tem exornat.*
eris operam impendunt, vel si ijs adminiculis de-
uti, adhibito præceptore erudito ad consequen-
n sapientiam atq. eruditionem sunt adiumento,
hil illis conferri potest ad decus & ornamentum
tutis vberius. Hac enim instituendæ vitæ ratione
n solum exornatur mens præstantissimis virtuti-
s, integritate vitæ, morum probitate, continentia,
nsuetudine, placabilitate, modestia, humanitate,
titia, temperantia, comitate; sed etiam vltro acce-
nt ac deferuntur propemodum inuitis ac repu-
antibus opes, dignitates, honores, ad quæ illis eru-
io aditum patefacit.

*ibus potissime in humana societate honor exhibendus & re-
uerentia.*

CAP. IX.

Vm cuique pro sua dignitate atque ordine honor
deferri debeat, vt etiam Paulus præcipit, tum,

Rom. 13. præcipue senectuti prouectæque ac canescenti ætati
quo omnes properant, hoc officium præstari par est
Leuit. 19. Sic ex Dei iustituto Moyses. Coram cano capite as-
Senes honorandi. surge & honora personam senis. Obseruari hoc etiam
Lycurgos Lacedæmoniorũ legislator statuit, qui ma-
ximum honorem non diuitum & potentum, sed pro
gradu ætatis senum esse voluit. Nec sane vsquam ter-
rarum senectus honoratior. In hunc ordinem refe-
Quibus honor deferendus. rendus Magistratus ac Consularis Prætoriaque digni-
tas, cuius prudentia atque auctoritate Reipubl. inco-
Rom 13. lumitas subsistit, omniaque perficiuntur tranquilla
Magistratus honorandus. ac pacata. His accedunt quotquot sunt spectatæ pro-
bitatis, ac maturæ ætatis viri, vel proceres ex illustri
familia oriundi aut etiam literarum studiis exculti,
ac doctrinæ ornamentis perpoliti.

Ministri Ecclesiæ honorandi. Illis vero qui Ecclesiæ ministerio ac sacris functio-
nibus insistunt, formandisque mentibus ac corrigen-
dis deprauatis hominum moribus singularem ope-
ram impendunt, primas potioresque partes in hoc
negotio, atque officii huius obseruatione defero. Sic
1. Tim. 5. Paulus Presbyteros; hoc est, qui grauitate morum,
senili prudentia, vitæ integritate prælucent gregi, ac
salubri doctrina, puroque ac syncero Euangelici ser-
Rom. 12. 13. monis pabulo famelicam turbam pascunt, duplici
Philip. 2. honore dignos pronuntiat, omniaque vberius ac cu-
mulatius in illos conferenda, non solum pro ætatis
ratione reuerentiam, sed ea subsidia etiam, quibus
frugaliter ali possint, ac rem domesticam necessaria
supellectile habere instructam.

Quid præstet homini institutio, & qualis ea esse debeat.

CAP X.

Institutio quid homini præstet. MAgni refert, qua quis ratione instituatur, quo-
circa cum primum ætas disciplinarũ est capax,
atque ad studia literarum apposita, mature liberali-
bus

...us atq; ingenuis artibus imbuatur. Iis enim potissi-
...um natura hominis ad probitatem fingitur, atque
...manitatis cultu perpolitur. Auspicatissimum autē
...stitutionis initium ab informandis moribus sumi-
...r. Quamobrem adolescens studiis destinatus, pri-
...um mores componat, deinde eloquentiam ac di-
...ndi peritiam addiscat, quæ male (vt Plinius ait) *In Epist.*
...sq; moribus concipitur. Potior est enim ratio ho-
...ste viuendi quam polite ac diserte loquendi: ipsaq;
...tæ integritas, quam eloquendi peritia, optabilior:
...anquam hæc coniuncta atque indiscreta esse con-
...niat, deniq; alterum alteri adminiculari. Pari mo-
... de verborum rerumq; delectu ac iudicio ratioci- *Paranda rerū*
...dum, tametsi enim rerum, quam verborū cognitio *& verborum*
...tatior, res tamen dilucidis aptisq; verbis explican- *notitia.*
... Quin ipsa vitæ præcepta, quæ animo cultum ad-
...unt, mentemq; informant pietati, licet per se ho-
...sta sint ac salutaria, plus tamen (vt Lactantio & *Lib. 1. cap. 1.*
...bio visum est) ponderis ac momenti obtinent ad *Lib. 1. cap. 3.*
...rsuasionem, quoties pulcritudinem rerum, clari-
... orationis illuminat: Efficacius enim in animos
...minum influunt, quæ vi sua instructa sunt & di-
...ndi artificio illustrata. Et quanquam non minus
...xie verbis inhærendum (vt scioli quidam factitant
...rum cognitione destituti) præstat tamen eloquen-
...m dicendique ornatum prudentiæ coniungere: ne
...rba obsoleta, barbara, inepta, exotica in loquendi *Vitanda bar-*
...m irrepant, quibus obscuratur potius, quam ni- *baries.*
...scit quamlibet sententiosa oratio. Quod si verbis
...ntis ac nitidis sapientia desit, nec vlla subest sen-
...ntiarum grauitas, laudari potius meretur indiserta
...udentia, quam futilis ac stulta loquacitas. Est autē,
...cerone teste, eloquentiæ, vt ceterarum rerum fun- *Lib. 3. de Orat.*
...mentum, sapientia. Scite illud Horatius, quod in
...ni professione cuique imitandum,
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ, *In Arte Poët.*

Aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ.
Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectandi pariterq; monendo.

Sacra vero Scriptura sancti Spiritus afflatu prodita nullis humanis præsidiis indiget. Ea siquidem non eloquentia, non verborum ornatu mentes afficit, sed arcana quadam ac diuina vi animos hominum allicit, ac transformat. Quod ipsum cum testatum esse vellet Corinthijs Paulus Apostolus, cum inquit: Primum vos adirem, atq; oracula Dei vobis patefacerem, nullo orationis apparatu, aut sapientiæ eminentia vsus sum, nec sermo ac prædicatio mea fuit in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, sed diuina potentique demonstratione, vt fides vestra non consistat in sapientia hominum, sed Dei potentia. Quibus verbis non reijcit verborũ ac sententiarum grauitatem, qua affatim instructus erat, nec sibi adimit persuadendi vim & efficaciam qua adhibitis firmis rationibus, atq; appositis verbis hominũ animos ad veritatis cognitionem pertraxit, sed commonstrare voluit professores Euangelicos non eloquentiæ viribus fidere, aut verborum lenocinijs conciliare sibi animos hominum, sed spiritu & virtute Dei. Itaque loquitur Paulus sapientiam inter perfectos, sapientiam quidẽ non seculi huius, neque principum seculi huius, hoc est: Oratorum qui abolentur, & quorum euanescunt orationum fumi, sed loquitur sapientiam Dei in mysterio reconditam, quæ efficacius afficit mentes hominum, atq; acriores infigit aculeos, quam vlla humana doctrina accurratissimis verbis culta atque expolita. Viuus est enim sermo Dei & efficax, vt is ait, & penetrantior quouis gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagumque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionis cordis. Sic Deus apud Hieremiam: Nuncquid non sunt verba mea quasi ignis, & quasi mal-

1. Cor. 2. — *Pauli mens explicatur.* — *Sacra Scriptura non ieiuna.* — *Heb. 4.* — *Sermo Dei ignitus.* — *Cap. 23.*

halleus conterens petras. Agnouit id ipsum Dauid, qui vim & flammas verbi Dei in animo est expertus: ignitum eloquium tuum vehementer: & Salomon: omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Quocirca non censeri debet ignorantibus otiosa & insipida doctrina Christiana, quæ tam cælesti ac salutari virtute mentes hominum imbuit. Psal. 118. Prouerb. 30.

on autem fuisse disciplinarum rudes sacros vates, d rerum ac verborũ cognitione exacte instructos, l illud argumento est, quod passim in Bibliis exent, tot insignes parabolæ, tropi, metaphoræ, colciones, locutiones figuratæ, similitudines ex aniantibus atque herbis, totaq; natura rerum, quæ lalime patet, desumtæ, quibus prophetarũ concios nitescunt atq; illustrantur sic, vt nihil tale obuiũ in humanis disciplinis, nec vsquam se offerat tanverborum ac sententiarum maiestas, quæ mentes manas possit afficere, atq; ad amplectendum tam utaria dogmata incitare. *Prophetæ rerũ cognitione imbuti.* *Prophetæ eloquentes.*

nde morum integritas, atque optima vitæ præcepta petenda.

CAP. XI.

MOrum integritatem ac salutarem instituendæ vitæ rationẽ ex decretis Christi, cui sumus initi, ac nomen dedimus, fidissime percipies, cuius ctrina eo efficacius mentem hominis afficit atque nsformat, quod diuini spiritus afflatu prodita nil mundanæ fæcis admixtum habeat, nihil anilis perstitionis, quæ est vmbra quædam & fucatæ relionis species, redoleat, & quod omnium maxime salutare, ad idololatria, h. e. adulterino & pernioso cultu, qui alteri quam Deo attribuitur remotissima. Quocirca cuicunque vitæ generi, ac viuendi stituto te addicas, quodcunque studiorum genus ripias, in quo meditaris consenescere; in Dei ver- eiusque placiti, te exerceas, atque ab ineunte æte salutarem eius doctrinam amplectere. Animus *A Christo institutionis initia sumenda.* *Ætas teneræ optimis assuescat.*

enim humanus ab ipsa infantia verbo Dei imbutu
eiusque præsidio velut sepimento vallatus, adue
sus omnes cupiditates ac vitiorum monstra alacrite
infractisq; viribus subsistit ac se tuetur. Hinc salu
Thren. 5. briter Hieremias, Bonum est homini, si assumser
iugũ Domini ab adolescentia sua. Adolescens enim
Prouerb. 22. Salomone teste quam viam est ingressus eam in a
Cypriani sententia. tate senili non deleret. Cui illud Cypriani affine: ne
repente nec perniciter excutitur, quod diu vsurpa
tum senio vetustatis inoleuit. Quibus enim à prim
infantia quisq; insueuit, ea ingrauescentibus ann
non facile excutere poterit. Hinc ex inueterata con
suetudine tot passim senes temulenti, salaces, libi
Iob. 20. dinosi, ita vt iuxta Iobi sententiam: Ossa illorum
Iob sententia explicata. impleantur vitiis adolescentiæ suæ, hoc est, præte
decorum atque ætatis rationem, lasciuiant ac libidi
nentur, sic vt ab inolitis vitiis nequeant desuescer
aut extricari. Sunt quidem nonnulli, qui vbi adole
scentia deferbuit, atque ardor iuuenilis restinctu
est, à vitiis quibus ea ætas obnoxia esse solet, resiliãt
atque ad frugem moresque inculpatos se conferant
Sic Cicero in oratione pro Cælio, Multi & nostra &
patrum memoria summi ac clarissimi viri fuerunt
ac quorum quum adolescẽtiæ deferbuissent cupidi
tates, eximiæ virtutes, confirmata iam ætate, exsti
terunt. Verum vt id nonnullis euenisse constat, qu
vel anteactæ vitæ tædio, vel afflatu diuino, aut de
nique exhortatione ac monitis amicorum, ad sanio
rem mentem reuocati sunt: multi tamen opinione
celerius sublati, emendatioris vitæ proposito sun
frustrati, sic vt illis damnosa fuerit procrastinatio
ipsaque occasio resipiscentiæ elapsa sit, priusquam
detestatis vitiis salutare vitæ institutum potue-
Maturè à vitiis resiliendum. runt amplecti. Quamobrem præstat, remota omni
cunctatione, excolendæ vitæ laborem impendere,
atque à teneris, optimis assuescere potius, quam
in lon-

...n longum differre melioris vitæ occasionē. Inculcat ...ipsum pluribus locis Paulus Apostolus, atq; in hu...us æui decursu prouide, & circumspectè ambulan...um consuluit, non vt insipientes, sed prudentes re...imentes tempus, quoniā dies mali sunt. Quibus ver...is cōmonefacit singulos, ne in hoc vitæ stadio sinant ...abi oportunitatem consequendæ salutis, sed sin...ulis momentis oblatam arripiant, eamq; redimant ...mniū rerum dispendio, ne oscitantes atq; incautos ...ræter exspectationem opprimi contingat. Christus ...uoq; passim socordes ac somniculosos ad excubias ... vigilantiā excitat, illosq; multis exēplis hortatur, ... saluti suæ inuigilent, velut strenui atque exercitati ...ilites, q in statiuo præsidio collocati, semper in p... ...nctu stant, nec vnquā remittunt custodiā aut excu...ndi industriā, ne quis inopinato in castra erumpat. ...itur hac Metaphora Abacuc: Super custodiam vel ...eculam meam stabo, & figam gradum super muni...nem, & contemplabor quid dicat mihi. Assumit ...i personam excubitoris, qui tacite obseruat hostiū ...ultum, atq; insidias, tota mente & cogitatione in ...eum defixus, cuius fiducia se hosti opponit, illique ...tū præcludit. Adducit autē Seruator appositissi...s similitudines, quibus quemq; nostrū officii sui ...monefacit à castrensi vigilia & excubiis à fure atq; ...pressore nocturno, à parientis repentino subitoq; ...ore, à sponso qui progreditur ad exornandas nu...as, ab heri & patrisfam. latenti tacitoq; aduentu, ...ingruente calamitate & bello, ab imminente fa... ac vastitate, à ficu protuberante ac proferente ...ssos suos, à mortis & iudicii die, tum plerisque a..., quibus nobis aures vellicat; atque ad obseruan...n salutem nostram attentos reddit. Exhibitum ...adolescentibus in ipso statim ætatis progressu sa...are instituendæ vitæ exemplum à Christo, qui ...ficiebat ætate & sapientia coram Deo & homi-

Ephes. 5.
Coloss. 4.
Pauli locus explicatur.
Gal. 6.
Matth. 13.
Luc. 12.
Christus ad excubias excitat.
Cap 2.
Abacuc locus explicatur.
Simile à castrensi vigilia.
Luc. 12.
Matth. 24.
1. Thess. 5.
2. Pet. 3.
Luc. 12.
Matth 25.
Marc. 2.

Luc. 2.
Adolescentia Christi laudata.

nibus, apud quos illum gratiosum ac fauorabilem reddidit modestia, ac morum integritas, quem in p mis imitari par est, illiusque exemplo ciuibus ac p pularibus studium operamq; suam approbare. Qu autem natus annos duodecim apud viros corda indolis suæ speciem exhibuit Iesus, multaq; opp tune atque apposite sit loquutus, interrogatus p cide ac modeste responderit, circa iactantiæ aut stus vllam speciem, quæ vitia præcocis ac confiden ingenii puberibus inesse solent. Magnam huic rationem subesse interpretor, vt scilicet iuuenili tas, sumto à Iesu exemplo, primo quoque temp indolis suæ aliquod argumentum proferat, ac parentibus, vel ciuibus nonnullam virtutis inco spem præbeat.

Christus scopus & vitæ exemplar.

Quum autem opus sit ductore aliquo, qui velut dice viam commõstret, qua progredi possit, atq; op ma vitæ exempla consectari, obiter commonstra quas artes amplecti conueniat, quibus autoribu addicere, quo solidam eruditionem assequaris, at ad summa, vel illis proxima prouehi possis.

Qui autores ad expoliendam linguam mentemq; exornand vsui, & quæ artes potissimum amplectendæ.

CAP. XII.

Optimi quique imitandi.

AVtorum eum delectum habeto, vt probatissim tibi legendos atque imitandos proponas. Insi entis est enim, in imitatione atq; æmulandi stu non optima quæque sectari. Edocuit nos id in nat rerum ipsa satio, in qua lectissimum triticum m dari terræ ac sulcis committi solet: ipsaque sole excogitata insitio vel inserendi industria, in qua s culos maxime generosos ac feraces in alienam ar rem inserimus, quod etiam obseruari solet in primenda pictura, Musica, poësi, arteque Orato in quibus æmulator curiosus exactissima quæq

Simile ab insitione arborum.

atq

...que ad vnguem facta imitari nititur. Hoc ipsum ...ulus Apostolus obseruari vult in iis, quæ ad pieta...m ac dona spiritus spectant; vt ad ea adspirent at...ue enitantur, quæ inter hæc sunt potiora ac præci...a. Quisquis enim tali ratione vel studium vel vitæ ...rsum instituit, nunquam illum insumtæ operæ vel ...pensi laboris pœnituerit, quod iis vero vsu venire ...let, qui superstitiosum vitæ genus amplexi sunt, ...t quibus sermo incomtus, nec doctis vsitata lo...utio magno tædio dediscenda. Quo mihi merito ...udanda videtur studiorum alumna & nutrix Italia, ...ctaq. Græcia, quarum institutum Gallia ac Belgica ...itari non desinit. quod ætati teneræ optima quæq; ...oponat. Hac enim ratione efficitur; vt adolescen...s puritate verborum, ac sermonis elegantia imbuti, ...rum cognitionem mature consequantur.

1. Cor 12.

Pauli exemplo ad summa enitendum.

Italiæ & Græciæ laus.

De ethnicis scriptoribus censura.

CAP. XIII.

QVanquam non desint parũ æqui rerum æstimatores, qui auctores profanos (vt minus apposite ...minant) exegitent atque explodant, nec vlla ab ...peti velint exempla vel expoliendæ linguæ, vel ...æ instituendæ, non tamen illos despiciendos iu...co: sunt enim Poëtæ, Oratores, Comici, Tragici, ...storici, studiosæ iuuentuti ad rerum verborumque ...titiam, ad artes liberales, atque ingenuas, ad soli...s disciplinas adiumento, atque ad eas expeditum ...ilemq. aditum patefaciunt.

Quæ linguam expoliunt, amplectenda.

...Merito autem magnaque ratione hæc studia, hu...anitatis ac politioris literaturæ elogio insignita ...nt, quod teneram ac pubescentem ætatem comi...e ac mansuetudine, moribusq. placidis imbuant. ...iis etiam prouectiores maturæq. ætatis viri con...iunt honesta oblectamenta, vitæq. tædia quæ fere ...gotiosos inuoluunt, discutiunt. Quæ res effecit,

Politiores literæ quid præstent.

vt præter alios scriptores orthodoxos, Diuus Basiliu cognomento Magnus: nepotes suos ad Oratorum a Poëtarum lectionem sedulo inuitarit.

Poëtæ officium, & quid studiosæ iuuentuti, atque etiam adu tis conferat. CAP. XIV.

Poëta institutum.

QVam sit exactus linguæ & morũ institutor Poët Oratori finitimus (quo nomine designatur ar tium liberalium vtrıque instituendę præceptor) Ho ratius eleganti carmine commonstrat:

Lib. 2. Epist. ad Augustum.

Os tenerum pueri balbumq́, poëta figurat,
Torquet ab obscænis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis & inuidiæ corrector, & iræ,
Recte facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis inopem solatur & ægrum.

Poëta exactus morum institutor.

Tum alia quædã præcepta salutaria inculcat, tenells ætati non seuere, non minaciter, non imperiose, ne ab instituto resiliant, sed blande, placide, suauiter, ea que moderatione atq; artificio tractat, quo stabulari ac domitores generosos equos palpo & popismate assuefaciunt subsilire, atque artifici pedum agilitate,

Georg. lib. 3.

Insultare solo, ac gressum glomerare superbum.

Nec solũ ista studiorũ oblectamenta adolescentibus spiritus animiq; vigorẽ excitant, sed etiã prouectio ribus vsui sunt, si quãdo ab asperitate forensi, ac gra uioribus seriisq; rebus respirare liceat. Antiquissimũ autẽ fuisse poëtarũ genus ac priscis seculis laudatum, præter Theophrastum, Cicero & Fabius testantur: Nã illos constat incultos ac vagos, agrestesque homines ferarum ritu palantes in ciuilem vitæ societatem cõ traxisse, quod venusto carmine expressit Horatius:

Poësis artium antiquissima.
Lib. 10. cap. 1.
In art. Poët.
elogium.

Syluestres homines sacer interpresq́, Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq́, leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda

Ducere quo vellet. Fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.
Hic honor & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit.

De Hiſtoriarum vſu & vtilitate. CAP. XV.

QVum hiſtoria, hoc eſt, rerum geſtarum fida narratio nō minus habeat vtilitatis, quam oblecta-[m]enti, ac præter amœnitatem lectionis, vberrimum [pru]dentiæ fructum adferat: par eſt vt in hac ſe quiſ-[qu]e ſtudioſe exerceat. Quem autem vſum fructum-[qu]e habeat hiſtoria, Titus Liuius ſic obiter indicat: [Ho]c illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalutare [&] frugiferum. Omnis te exempli documenta, tanq̃ [i]lluſtri poſita monumento intueri, inde tibi tuæq; [reip]. quid imitere capias, inde fœdum inceptu, fœ-[du]m exitu quod vites. Sic cum quidam à Zenone ſci-[ſci]taretur, qua quis ratione felix effici poſſit: ſi, in-[qui]t, in ſuperiorem ætatem intendat oculos, hoc eſt, [m]aiorum res geſtas, ſi veterum monumēta intuea-[tur]. Eſt enim hiſtoria, Cicerone teſte, lux veritatis, [te]mporum cuſtos, vita & ſtabilimentum memoriæ, [ma]giſtra vitæ, nuntia vetuſtatis, in qua omnia deſcri[bu]ntur ornate & copioſe, ſummaq; vt par eſt, fide ac [ver]aci rerum geſtarum narratione. Aperiunt autem [ſac]ra Biblia ampliſſimum hiſtoriarum campum, ac [ſaluber]rimas rerum geſtarum narrationes exhibent, in [q]uibus ſalutaria documenta atque ad vitam inſtitu-[e]ndam idonea exempla deſumi poſſunt, quorū ple-[ri]que ſtupenda Dei iudicia oculis mentique obiici-[un]t, & quemque noſtrum commonefaciunt, quam [ſit] deteſtabilis Deo idololatria ac diuini verbi con-[tem]ptus, nullaque affici erga ipſum reuerentia, atque [al]iunde conquirere ſalutis præſidia.

Vſus hiſtoriæ.

Ex Liuio hiſtoriæ commendatio.

De Oratore.

Ciceronis de hiſtoria iudiciū.

Biblia ſalutares hiſtorias exhibent.

De Comœdia. CAP. XVI.

Comœdiæ vsus. Historiæ affinis est comœdia humanæ vitæ speculum, in quo quisque mores affectusque suos atq; expressam quotidianæ vitæ imaginem sub alterius persona perspicit ac contemplatur, suaque vitia aut virtutes obseruat, iucundo genere, vt Cicero ait, eleganti, vrbano, ingenioso, faceto, quo exercitii genere omnes fere nationes in suo quæque idiomate vtuntur, magna nonnunquam licentia ac dicendi libertate, sic vt iuxta Horatium, libertas in vitium excidat, *Comicorum licentia.* quod in sectandis vitiis plerumque sint acerbiores: neque enim populares tantum atque infimæ sortis homines notant, sed in frequentissimo ciuitatis theatro optimates ac viros primarios exagitant, rhythmisque asperioribus perstringunt. Qui si citra vllam *Comœdiæ moderatio adhibenda.* contumeliam atque infamiæ labem, minusque seditiosis versibus tale quiddam moliantur, atque in illos tantum, qui id sunt promeriti, linguas exacuant, tolerari posse videbitur, quo morbidi illi contacto hulcere resipiscant, suique officii rationem habere meminerint. Belgæ hanc Comicam licentiam *Batamenten* vocant, vt Rhythmicos concentus & modulationes, quibus fabulam suam peragunt, *Rym est Dichten.*

Quædam didicisse oportuit. Hæc autem oblectamenta atq; ingeniorum amœnitates tempestiue primisque annis didicisse oportet, prouectioribus non addiscere, nam floridæ ætati congruunt ista studia, quibus tamen maturior ætas vbi superioribus annis ea degustarit, aliquando se oblectare ac reficere poterit.

Nulla ætas ad discendum sera. Salutaria vero quæque ad virtutem ac probitatem profutura sunt, non pudeat adulta, imo ne deuexa quidem atq; inclinata ætate discere: ad ea enim consequenda nullum tempus vel serum, vel intempestiuum est, vt nec resiliendi à vitiis.

De

De eloquendi dicendiq; peritia, quæ nulli non, cuiuscunque sit idiomatis, vsui est & necessaria.

CAP. XVII.

Hetorica siue ars Oratoria, cuius munus est apte, distincte, ornateque dicere, ac lectissimis verbis, uibusque sententiis auditorum animos allicere que inflammare, illis præcipue vtilis & necessaria ,qui concionandi munus obeunt, qui rempub. ad nistrant, ac Magistratus funguntur officio, aut in nsulari dignitate, vel Prætorio ordine constituti nt, qui in militari discordia ac castrensi fremitu, tu ultuq; populari ac seditione ciuili versantur, quo m interest atq; autoritas exposcit, inconditæ mul udinis animos, furore accensos, regere consiliis, ac iestate verborum mitigare. Neque enim semper nis, terrore, vi, sæuitia, ferro, suppliciis coercendi bditi (nisi res cruenta remedia exposcat sedandæ litionis) sed placidis verbis, oratione medicata, ltuque ad grauitatem ac constantiam composito, improbis conatibus ad officium reuocādi. Eadem udentia ac dexteritate vti decet patremfamilias ga domesticos, & præceptores erga tumultuosi in nii discipulos.

Eloquentia quibus vsui.

Eloquentia seditiones sopiuntur.

Ad quas disciplinas nobis aditum patefaciant humanitatis studia. CAP. XVIII.

Onferunt autem humanitatis studia seu libera les disciplinæ non solum ad expoliendam lin am verborum lenociniis atq; orationis illecebris, ad artes vitæ vtiles & necessarias, Physicam, Me inam, Iurisprudentiam, & in qua præcipue con iescit, & solatia concipit humanus animus, Phi ophiam, non equidem humanam, sed cœle m, qua Christo duce, Dei cognitionem, amorem, uciam concipimus. Omnes enim artes, in quibus exercet humana industria, huc referri debent, que in hunc scopum dirigi. Non sunt hanc con-

Literæ politiores, studia exornant.

Christi Philosophia.

sequuti mundanæ sapientiæ professores, qui à veritate deuii, falsa pro veris, inania pro solidis, fucata pro synceris, dubia pro certis, pro salutaribus noxia hominum mentibus ingerunt: quod afflatu diuino sint destituti.

Tres disciplinæ potißime vtiles.

Cum autem inter cæteras, tres potissime sint disciplinæ, quæ non solum professoribus decus & emolumentum adferunt (tametsi id non magnopere spectari debet) sed etiam popularibus vsui sunt, atque ad vitam commode transigendam adiumento: quam amplecti velis, & cui natura sis appositus, mature deliberandum. Theologia, hoc est, diuinarum rerum scientia afflatu Spiritus sancti prodita, mentem informat pietati, & qua ratione Deus coli debeat, ac quisque salutem consequi, demonstrat, quæ (modo pure tradatur) tanto post se interuallo reliquas artes relinquit, quando sunt diuina humanis, solida caducis potiora. Huius scientiæ ea pars omnibus ad salutem consequendam est necessaria, quæ mentem fide imbuit operibus caritatis exornata, vt alias fusius sumus testati. Per hanc enim, Christo duce accessum aditumque habemus in vno Spiritu ad Patrem. Medicina præscripta frugalitate ac victus temperantia, rerumq; salubrium vsu valetudini prospicit ac morbis medetur. Hæc, Plutarcho teste, sic est de numero artium liberalium, vt politiæ splendore, iucunditate nulla sit inferior, Mercedem autem vberrimam confert sui studiosis, nempe præter rei familiaris amplificationem, corporis salubritatem, omnium rerum possessione præstantiorem.

Theologiæ vsus.

Quæ pars Theologiæ omnibus vtilis.

Medicinæ vsus.

De tuend. valetud.

Amæna herbarum contemplatio.

Quid autem cum oblectamenti, tum vtilitatis adferat herbarum contemplatio, earumque virium cognitio, quid ex dissectione corporis humani, membrorum omniumque partium obseruatio, non facile cuiquam persuadere potest, nisi vsu & exercitatione

id

ſit expertus. Iuris ciuilis prudentia ſummo ſem- *Iuriſpruden-*
r in honore extitit, cuius munus eſt regere conſi- *tiæ vtilitas.*
s vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis,

Conſulere in medium, ac rebus ſuccurrere feßis,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

nem ordinem ſi quis contemnendum putat, is, vt
Cicero, reuellit non ſolum vincula iudiciorum, *Pro Cælio.*
l etiam vtilitatis vitæque communis. Huius præ-
lio fulciri Rempubl. conſpicimus, omniaque inter *Iuriſprudentia*
nes & populares tranquilla præſtari & pacata, id- *Ciceroni lau-*
ue ſacratiſſimarum legum auctoritate, qua princeps *data.*
magiſtratus iuſtitiam exercet, acceptaque à Deo
teſtate (vt Paulus teſtatur) maleficos ac facinoro- *Ius ciuile Chri-*
s ſupplicio afficit, bonos tuetur. Quocirca vult *ſto & Paulo*
eus ſingularem honorem & obedientiam præſtari *probatum.*
egibus, & qui Rempubl. adminiſtrant, modo æqua *Rom. 18.*
æcipiant, nec à verbo Dei aliena.

Certo fixoque diſciplinæ generi inhærendum.

CAP. XIX.

CVm nonnullis ita allubeſcant amœniora ſtudia, *Certo diſciplinæ*
vt in iis conſeneſcant atque immoriantur, nec *generi inhæren-*
l ſolidas diſciplinas ſe conferant, conſultum arbi- *dum.*
or, vt qui frugem eruditionis percipere exoptat,
ec oleum operamque perdidiſſe, id diſciplinæ ge-
us adſciſcat, ad quod natura maxime ſit idoneus,
e inuita Minerua, hoc eſt repugnante natura, ac ſi- *Inuita Miner-*
ſtro Genio aliquid aggreſſus videatur: deinde eius *ua nihil.*
tis ſtudio cui ſe addixit, ſedulo incumbat, toto-
ue impetu, ac ſumma contentione ad metam pro-
eret, quo decurſo ſtudiorum ſpatio plenam per-
ectamque eruditionem (modo id obtineri queat)

assequatur. Cætera vero studiorum oblectamenta per interualla, ac succisiuis horis, veluti à labore respirans degustet, ea tamen lege, vt ad solidum munus pensumque diurnum se conferat, atque animus ad intermissa studia reuocetur.

Indefesse studiis insistendū.

Quæ studia & occupationes operosæ ac minus frugiferæ, quæ noxia & perniciosa.

CAP. XX.

Infrugifera studia reiicienda.

Cauendum autem, quod in nonnullis disciplinis quidam factitant, ne magnum studium multamque operam in res obscuras ac difficiles, easque non necessarias conferas, sed in rebus honestis ac cognitione dignis multum operæ curęque te ponere iure laudauerim. Occupantur enim nonnulli quibusdam studiis, omnemque suam industriam in iis collocant, quæ multum habent tædii, multumque anxietatis ac molestiæ, minimum vero laboris impensi fructum. Vt sunt curiosæ nimis obseruationes & astrorum iudicia, ex Chaldaica vanitate petita, quibus freti professores temerarii indubitanter pronunciant, quid cuique euenturum sit, quo fato natus, quis illi futurus rerum euentus, quem quisque habiturus successum, nunquam adhibita in consilium Dei prouidentia, cuius arbitrio mundū hunc vniuersum constat administrari: quorum temeritatem ac fortuitas prædictiones exagitat Esaias, atq; illos irridet, qui ab iis responsa petunt, atq; ab huiusmodi impostoribus oracula sciscitantur. Sic enim illis insultat. Stent & saluent te aruspices cœli, qui contemplabantur sidera & supputabant menses, vt ex iis annuntiarent ventura tibi. Similiter Hieremias: Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes; quoniam leges populorum vanæ sunt: hoc est, apodixes seu demonstrationes eorum falla-

Astrologia quatenus exercenda.

Cap, 47. 44.

Cap. 10.

Astrologia vanitas improbata Prophetis.

ce-

Astrologia non prorsus explodenda.

Artes quæ damnosæ.

...es sunt & futiles. Quibus verbis sacri vates nõ prorsus damnant aut explodunt astrologiam, quæ suum habet vsum & vtilitatem, sed huiusmodi professoribus insultant. qui diuinationum fucis atque imposturis imperitæ plebi imponunt, ac credulæ turbæ animos offendunt, inani rerum exspectatione. His affines sunt vanitates Chiromanticæ, quæ inspectis manuum lineamentis mira nugantur: fumi atq; imposturæ Alcumisticæ, quibus nugatores persuadent se vertere rerum species atq. argentum, & ænea quæque in aurum demutare: quibus accedunt artes deteriores Necromantia, qua mortuorum corpora e sepulchris exciri solent, atq; ab iis responsa peti, Phythonissam factitasse legimus, quæ vt Sauli gratificaretur, Samuelem ementita fictaque specie spectandum exhibuit. 1. Reg. 28.

Huic affines sunt Hydromãtia & Pyromantia, quæ per aquam & ignem perficitur: multæq; aliæ præstigiæ Dæmonum, atq; incãtationes magicæ, Ariolatio, Aruspicina, Augurium, Auspicium, hoc est, Diuinationes, & quæ ex inspectatione extorum auiumque cantu ac garritu sumuntur præsagia.

Incantatio damnosa.

Inter hæc maleficia ac veneficas artes refero, quibus etiam in Belgica nonnullæ Stryges ac Sagæ vicinorum armentis atque ouillo pecori detrimenta damnaque inferunt, atque illis Dæmonum ministerio lac ac butyrum depeculantur, messesq; & vineta depopulantur, ac conterunt, quin & maribus virile robur eripiunt, ac velut emasculatos ad congressum Genialem reddunt impotentes atq. inualidos, quod mihi aliquando questi sunt viri robusti ac lacertosi, qui se deplorabant in eunuchos ac spadones degenerasse magno suo pudore, vxorumque damno, quibus ego medelam atque amuleta, adferre studui, admotis herbis, quæ ad tales præstigias, Dei munere efficaces sunt & præsentaneæ.

Huiusmodi autem fascinationibus fatigare ingenium, non solum superuacaneum & inutile, sed etiam exitiale & damnosum; nam legibus diuinis & humanis morte plectuntur, atque ad palum alligari ignitis facibus exuruntur, qui maleficas vllas artes Cacodæmonum opera exercent. Qua autem ratione incantamenta abigenda, expugnandaque sint in calce libri indicabimus, vbi de Maiestate nominis IESV tractabitur, ne hic ordo atque orationis series interrumpatur.

Deut. 18.

Non minus animo mentique prospiciendum, quam corpori.

CAP. XXI.

Cultus animo & corpori impendendus.

CVm autem homo ex corpore & anima constet & conflatus sit, omni prouidentia vtriusque partis incolumitati inuigilandum. Anima potissima hominis pars est, corpus animæ domicilium. Illius imperio, huius seruitio ac ministerio magis vtimur. Vtriusque igitur non segniter habenda ratio: Si enim damus operam, ne ædes nostræ paludes sint & vliginosæ, ne tectum & culmina pluuiæ, ventisque exposita rimis fatiscant; ne denique vestes ac tegumenta situ obducta minusque ventilata tineis blattisque scateant: quanto magis corpori prospicere par est? cuius vitia animum quoque per consensum ac lege consortii afficiunt, atque vltro citroque commeant. Nam

Simile à rebus domesticis.

Horat.

---- corpus onustum
Externis vitiis animum quoque prægrauat vna,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Cui illud Sapientis affine: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, ac sensum deprimit multa cogitantem.

Corpori itaque aliquid tribuendum cuius fulturis

(vt Plinius ait) animus ipse sustentatur. Obserua-
id Paulus, qui Timotheo interdicta aqua mode- *1.Tim.5.*
um vini vsum præscripsit. quo fulciret stomachũ,
q, in Euangelii propagatione esset alacrior. Cor-
s enim inculpate constitutum, animo commodius
bseruit, nec menti in altissimarum rerum contem-
tione officit aut est oneri.

In primis autem menti prospicere illiq; cultum
ferre conuenit, quod nulla re efficitur melius,
am firma ac stabili in Deum fiducia, quæ in cer-
imam immortalitatis spem hominem erigit, at-
e animo metum mortisque formidinem eximit.
autem cibus corpori alimentum: ita Dei verbum *Animæ pabulum.*
bulum ac fomentum animo, quo vno concitur
mente pax & tranquillitas, qua nihil homini in
ius vitæ cursu optabilius aut expetendum magis.
uanto autem diuexentur angore ac mentis in- *Impii inquieti.*
ietudine impii, quam sæuam experiantur animi
nificinam, facinorosi etiam externus habitus cor-
ris indicat. Est enim nequitia vltrix sui sic, vt quam
nel occupauit mentem, nunquam securam esse
iatur, sed continenter perturbationibus exagi-
. Quod etiam Esaias eleganti similitudine ab æ- *Cap.56.*
, marinisque fluctibus desumta expressit: Impii
r tanquam mare exæstuat, & redundant fluctus
s in lutum & conculcationem, hoc est, mens il-
rum, qui sceleribus contaminati sunt & nequitiis
lluti, tumultuosa est, turbulenta inquieta. Cur ve-
vita suauis esse possit & iucunda, aut animus tran-
illus & placidus, qui corpus circumfert fœdissimis *Affectus vitiosi mentis officiunt.*
orbis inquinatum, & mentem obscœnis vndique
iis obsitam & deformatam? Quamobrem cum
gna malorum pars à vitiosis animi affectibus e-
rgat, omnibus modis iis abstinendum, ne quid in-
mmodi corpus ab iis concipiat. Pari cura & studio
da morbis vindicandum, ne à corpore in ani-

mum aliquid labis aut contagionis transferri contin-gat. Cum enim humores praui ac vitiosi, cerebrum ter-tros fumos inficiunt, ad multa mala mentem impel-lunt atque incitant.

Humores praui mentem obnubilant.

Qua ratione corpori subueniendum, vt inculpata valetu-ne subsistat.

CAP. XXII.

Vtilis frugalitas.

SAnitatem tuetur, ac morbos propulsat frugalitas ac victus temperantia, adhibita earum rerum mo-deratione, quæ ad stabiliendam valetudinem, vires-que firmandas sunt necessariæ.

Artis Medic. 85.

Res quæ valetudini conferunt.

Appellantur autem istæ Galeno, caussæ conserua-trices, quod habitum corporis conseruare sint ido-neæ, modo iis commode atque opportune vtamur. Recentiores, res non naturales vocant, non quod præter naturam exsistant. sed quoniam extra corpus constitutæ, nec nobis, vt humores, insitæ: vsu effectu-que naturam, eiusque facultates incommodo aliquo afficiant, si sinistre, parumque apte adhibeantur. Hu-iusmodi sunt circumfusus nobis aër, cibus & potus, somnus & vigilia, repletio, inanitio, affectus, motus-que animi, quorum quodque corpus humanum ad sui conseruationem ac tutelam exigit. Quoniam au-tem potissima sanitatis pars in salubri diæta con-stat, studiose obseruandum, quid in ea corpori vel prosit vel officiat.

Et quum non minus fœda sit, quam noxia ac per-niciosa valetudini ingluuies, tantum cibi & potionis sumendum, quantum naturæ necessitas exigit, vt que vires corporis alantur, non opprimantur.

Moderatio victus studiosis vtilis.

Est enim victus moderatio in omni studiorū, ma-gnarumque rerum occupatione, in perferendis elu-cubrandi laborib⁹, in obeundis muniis publicis vtilis cum primis & necessaria. Ea siquidem valetudinem

firma-

nam constituit, ea spiritus cum animales, tum vi-
es, qui cerebro & cordi adscripti sunt alacres red-
, atque erectos ita, vt quæ quisque mente concepe-
expedire, nullaque molestia perficiat, atque ex-
uatur. Luxu autem atque intemperantia vitæ
iri morbos, impediri studia, honestas omnes co-
ationes flaccescere, non progredi lucubrationes,
ascere mentis alacritatem, vigorem animi exstin-
, hominesque ignauos effici, inertes, socordes,
nniculosos, nec ad res vllas præclaras eniti quo-
iana exempla demonstrant. Quocirca qui studio
erarum se addixit, atque eruditionem affectat, ita
deretur rebus suis, ne quid pro cupiditatis ar-
rio fiat, sed appetitus rationi pareat, omniaque
vsum vitæ ac naturæ necessitatem referat. Exigit
Ipsum à suis professoribus Christus, eosque hu-
modi verbis ad temperantiam reuocat. Videte ne
ando grauentur corda vestra crapula & ebrietate,
que huius vitæ curis, subitusque vobis ingruat il-
dies, tanquam laqueus enim superueniet in o-
nes qui sedent super faciem totius terræ. Qua
ncione infigit hominum animis sobrietatem, at-
e excutit rerum terrenarum amorem, in eoque
gotio illos persistere vult ad extremum vsque vitæ
em, ne quid deterius illis obueniat. Scitum est il-
d Cornelii Celsi: Vbi ad cibum ventum est, nun-
am vtilis nimia satietas, sæpe inutilis nimia absti-
ntia, neque ex satietate fames, nec ex fame satie-
, & immodica ingurgitatio idonea. Quamobrem
consulte faciunt, qui post pridianas epulas ac sym-
sia, mensasque Geniales postridie immodica ine-
a se macerant ita, vt defectu animique deliquio
nnunquam corripiantur, atq; odoriferis reficien-
sint. Alii à ieiunio atque antecedentis diei inedia
luentius, quam par est, cibo potuque se one-
nt adeo, vt nisi relaxentur, disrumpi videantur.

Christus frugalitatem imperat.

Luc. 21.

Lib. 1.

Vitanda satietas.

Liberalius aliquando decumbendum.

Liberalius autem nonnunquam cœnare, ac cũ æqua libus tempestiuis conuiuiis se reficere nihil habet vi tii, nullaq; ratione improbari meretur, modo omni moderate perficiantur, atq; intra mediocritatẽ, ine tia temperantiæ limites consistant. Huiusmodi enim laxamentis discutitur mœror & mœstitia, quæ ex ni mia intentione menti nebulam ac caliginẽ offundit ipsosq; studiosos extenuatis exhaustisq; spiritib. me lancholicos efficit tetricos, taciturnos, morosos, atq ab omni sodalitate, ab omni consuetudine ciuili a lienos: qui affectus à Philomusis, virisq; politicis a literarum candidatis alienissimi esse debent.

Cibos ex Dei liberalitate ac munificentia, magna gratitu ne ac gratiarum actione sumendos.

CAP. XXIII.

In cibo Dei agnoscatur munificentia.

QVoniam autem ex Dei munificẽtia rebus creati affatim ac cumulate fruimur, omniaq; à mund exordio in vsum ac cõmoditatem hominũ confecta ta sunt: in ipso statim mensæ accubitu, anteq̃ manum patinæ aut alimentis admoueri contingat, in vniue sitatis Opificem erigẽda mens est, atq; alacri viuidaq

A Deo cibus nutriendi vim obtinet.

precatione impetrandũ, vt ea q̃ sumturi sumus nob per fidẽ salutaria efficiat, atq; ad alendũ fouendumq corpus efficacia, neq; enim in eduliis atque obsoniis nutriendi vis consistit ac vegetandi potentia, sed in

1. Tim. 4. Rom. 14. 1. Cor. 9.

verbo Dei quod tali virtute illa imbuit. Quocirca ad Deũ omnia referenda sunt. Sic præter Paulũ Pruden tius cõmonstrat, à quo victus vitæq; subsidia peti au sperari debeãt, nempe à Deo Patre, à quo per Christu omnia consequimur. Sic enim preces eo dirigit,

Cathemer. lib. Prudentii hymnus in mensa accubitu.

Christe prius genitore potens,
Hunc nitido precor intuitu
Flecte salutiferam faciem,
Fronte serenus & irradia
Nominis vt sub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te sine dulce nihil Domine,

Nec

Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula ni prius atque cibos
Christe tuus fauor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.
Fercula nostra Deum sapiant,
Christus & influat in patinas,
Seria, ludicra, verba, io[illegible]s,
Denique quod sumus atque agimus
Trina superna regat Pietas.

[illegible]tauratis cibo viribus ad gratiarum actionem Chri-[illegible]exemplo nos incitat: nam Seruator absoluta cœna [illegible]n, nisi hymno dicto à mensa se subduxit, quo agno-[illegible]mus ab opulenta largaque Dei manu omnia pro-[illegible]sci, atque eius munere nobis esse salutaria. Sic au-[illegible] gratiarum actionem prosequitur: *Matth. 26. Marc. 14.*

Prudentii gratiarum actio.

Pastis visceribus, ciboq; sumto.
Quem lex corporis imbecilla poscit,
Laudem lingua Deo Patri rependat.
Sic nos muneribus tuis refectis,
Largitor Deus omnium bonorum,
Grates reddimus, & sacramus hymnos.

[illegible]nt huius generis complures precandi formulæ a-[illegible]d probatissimos auctores, atque etiam in Bibliis e-[illegible]ulationes passim obuiæ: verum nulla ad impetran-[illegible]n efficacior, quam quæ à Christo præscripta est. [illegible]c enim referri debet, atq; ab hoc fonte promanat [illegible]cquid vel petitur, vel mente concipitur. Constat [illegible]quidē verborum paucitate, ac sex septemve con-[illegible] membris, sed quæ tam sit fœcunda refertaque [illegible]steriis, vt omnia in se complectatur, quæ vel ad Dei [illegible]riam, vel nostram necessitatem vsumq; spectant, [illegible]etiam proximi emolumentum. *Matth. 6. Luc. 11.*

Quomodo hospitalitatis habenda ratio.

CAP. XXIV.

QVod ad conuiuarū hospitumq; rationē attinet, aut illorū q symposia ac comessationes alterius *Hospites fouendi.*

sumtu captant & venantur, prudentem ac circum-
spectum quemq; esse decet. Primum hospitalitatē, q
Rom.12. præter ceteros Apostoli collaudant, ac Paulus in Epi-
1. Tim.3. scopo exigit, cuique curæ esse par est, ac modestis ci-
Tit.1. uib' ædiū vestibula ac cœnaculorū aditus patefactos.
2. Pet.4. Est enim, Cicerone teste, cum primis decorū, homi-
Heb.13. num illustriū domos patere illustribus hospitibus. In
Inopum habē-da ratio. quo humanitatis officio, vt vitetur ambitio, atque o-
stentatio, apparatus, personarumque respectus, Chri-
Luc.14. stus conuocari voluit inopes atq; egestate oppressos
nulla spe redituri muneris aut impēsi beneficii com-
pensatione, nisi à Patre cœlesti, qui omnia cū fœnore
refundit. Verum quum sint impudentes quidā atque
Hospitum habendus delectus. attritæ frontis, qui deuorato pudore ac verecūdia vl-
tro se conuiuiis ingerunt, beneq; pasti nonnunquam
insalutato hospite tacite se subducunt: conuiuarum
discrimen delectumq; habendum censeo sic, vt mo-
desti admittantur ac frugales: gurgites vero, ligurito-
res, helluones, pamphagi, mensarumque asseclæ, qui
præter heri voluntatem, impudenter irrumpunt, atq;
vltro se ingerunt, occlusis foribus arcendi sunt, aut ci-
uilitate quadā ablegandi, vel si id obtineri nequeat,
obiiciendæ iis in cœnaculo adscriptæ insigniores ali-
quot sentētiæ ac scite dicta, quæ illos officii sui com-
monefaciant, in quem vsum cum alia, tum istud in
triclinio postibus affigi potest, illisq; spectandum ex-
hiberi, quo pudore suffusi meminerint decori:

Carmen conuiuale elegans.

Vis conuiua mea accubare mensa?
Hac serua paradoxa: Neminem nec
Dentatis salibus, nec inuido ore
Suggilla, appositis cibis palatum
Apta. Quem nequeas probare, noli
Nec traducere, nec calumniari.
Æquales cyathos caue propines.
Frontis pone minas seuerioris:
Et profer Veneres, iocos, lepores:
Grates solue Deo, Hospiti rependo

Quod

Quod non messuit in suo nouali,
Haec fac, si cupias bis esse gratus.

Non autem negligendam hospitum consuetudi-
em, ac conseruanda humanitatis atq. amicitiæ iu- *Prouerbium conuiuiale.*
, prouerbium indicat, Salē & mensam ne prætereas:
uum enim veteres vltro citroque inter se conui-
a agitarent, huiusmodi symbolis fouebant alebant-
ue semel initam amicitiam, atque illam communi
ensa constabilierunt. Quocirca antiquitus prodi-
onis ac perfidiæ insimulari solent, qui Salem &
ensam essent prætergressi, hoc est, Amicitiæ tes-
ram confregissent, ac violassent fœdus intimamq.
tæ necessitudinem, qua sale & pane inter se erant
euincti, atque eiusdem mensæ participes. Ad hoc
mbolum spectat Dauidis illa querimonia, qua *Psal. 40.*
hristi personam referens amicum ac familiarem *Ioan. 13.*
roditionis ac perfidiæ insimulat: idque honesti spe-
e ac simulato fictoq. pietatis prætextu. Sic autem
im illo expostulat: Etenim homo pacis meæ in quo *Dauidis locus*
eraui, cui fidebam, & qui mecum edebat panes *explicatus.*
oc est, conuictor erat, mensæque eiusdem consors
xtulit super me supplantationem. Tolerari, inquit,
osset, ac minus indigne ferri si quis hostis denun-
ato per feciales bello, aperto Marte me esset ag-
ressus: at illum mihi fraudes, dolos, insidias strue-
, atque aduersum me ceruices erigere, calceq. pe-
ere, qui cum mihi intercessit intima familiaritas,
c solitus sum arcana omnia communicare, intole-
anda res est, & quæ perferri nequeat. Sic Christus
uiusmodi facti indignatione commotus, Qui ede-
at, inquit, mecum panem, is sustulit aduersum me
alcaneū suum: hoc est, hostis domesticus, quo nul-
us perniciosior, clanculariis ac clandestinis me con-
iliis opprimere meditatur, metaphora sumpta ab a-
nicis in speciem primaque fronte blandis, sed insi-
iosis, menteque venenata, qui latenter hominem

Prouerbium in insidiosos. feriunt, ac postico calcem impingunt sic, vt quis malum intulerit, obseruari nequeat. Belgæ prouerbiali figura auersa cuspide ferire dictitant, hoc est, non fronte, sed à tergo atque auersa corporis parte, *vacliten, ende meet de cromme pricke steken.* Huic affinis alia Dauidis expostulatio, qua queritur ab illo sibi inferri damna, cuius summa familiaritate vsus est, atque arctissimo amicitiæ fœdere coniunctus sit, vt omnium consiliorum fuerit particeps, & tanquam intimus ac primarius amicus secretorum conscius. Sic autem rei atrocitatem exagitat. Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et si, qui me oderant, erexissent se contra me, abscondissem me forsitan ab eis. Sed tu homo vnanimis, dux meus, & notus meus. Qui simul dulces mecum capiebas cibos, & in domo Dei versati sumus cum consensu, &c. Versus sunt pathetici, hoc est, pleni affectibus, quibus se grauiter magnaque indignatione ferre declarat, quod qui hactenus fidi amici speciem præbuit, infestissimum esse hostem experiatur, ac latenter taciteque perniciem moliri. Quo autem graphice depingat exprimatque hominem versipellem & subdolum, qui specie quadam assimulatæ amicitiæ & virtutis, vultu, oculis, sermone, blandiatur amico, quum intus in eius perniciem virus & venena foueat, hoc ad perfidiæ crimen adiicit. Mitiora sunt butyro verba oris illius: quum in corde eius instruatur bellũ: Mollitiores sunt sermones illius oleo, quum sint re ipsa gladii & iacula. Qua similitudine designat fucatos & malitiosos amicos, qui aliud in pectore clausum habent, aliud in lingua promtum, quique altera manu panem ostentant, altera lapidem ferunt. Cuius proditionis specimen exhibuit Iudas Iscariotes, & post hunc plerique alii qui ab ipso edocti sunt, ac fraudulenta exempla sumserunt.

Psal. 54.

Dauidis locus explicatus.

Simile ab oleo & butyro.

De

De rei familiaris ac domesticæ cura, eiusq; administratione.

CAP. XXV.

QVod ad Oeconomicã, h.e. rei familiaris administrationem attinet, quæ, Cicerone teste, ministra ac famula corporis, in ea stabilienda ornandaque ...emq; industriũ esse decet ac prudentem sic, vt eius ...plificatio ad vsum vitæ necessarium, ad commo...atẽ, ad ornatũ referatur nõ ad luxum, ad delicias, ...n ad sumtuosas mensas atq; immodicos ferculorũ ...paratus, quæ opes quamlibet immensas exhauri... atq; attenuant. Quocirca in exornãdo conuiuio, ...nsaq; instruenda præ cæteris obseruanda frugali... ac victus moderatio, omniaq; euitanda gulæ ac li...inis incitamenta, deniq; cellaria delicatoria, quæ ...e secundis mensis inferri solent cibo satiatis, quo ...uo edendi cupiditas incitetur. Hæc profusio vi...q; luxus præter id ꝙ facultates imminuat, ac mor...s pariat, etiã vbi vino incaluerunt, luxurie fomen... ministrat, ac lumbos incitat, partesq; abditas atq; ...cœnas tentigine afficit, qua prurire incipiunt, at...e vt Apostoli verbo vtar, vri. hoc est, potentius ad ...nerem incitari. Quamobrem Paulus nihil ꝓ cupi...atum arbitrio fieri vult, sed omnia ad necessitatem ...mq; naturæ referri, non ad luxum ac voluptatem, ...rpori mentique æque damnosam. Nemo autẽ ita ...urdescit ad naturæ sensum, vt corpus suum exo...n habere sustineat: quin, vt Paulus ait, enutrit ac ...et illud, vt Christus Ecclesiam. Quo exemplo in...at Apostolus maritos vt vxores suas ament, eamq; ...am adhibere studeant, quam quisque suo corpori ...ibet, atque illis præstet, quod Christus Ecclesiæ ...nsæ vnice adamatæ præstitit. Ceterum in rei fa...liaris administratione ac stabilienda firmandaque ...domestica ne qd illa detrimẽti patiatur ita omnia ...deranda sunt, ne vel prodigi aut profusi hominis ...men incurras, aut plus satis parci, aridi, tenacis,

Rei domesticæ procuratio.

Ciborum apparatus vitandus.

Ephes. 5.

1. Cor. 7.

Rom. 13.

Ephes. 5.

Modus rebus adhibendus.

Conseruatur quidem res familiaris parsimonia, eaque augescit & incrementa concipit: verum non in eam angustiam illa contrahi debet, vt defraudes Genium, ac te tuosque inedia conficias: quod sordidi quidam opulenti factitant: rursus ne, vt decoctores assolent, parta profundas, ac patrimonia dissipes, ascitisque aliquot huius notæ ac farinæ sodalibus, qui ad hæc perficienda exhortantur, ac classicum canunt, abligurias. Vt autem iuxta Terentium, Necesse est sumtum faciat, qui quærit lucrum: ita iuxta Plautum, Non potest constare quæstus, si illum sumtus superat. Quam sententiam Belgæ ita efferunt *Stelt v teringhe naer v neringhe.* Quo indicat ita moderandum sumtibus, ne immodica profusione rem domesticam imminui contingat, sed æqualis ac par sit census expensique ratio. Quocirca industrii patrisfamilias officium est, pro tempore velut ex promptuaria cella quædam depromere, & quum res poscit, recondere. Etenim, vt habet prouerbium, Sera in fundo parsimonia. Non est autem à nostro instituto, nec à Reipublicæ commodo, ac rerum domesticarum conseruatione aliena Lex, quam Amasis Ægyptiorum rex promulgauit, Soloni Atheniensium Legislatori etiam vsurpata, qua cautum est, teste Herodoto, vt populares atque inquilini singulis annis apud prouinciarum præsides demonstrarent vnde viuerent, & qua re sibi victum compararent, qui id proferre non possent, nec testarentur se legitime viuere, morte plecterentur. Qua edicti seueritate coercere voluit otiosos, ne ad latrocinia ac prædationes illis pateret aditus, quo fere deueniũt, quibus alea, scortis, compotationibus paterna hereditas decocta est, ac funditus exhaustum patrimonium: Ex his emersisse opinor apud Corinthios, Legem sumtuariam contra prodigos, & qui suas facultates temere profundunt, aut sumtuosius magisque effuse

Prouerbium frugalitatem commendans.

Damnosa est sera parsimonia.

Lib.3.Euterpe.

Lex Amasis contra ociosos.

conui-

nuiuantur, quam res familiaris ac prouentus annus exigit. Quam cum Diphylus apud Athenæum ferat ac Latinis versibus expresserit Erasmus, de omni disciplinarum genere optime meritus, non grabor adscribere, quo Magistratus rationẽ modumque ineat qua effici possit, vt ciuitates ac suburbana ædia minus infestentur à violentis grassatoribus qui interdiu ac noctu facultates quietasque hominum possessiones diripiunt, ac corpora immaniter cutiant, nisi confestim thesaurum proferant. His tem versibus exprimitur legis huius sententia: Lib.6. Lex sumtuaria Corinthiorum.

Hoc lege cautum est hic apud Corinthios,
Si quempiam obsonare semper splendide
Videmus hunc rogamus, vnde viuat, &
Quid faciat operis: Si facultates habet,
Vt reditus harum soluere expensas queat,
Perpetimur illum perfrui suis bonis.
Si forte sumtus superat ea quæ possidet,
Prohibemus huic ne faciat hoc in posterum.
Ni pareat, amplectitur mulcta graui.
Sin sumtuose viuit is qui nihil habet,
Tradunt eum tortoribus. Proh Hercules!
Nec enim licet vitam absque malo vllo degere
Talem scias, sed est necesse aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros ædium,
Aut hoc patrantium iungier commercio:
Aut in foro agere sycophantam, aut perfidum
Præbere testem: Nos genus hoc mortalium
Eiicimus hac ex vrbe, velut purgamina.

Non minus seuerus est officiorum exactor Paulus postolus, qui præcipit vt ignaui atq; otiosi excusso terno operam manuariis opificiis impendant, quius se & domesticos alant, quod tam rigide obseruari oluit, vt iis alimenta denegarent, qui nõ insisterent bori, atq; ad constabiliendam rem familiarẽ essent tenti, sed tanquã fuci qui apum laboribus & melli- 2. Thess. 3. Paulus ignauos exstimulat ad industriam.

ficationi insidiantur, ex aliena liberalitate & muni-
ficentia viuerent atque otiarentur, nullo opere n[ec]
rerum curiositate occupati. Ad hanc disciplinam [&]
censoriam seueritatem Paulus etiam fures reus ca[pit]
qui aliena compilant ac depeculantur; quos non so-
lum commonefacit, vt ab aliorum opibus manu[s]
abstineant, sed quæ honesto labore parta & conqu[i]-
sita sunt, egenis subleuandis impendant: ita si qui[d]
labis aut maculæ contractum sit ex re aliqua infam[i]
& pudenda bonis operibus ac liberalitate in tenuio-
res elui potest: quale exemplũ editum est in Zache[o]
qui fœnore parta distribuit egenis. Hac enim ratio-
ne efficitur, vt anteactæ vitæ errores, & vitia virtutu[m]
compensatione obliterentur, mutatis scilicet in di-
uersum affectibus exutaque inclita naturæ prauitat[e]
ac voriosa consuetudine.

Pauli ad fures admonitio.
Ephes.4.
Luc.19.

Somni ac vigiliæ moderatio. CAP. XXVI.

Somni & vigiliæ moderatio.

STudiosis virisq; politicis inter cetera habenda so-
mni & vigiliæ ratio. Hæc enim si moderata sint &
tempestiue adhibeantur, plurimum commoditati[s]
adferunt in stabilienda firmandaque valetudine:
nam præter id, quod corpus alacre præstant & vege-
tum, tum mentem quoq. reddunt ad obeunda qua[e]-
uis munia ac functiones erectiorem. Somnus autem
immoderatus atque immodicus stupidos reddit ho-
mines, ignauos, socordes, obliuiosos, & qui non fa-
cile emergant atque ad præclaras vllas artes enitan-
tur. Quocirca huiusmodi conditionis homines ad
exercitationes ac subeundos labores excitandi, quo
torporem veternumque excutiant, atque aliquid li-
bero homine dignum meditentur.

Somnus meridianus quando noxius.

Quod ad meridianum diurnumque somnum spe-
ctat, non consulo vt iuuentus illi assuescat, nisi lassi-
tudo ex æstu ac labore contracta vires afflixerit, aut
nox pridiana intempestiuis vel vigiliis vel symposiis
transacta sit: tunc enim citra incommodum admitti
potest

teſt meridiario:alias memoriam labefactat, men-
mque obnubilat, & præter capitis grauedinem o-
lis caliginem adfert, præſertim vbi cibo oppleti
cumbunt, quibus hoc quoque accedit incommo-
, quod ſopore excuſſo nauſeabundi ſint atque o-
itent, paſſiſque brachiis pandiculentur, hoc eſt, *Pandiculari*
embra quaquauerſum diſtendant, diffuſo vndi *quid ſit.*
ue per corpus vaporum concurſu, ex languida qua-
m affectione & febrili rigore, quem *VVaulu.* no-
rates vocant, Latini veteres Helucum. Quæ vox de- *Helucus nau-*
gnat vel à crapula, vel meridiano ſomno nauſeantes *ſeoſus affectus.*
: flaccidos, quique ſubinde ad oſcitandum impel-
ntur.

Senes vero & qui in ætate matura conſiſtunt, tu- *Meridiatio ſe-*
o meridiari poſſunt, hoc eſt, prandio abſoluto, mo- *nibus commo-*
o nonnihil interualli intercedat, ſe ſomno dedere, *da.*
ræſertim æſtiuis menſibus cœloque feruido, quæ
ëris intemperies homines ſomnolentos efficit, quo
empore ea commoditas captanda eſt, vel in ſedili
ollocato corpore, vel in culcitram compoſito, ca-
ite ſublimius pauloque erectius in puluinum in-
linato. Tali enim ſomni laxamento ſpiritus cum
aturales, tum vitales, à quibus ſpiritus animalis,
ui cerebro inſidet, fomenta concipit, inſtaurantur
c reuiuiſcunt.

Vigilia autem intempeſtiua cũ omni ætati noxia, *Vigilia exſic-*
um ſenectuti nocentiſſima, vt etiã inedia, quorum *cat.*
trumq; cerebro ſiccitatem adfert, ac præter phre-
eſin & delirium, quod inducit, totum corpus ari-
lum efficit, ſqualidum, ſtrigoſum. Quod ſi immodi-
a vigilia, vel inedia, vel intempeſtiua lucubratione,
ut etiam nimio labore aut immoderata Venere vi-
es attritæ ſint ac ſpiritus exhauſti, conſumtoq. ſucco
itali, macies contracta humido alimento ac ſomni-
ficis potionibus vires reficiendæ: quales ſunt lactu-
ca, ſpinachia, maluæ effectu par, atriplex, bugloſſus,

Somnifica quæ cerebrum humectant.

& quæ vulgo borago dicitur, ſemen papaueris rece-
tis nymphęæ flores, vulgo nenuphar, vel lilium aqu-
ticum & paluſtre, Batavi ſeu Hollandi *plompen* voca-
ofte VVaterlelien, quibus accedunt violarum floſcul-
nuclei pini, amygdala dulcia, piſtacea ſeu fiſtici, o-
dei cremor, vuæ & paſſæ, & Chorinthiacæ illæ mini-
tis acinis, vinaceis immunes; dactyli ſeu palmul-
mala Medica ſeu corticis citri zaccaro aut melle co-
diti: iis enim natiuus ac vitalis humor reficitur, a-
cerebrum mentis ſedes velut roſcido humentiqu-
vapore perfunditur, ac ſuaui halitu irrigatur, ex qu-
emergit ſomnus placidus ac quies minus turbulen-
ta aut tumultuoſa. Quod ſi quis ſit natura ſomno-
lentior, nec illi incaleſcat animus ad res vllas præcla-
ras, continenter exercitationi ac labori inſiſtat, vite-
cibos omnes frigidæ humentiſque facultatis, eoſqu-
aſſumat, qui vi calorifica humores ſuperuacaneos i-
quibus conſiſtit ſomni cauſſa, exſiccant: quales ſun-
hyſſopus, roſmarinus, ſaluia, origanum, amaracus
vulgo maiorana cunila ſeu tymbra, braſſica, rubi-
cunda, zinziber, piper, nux muſcata, caryophylli, &
pleraque alia, quæ cerebrum vaporoſo ac fumido
humore oppletum releuant, mentemque denſis va-
poribus obnubilatam erigunt, atque ad concipien-
das honeſtas cogitationes alacrem reddunt atque
expeditam.

Somnolentia vt excutiatur.

Quid adferat commodi vel incommodi repletio & inanitio, denique aluus vel aſtrictior vel laxior.

CAP. XXVII.

EAdem quoque aliis rebus, quæ valetudini vel pro-
ſunt, vel officiunt adhibenda moderatio: quales
ſunt repletio & inanitio, qua ſcilicet corpus cibo po-
tuq. reficitur, vel humoribus oppletum euacuatur.
Vt autem frugalis eſſe debet ac temperata ſtudioſis
viriſque politicis victus ratio: ita non nimis tenuis
& parca, ne ſpiritus extenuentur: quibus & id accu-
rate

Moderatio cibo adhibenda.

e obseruandum, ne aluus sit astrictior, aut plus o laxior. Vtrumq; enim (si modum excesserit) va-ludini æque noxium. Si enim plus nimio profluat sit citatior, corpus aridum reddit ac strigosum, so-niq. paucitatem infert, atq; inducta cerebro sicci-e, memoriam imminuit: sin vero nimium arescat sit coactior, memoriam obnubilat, atq; oculis ca-inem inducit, somniaque tumultuosa ac turbu-nta efficit, crassis densisq; humoribus ad cerebrum latis. Quæ autem ventrem aluumq; placide mol-iunt, sunt violæ, lactuca, spinacia, atriplex, maluæ ongeneres, quam veteribus in eum vsum commen-atam Martialis indicat:

Ventrem quæ laxant.

Herbæ quæ aluum lubricum præstant.

Exoneraturas aluum mihi villica maluas
Attulit, & varias quas habet hortus opes.

His accedunt buglossus, & quæ vulgo Borago di-itur, cheraphylum vel gingidium, vulgo *Keruel*, be-a, blitum, pruna Damascena, vuæ passæ & Corinthia-æ minutis acinis, mora, ficus. Medicamentosa quæ d præstant, sunt mercurialis, fumaria, polypodium, enna, rhabarbaron, carthamus, epithymus, cassia, nanna seu mel aërium concretum, nam scamonea, ripolium seu turbith, mezereon, &c. vires deijciunt, quocirca non nisi validis ea exhibentur, cum malo iodo malus quærendus sit cuneus. Si autem venter nagis lubricus est, quam veletudini commodum, isti potest crebro vsu menthæ rubicundæ & quæ in officinis passim obuia est, ex ea confecta mellagine vel syrupo. Ventrem quoq. adstringunt ac corrobo-rant cotonea tenera lanugine mala, & quicquid ex ijs conficitur, rosæ rubentes, ijs accedunt mespila an-tequam vliginem sint perpessa ac tenerescant, cor-na lapidoso quidem intus nucleo, sed non insuaui insipidoque sapore, eoque acido atque adstringente, Rhus Ponticum, nostrates Ribes vocant, quod ap-petentiam mire excitat, ac nauseam discutit, ipsaque

Quæ ventrem adstringunt.

ſtomache retinēdi ſibi vires confert, præſertim æſt-
uis menſibus, vbi bilioſus humor aluū proluit ac fl-
xum prouocat, in quem vſum ſuccus eius ſaccaro c-
cretus, quem Rob Auicenna vocat, præſentaneu-
nam aluum plus nimio profluentem cohibet, atqu-
appetēdi vires languidas erigit, cibiq; auiditatem ex-
citat, vt etiam mala punica, vulgo granata, rubenti-
bus intus atque anguloſis acinis ſapore modo dulc-
modo acido.

Rob quid Auicenna.

Studioſis vtriuſq; politicis ſæpius meatus, per quos excrementa deferuntur, expurgandos.

CAP. XXVIII.

Meatus expurgantur excrementis deſtinati.

NOn fruſtra Deus humani corporis opifex tot
meatus ac vias expurgādis humoribus proluen-
diſq; excrementis condidit, ne ſcilicet ex horum re-
dundantia obrui hominem, atque emanantibus ab
iis vaporibus ſuffocari contingat. Sic caput per nares,
aures, palatum ſe emungit atque exonerat ſcreatu ac
ſternutamento: Pectus & pulmo per vocalem arte-
riam tuſſi pituitam elicit: Stomachus ſeu ventriculus
vomitu ac ructibus ſentinam exhaurit: Inteſtina
per aluum ſe expurgant, ac poſtico emiſſis flatibus
e ſordibus fæculentis cloacam proluunt. Renes &
veſica per meatus ductuſque vrinarios lotium deri-
uant. Corporis autem ſuperficies per cutem poro-
ſam, ac multis minutiſque foraminibus peruiam
fuligines ac ſudoriferos halitus diſcutit. Quocirca
cum corpus inculpate conſiſtere nequeat, niſi ſin-
gulæ partes bene conſtitutæ ſint, ſuoque officio citra
offenſam fungantur: danda cum primis opera, ne
quis error aut intemperies ſuboriatur, quæ organo-
rum actionem vel vitiet, vel reddat deteriorem,
horum enim miniſterio mens ipſa vtitur ac res præ-
claras perficit. Si morbus aliquis infeſtat, ſi caput
grauedine tentatur, ſi pituita moleſta eſt, ſi calculus
aut

stranguria seu vrinæ stillicidium vexat, si caligo
lippitudo oculos vitiat, si manus aut pedes articu-
morbo tentantur,

Si mala quem scabies, aut morbus regius vrget; Horat. in Arte.

nus expedite sua munia ac functiones obit aut ex-
uitur humanus animus. Quo mihi consulto face-
videntur, qui valetudinis rationem habere curant,
corpus eiusque partes ab omnibus excrementis
rgatiores efficere. Sic enim mens ipsa magis ni-
cit atque ad quasuis actiones redditur accommo-
tior. Magna mortalium pars neglecto omni cultu,
c obseruata valetudinis ratione, opibus inhiat, ac
dio comparandi conquirendique est intenta, cum Valetudo auro
nen sanitas sit auro potior, nec vlla res animi trã potior.
illitate optabilior. Confirmat id versibus hisce
oratius,

Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; tuis: nil Lib. 1. Epist. 10.
Diuitiæ poterunt regales addere maius,
Non domus, aut fundus, non æris aceruus, & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas.

quo quemque ad frugalem & moderatum rerum
um reuocaret, subiicit,

---- valeat possessor oportet, Lib. 1. Epist. 2.
Si comportatis rebus bene cogitat vti.

ebræus Sapiens per omnia huius verbis sic conso- Eccles. 30.
it: Præstat pauperem esse sanum, & firma valetudi-
e, quam diuitem male affecto corpore. Sanitas &
na habitudo est omni auro præstantior, & validum
rpus immensis opibus. Nullæ meliores sunt diui- Sap. 4.
æ, quam sanitas corporis, nec vllum oblectamen-
um maius, quam animi lætitia & gaudium cordis.
uocirca non est metienda felicitas opum affluentia
ut prospero rerum successu, sed corporis mentisque
culpata sanitate. Ille enim demum & viuit & valet,
ui horum commoditate inoffense fruitur.

Præcepta salubria non minus animo quam corpori idon

CAP. XXIX.

TRia feruntur vulgo saluberrima, quæ quem
obseruare par est: Vesci citra saturitatem, N
refugere laborem, Naturæ semen conseruare. Q
bus opposui totidē insaluberrima, quæ præter m
bos præmaturam senectam accelerant morteq; p
perata homines conficiunt. Crapula distendi, Ig
uia torpescere, Immodica Venere eneruari. Cum
nim frugalitas, profligata ingluuie, salubre cor
constituat, exercitatio, excusso otio atq; ignauia,
ipsum agile reddit & expeditum, tum si ab equi
genere documenta sumere liceat,

Rebus naturæ modus adhibendus.

Nulla magis animi vires industria firmat,
Quam Venerem & cæci stimulos auertere Amoris.

Virgil. lib. 3. Georg.

Siquidem intemperans ac libidinosa adolescen
effœtum corpus senectuti tradit. Quocirca cum
adolescentia, tum maxime in senectute moderan
cupiditatibus, ac luxuriæ præcludendi aditus, quæ
iuuentuti turpis; ita, Cicerone teste, senectuti fœdi
sima ac maxime indecora. Vt enim in bello ac cast
opus est viribus, opus agilitate, opus robore tolera
dis ferendisque laboribus: ita in amore ac præstan
Venere vires exiguntur ad subeundos nocturnos la
bores, ad deuoranda matrimonii tædia, ad perferen
dos vxoris procacis atque imperiosæ mores. Quam
obrem nec senibus bellum, nec amor cōuenit, quo
vtraque res multas circumferat difficultates, mole
stias, incommoda, ad quæ senescens ætas impar es
atque iis perferendis inidonea. Expressit id elegant
carmine Ouidius.

Senectus, Amor & Venus indecora.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:
Attice, crede mihi, militat omnis amans.
Qui bello est habilis, Veneri quoq; conuenit ætas.
Turpe senex miles, turpe senilis amor.
Militiæ species amor est, discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.

Lib. 1. Amor. Eleg. 9.

Non

Nox & hyems, longaq; via sæuiq; labores
Mollibus in castris & dolor omnis adest.

...is autem non perspicit quam sit indecorum exo...um rugosumque senem iuuenili more oscula fi...e, atque in amplexus proruere? cum ad peragen...s Hymenæos sit inhabilis. Sic recte Sophocles, qui ...te confecta à quodam interrogatus, vteretur ne ...us Venereis? Dii meliora, inquit, libenter vero ...nc tanquam à domino agresti & furioso profugi.

Existimationis ac famæ habenda ratio.

CAP. XXX.

Modis omnibus efficere studeas, vt tui ciues optimam de te opinionem concipiant, tuæq; existi...tioni ac nomini laudabile testimonium deferant, ...ique præclare de te sentiant, atque honorifice lo...antur. Nec obseruare pudeat, qua persuasione po...ares tui erga te sint imbuti, quo animo affecti. ...gligere enim quid de se quisq; sentiat aut loqua..., non solum, vt Cicero ait, arrogantis est, sed etiam ...soluti. Sic Christus sciscitatus legitur ab Apostolis, ...am opinionem de illo conciperet promiscua mul...udo, quos rumores de ipso spargerent, quid deniq; ...Messia ipsi sibi persuaderēt, nō ambitionis aliquo ...gloriç aucupio, sed vt periculum faceret, an audi...tot salutaribus concionibus, consperfisq; tot mi...ulis, sublimius ac magnificentius de illo, quā vul... sentirēt, ita hoc percontatus est, quo ab iis elice... solidam professionē fidei, atq; exploraret quantū ...fecissent in doctrina cœlesti, quæ nihil habet fuci ...vanitatis, nihil fallaciæ vel imposturæ, vt calu...niati sunt Pharisæi: sed prorsus salutaris est & syn...ra, ab ipsa veritate, ipsoque iam dudum exspectato ...uatore Dei filio prolata. Quod cum Petrus summi ...tris afflatu omnium nomine exerte esset professus, ...; indubitanter pronuntiasset Iesum omnis salutis ...torem, illiusq; fiducia genus humanū redemptio...

Famæ habenda ratio.

Lib. 1. Offic.
Matth. 16.

Christus auram popularem non captauit.

Professio fidei.

nem consequi, Christus Petri confessionem diuinitus illi inspiratam collaudauit, eamq; immobili fundamento innixam confirmat inuictam fore & inexpugnabilem. In quauis actione, omnibusque dictis & factis memineris decori, & quid maxime deceat: id enim honestatis ratio exigit: vnde scitum est prouerbium, Caput artis est decere quod facias, hoc est, quod naturæ sit aptum, atque ingenio moribusque conueniens: *Dat v wel voeght ende betaemt.* Compendiaria atque expedita via est ad solidam gloriam, si te talem præstes qualis haberi velis, quod obiter monet Horatius:

Decori haben-da ratio.

Qua ratione affectanda glo-ria.

Lib. 1. epist. 17.

Tu recte viues, si curas esse quod audis.

hoc est, quod diceris, & quod de te ciues ac populares testificantur, qui si te virum probum atque integrum existimant: recte quidem, modo ne iis fucum facias, nec imponas honesti specie, vt personati quidam histriones, qui primo intuitu spectatæ probitatis apparent, cum versipelles sint atque improbi:

Pers. Satyr. 5.

--- Nam fronte politi
Astutum vapida seruant sub pectore vulpem.

Silentii tutum præmium.

Memineris duas præcipuas esse virtutes, quibus adolescentes potissime solent commendari, Fidem & Taciturnitatem: quibus si accedat Pudor amabilis pubertatis color, quem candore suffusus rubor velut ornatus quidam commendat: nihil ad decus ingenuitatis ac modestiæ accedere potest magis fauorabile aut gratiosum. Quisquis autem hac indole, his adolescentiæ ornamentis destitutus est, aut horum iacturam fecerit, perditus & profligatus censeri solet, summaque improbitate atque impudentia insignitus. Quocirca non prorsus aliena à vero hæc sententia:

Ego illum periisse puto cui quidem periit pudor.

Pudor adolescentes commendat.

Commendat enim supra quam dici queat adolescentes pudor & verecundia adeo, vt non temere ad fri-

gei

deueniant, aut aliquam de se virtutis aut probi-
spem polliceantur, in quibus nulla elucet aut se
fert pudoris significatio. Sic Diogenes cum ado- *Ingenuitatis*
lescentem quendam pudore suffusum conspiceret *argumentum.*
ac erubescere: Confide, inquit, fili, huiusmodi est
virtutis probitatis, modestiæ color. Similiter cum a-
pud Terentium Mitio optimam spem de filio conci-
peret: Erubuit, inquit, salua res est. Est autem inno-
centiæ argumentum ac testificatio pudor & confes-
sio quando deprehensa est in iis, quæ non destinata
malitia commisit: Nequitiæ autem impudentia atq; *Confidentia*
obstinatio, nec verentur iuuenes quidam confiden- *vitiosa.*
ter viros etiam graues inconniuentibus fixisque
oculis obtueri, ac denegare factum, etiam si id palam
nec inficiari queat. Vt autem sine inuidia laudem
inuenias & amicos pares, Assuesces, vt Comicus ait, *Terent. Andr.*
omnes perferre ac perpeti: *Act.I. Scen.I.*

Quibuscum versaris; atque vna te iis dedere
Eorum, modo honesta sint, obsequi studiis,
Aduersus nemini nunquam te præponens vlli.

... generosæ mentis & modesti animi argumētum
... minimū facere, minimū de seipso loqui, vt Iugurtha
apud Salluſtiū factitauit, secus q̃ Thrasones ac iacta-
bundi milites, qui se insolenter efferunt suaque faci-
nora magnifica ostentatione prædicant. Cum autem
... non sit odiosa ventosa iactatio, nemo sibi de in- *Iactantia odio-*
genio, eruditione, opib⁹ blādiatur, suaq; munera am- *sa.*
bitiose prædicet, sed ita actiones suas moderetur, vt
submisse ac modeste de se sentiat ac loquatur; ne vt
... illus ait, alios despicere ac fastidire videatur. Com-
monefacit idipsum præter alia his versibus Horatius:

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Commissumq; teges & vino tortus & ira,
Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes.

Nunquam in animum induxeris vt alienæ calamitati *Calamitosis nō*
insultes, ne inimici quidem, sed condolescas potius *insultandum.*

eiusq; sortem commiseratione dignam deputes. I
enim sunt vices rerũ humanarum, vt multi ex sum
fælicitate atq. amplissima rerum possessione ad i
piam ac miserandos casus deuoluantur, funestu
ac luctuosum exitum nonnunquã sortiantur. Ru
alii ex infimo loco ac miseranda seruitute ad o
ad honores, ad dignitates & imperia prouehun

Eccles. 10. Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Ad hanc e
amussim exigi vult omnes nostras actiones ac stu

Matth. 7. Christus, cum inquit: Omnia quæcunq; volueriti
faciant vobis homines, sic & vos illis facite: hoc
præstate cuiq; honorem, decus, subsidium, ceteraq
humanitatis officia, quæ quisque sibi exhiberi ve

Præcipitantia linguæ improbanda. Ne sis in proferendo sermone præceps, temerari
inconsideratus, denique efficito ne lingua mente
præcurrat, aut effutias per iugulum redituras voc
quæ aliquando recoquendæ sunt. Sunt enim mu
quibus cũ versamur lubricæ fidei, ac silẽtii minus
naces, qui non solum, q̃ incautius cuiq̃ exciderun
liminant, sed obtrectatione ac calumniis existim
tioni ac famę proximi officiunt labemq; adsperg
Quocirca Horat. salubri consilio quemque instru

Epist. 17.

Protinus vt moneam, si quid monitoris eges tu,
Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito; nam garrulus idem est:
Nec retinent patula commissa fideliter aures.
Et semel emissum vocat irreuocabile verbum.

Futilitas damnosa. Quibus versibus quemq; commonefacit, vt consi
rate ac parce de aliis loquatur, nec quidquam teme
effutiat, quod illi aliquando fraudi esse posset, atq
aliquid detrimenti adferat. deniq; Coricæos atq; e

Verspiets. ploratores obseruandos, qui omnib⁹ se sodalitiis i
gerunt, ac subodorantur, quod ad Censores ac Cri
cos deferant, ita vt nemini tutũ sit de vlla re muti
nec liceat in tanta temporũ infelicitate palam & c
extra promere quæ mens dictat, suadet ratio, etiam
veri

...tati ac syncerae religioni sint consentanea; idque ...u delatorum, quibus etiam praemia atq. honores ...ernuntur, quo magis oculatos auritosque se prae...nt in explorandi negotio infami cum primis ac ...stando, vt quos etiã exosos habent, qui illorum ...utur ministerio. Placet n. nonnullis proditio ac ...tio: sed iis eius rei artifices inuisi sunt, licet offi...m ꝙ praestant, pro tẽpore sit gratum, nam illos vt ...icae fidei suspectos habent. Testatum fecit id Au...us Caesar, apud quem cum insolentius sua meri...actaret Rhymirales Thracum rex: Proditionem, ...uit, amo, proditorem detestor. Sic, vt Iulius Ca...olin⁹ refert ab imperatore Antonino Pio quadru...tores exstincti sunt, hoc est, id genus hominum, ...d ex accusatione quartam bonorum partem cõ...ui solet, Belgae huiusmodi conditionis homines *...brengers* vocant, qui eo magis inuisi sunt summis ...iter atq. infimis, quod in dictis factisq; omnia ex...erent, & quam pro rei veritate, faciant atrociora. ...ocirca Marcus philosophus Imperator calumniis ...druplatorum intercessit, apposita falsis delatori... infamiae nota. Saturio parasitus apud Plautum ...ame ducit ac detestabile quadruplaturã exercere, ...uult parasitando pascere ventrem ex maiorum ...rum instituto, q̃ quadruplatorem agere, atq. hu...modi ratione ditescere, bonisque aliorum ac vitae ...iare. Quanq̃ id genus officiorũ non magnã laudẽ ...reatur apud cordatos, qui nõ patiuntur sibi à pa...itis atq; assentatoribus auriculas assui, illorumq; ...ndimentis ac lenociniis mentem eripi.

Coricaei, vulgo Verspiers obseruandi.

Quadruplatores omnibus odiosi.

Augusti dictũ de proditione.

Marcus Imperator.

Capitolinus.

In Prosa.

Parasitus delatore minus noxius.

Laudabilis dissidiorum pacificatio.

CAP. XXXI.

...I quid simultatis ac contentionis inter vllos ciues aut consodales inciderit, probi viri officiũ est pro ...ili illud sopire, offensiones diluere, dissidia, ne a...bius incrudescant, cõponere, dirimere lites & cõ-

Contentiones sopienda.

trouersias, sedare discordias, sarcire concordiam, pacem inter contentiosos ac dissidentes conciliare, sedulumque ac sedulum pacificatorem se hominum altercationibus offerre. Quod humanitatis officium non minima beatitudinis parte collocat Seruator qui huius rei studiosos filiorum Dei elogio condecorat. Ab hac & plerisque aliis virtutibus, quibus caritas, hoc est, studium de omnibus bene merendi ornatur, alienissimi sunt turbulenti quidam ac gimmatuosi homines, quibus cum odiosa sit atque inimica omnis pacificatio, prauitate quadam animi omnia perturbant, reousq; exhulceratis non medentur, nec fomenta adhibent sed exasperant, atque vt habet prouerbium: Oleum flammæ adiiciunt, etiam cum reges ac principes initari contingit, quorum animus natura generosus ac verox magis magisque illorum malesanis conciliis accenditur atque inflammatur, quo hominum genere nihil detestabilius aut execrandum magis, præsertim vbi religionis negotium agitur, à quo decet omnes vitiosos affectus esse remotissimos: ne asperitate ac sæuitia alienari potius hominum animos à studio pietatis, quam lenitate allici contingat. Siue enim veterem consuetudinem stabilire visum sit, siue sublatis erroribus qui sensim irrepserunt, aliquid innouare, ac religionem ad fontem reuocare omnia iudicio ac sano consilio perfici debent, adhibita ratione, ordine, ac modo, ne quid tumultus exoriatur, vt superiore anno in Belgica euenit, in qua distractis in diuersas partes ciuium animis, Religio vi & armis propagari cœpta est, quæ rei funestum exitum est consecuta. Delatore non minus damnosus obtrectator virulentus, qui probris, conuiciis, calumniis, contumeliis immerenti perniciem adfert, ac lingua venenata conficit. quod genus hominũ his versibus & notat, & vitandum Horatius præcipit.

---- Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante solutos

Matth. 5. Pacificator laudem meretur.

Regum animus irritabilis.

Obtrectatio fugienda.

Lib. Serm. 1. Satyr. 4.

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est; hunc tu Romane caueto.

...affinis est illa Salomonis admonitio: Remoue à ...s prauum & labia detrahentia procul sint à te. Et ...lo inferius: Cum detrectatoribus ne commiscea... quoniã repente consurget perditio eorum. Fuisse ...e spectatissimis viris inuisam ac detestatã obtre...di rabiem, sacri scriptores passim testantur ipsiq; ...gust. adeo odiosã, vt Carmẽ hoc in cœnaculo ... ...n obtrectatoribus obiiceret, eoq; iis os obturaret: *Prouerb. 48. Prouerb. 24. Eccles. 10. Exod. 22. Psal. 70. 100. Ezech. 22. ...4. Rom. 1.*

...uisquis amat dictu absentum rodere vitam,
Aut quem delectat lubrica verba loqui,
Aut plenis cyathis lepidos fatigare sodales,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi

Carmen Augustino vsurpatum.

...c enim ratione illos ablegauit à suo conuictu ac ...tubernio, qui aut ingluuie, aut maledicendi stu... delectantur, vel etiam impudicos obscœnosque ...aones mensæ inferunt.

...no insolescat rebus prosperis, ne deiiciatur aduersis, sed Dei se ...rouidentia fulciat.

CAP. XXXII.

...Vm in humana vita nihil sit stabile ac diuturnũ, ...nec omnia semper vno tenore, ac continuata ...petuaq. serie decurrant, sed vicissitudine quadam ...c felicia blandiantur, nunc mutatis rebus premant ...uersa: ea constantia atq; æquabilitate stabiliend... ...ens est vt non insolescas rebus prosperis, nec deii...tris aut succumbas aduersis, sed quocunq; res hu...anæ se inclinant (vt leui aliquando momento as...et) semper Dei verbo, eiusque prouidentia te ful...as, cuius arbitrio mundum hunc administrari con...t, eiusq; voluntate omnia perfici, ad quam omnis ...entus successusq. pſperi & aduersi referri debent ...on ad fortunæ inconstantiam ac temeritatem: Ab... enim, vt q Dei scientia ac cognitione sunt imbuti,

Stabilitas laudata.

Prouidentia Dei fulcienda mens.

Fortunæ vocabulum Christianis explosum.

aliquid casu aut fortuito fieri psuadeant, quum præcipua rerum omnium caussa in Deum sit referenda.

Vitanda curiositas. CAP. XXIII.

Obseruatio alienæ rei improbatur.
1. Cor. 5.

ALienarum rerum ne sis curiosus obseruator: sed in hoc sedulo incumbas, vt tuam vitam corrigas potius, quam insecteris aut obserues alienam. Paulus quoq; Apostolus sedulo cuique inculcat ne foris intentos habeat oculos, sed se occulatum ac vigilantem præbeat in rebus domesticis, ac attēte obseruet, ne quid committatur, quod ab exteris merito possit improbari. Alienas autem res ac negotia, quæ ad nos non attinent, non vult magnopere cuiquam curæ esse, aut anxie obseruari, etiam si quid erroris commissum sit. Sunt n. nonnulli à professione Christiana adeo alieni, vt sana consilia respuant, illosq; habeant exosos, quorum opera ad saniorem mentem reuocentur: vt morbidi ac ficosi quidam, qui salutarem fidumq. medicum despiciunt, ac malunt in vitiosis humoribus sordescere, quam medelam salutiferam admittere. Quocirca quum non semper consultum sit omnibus se negotiis immiscere, nec expediat in alienis rebus esse curiosum, Belgæ sententiam hanc prouerbialem Ardelionibus obiiciunt, *Luttel ondt VVins maeckt veel vreedts*, hoc est, Plurimum sibi parat tranquillitatis qui aliis negotiis se non ingerit. Hinc Paulus Thessalonicenses ad proprias occupationes & negotia reuocat, nec patitur illos in alienis rebus esse curiosos. Mirum autem est, quam sint perspicaces plerique in exterorum negotiis, quam oculati in excutiendis obseruandisque rebus alienis, quum sua negligant, totaq. mente ac cogitatione foris peregrinentur, quum domi vt Lamiæ, cæcutiant, ac sint talpa magis cæci:

Simile à Medicis.

Alienis negotiis non te immisceas.

1. Thess. 4.
Foris oculati, domi cæci.

Pers. Satyr. 4.

Sic nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Quales

...ales præter Persium etiam Horatius perstringit: *Serm.1. Sat.3.*

Quum tua prauideas oculis malis lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?
---- Denique teipsum
Concute num tibi quid vitiorum inseuerit olim *Cæcus amor sui detestādus.*
Natura, aut etiam consuetudo mala: namque
Neglectis vrenda Filix innascitur agris.

...um autem hoc philautiæ vitium magnum huma... menti cæcitatem adferat, eamq; nebulam animo ...undat, vt multis vitiis suis blandiantur: Christus *Matth.7.* ...rbe in illos inuehitur, qui in aliorū vitam ac mo- *Luc.6.* ...potius, quam in suis defigant oculos, & qui festu... a, hoc est, minutissima nulliusque momenti erra- *Prouerbium explicatum de festuca ac trabe in oculis.* ...uriosius obseruant, eaq; exagitant in immensum, ...um trabem, hoc est, crassissima vitia sua nec obser... at, nec excutiant.

In vestitu moderatio. CAP. XXXIV.

...T autem in apparatu conuiuii spectanda frugali- *Vsus rerum spectandus.* tas ac victus temperantia: ita quoque in vestitu ...cultu corporis eadem habenda moderatio, sic vt ...hil ad luxum vanamque ostentationem sed omnia ...naturæ necessitatem, vsumque vitæ ac commodi... ...em referantur; quibus si accedat decor & orna... ... non prorsus exquisitus, omnia tolerari posse vi... ...o. Quum autem sexus fœmineus præ cæteris ex *Fœmina cultus auidae.* ...liri comique gestiat, ac decentius ornari, quo ve... ...statem formæque gratiam sibi conciliet, Petrus *1.Pet.3.* ...ostolus matronas commonefacit, ne immodicos ...ntus impendat mundo muliebri, ne crispis intor... ...que crinibus, non auro, gemmis, torquibus, ar... ...llis se oculis spectantium exponant, sed habitu ...odesto, cultuque sobrio ac minus operoso maritis ...s gratificentur, illorumque fauorem ac beneuo... ...ntiam captent, vt veteres illæ Heroinæ Rachel, *Genes.16.* ...ra, Rebecca, Susanna factitabant. Multos autem

Profusio vitanda. noui & nostra & auorum memoria, qui sumtuoso vestitu eoq. subinde adscitis exoticis quibusdam formis renouato, deniq; operoso ferculorum apparatu ad mendicitatem atq; inopiam redacti sunt, irrisi etiam ab illis, qui ipsis ad profundendum patrimoniũ fuerunt adiumento, & qui dolis, technis, fraude, fallaciis, captionibus ab iis aliquid corraserant, adeo vt ne teruncium quidem impederent subleuandis miseris, quos ad xenodochium redegerant, & extremã rerum penuriam. *Æs alienum conflatum.* Ceterum cum tot passim conspiciantur prodigi ac decoctores, rerumq; suarum ꝓfusi, atq; alieni appetentes: nulli mirum videri debet tam multos passim obuios obæratos, atq: ære alieno oppressos non solum plebeios ac populares, sed proceres etiam aulicos & heroes gestamine Regio insignitos, qui defraudatis nonnunquam pupillis ac viduis, à quibus pecunia corrasa est, nulli quidquam numerant ne viui quidem, nedum mortui, cum plus quam animam habeant oppignoratam ac creditoribus obnoxiã ita, vt mox ab exstincto corpore omnia eorum bona præconis voci subiiciantur: ac creditores de præferentia decertent.

Nemo sortem sibi designatam despiciat.

CAP. XXXV.

Sua cuique sors placeat. EA sorte ac conditione, quæ tibi in hac vitæ statione atq; orbis huius theatro obtigit, contentus esto, eamque pro tempore moderate feras ac toleranter, quamcunque etiam personam sustineas, quo loco, quoue ordine ac statu consistas. *1. Cor. 7.* Exigit tale quiddam à Corinthiis Paulus inducto in concionem ingenui ac serui circumcisi ac præputiati, nupti innuptiq. exemplo, ac singulos hortatur, vt æquo animo sortem suam perferant, nec ob vllam vitæ conditionem à suscepta semel religione Christiana deficiant. *Quisq. in sua vocatione consistat.* *1. Tim. 6.* Esse enim, vt apud Timotheum profert, vberem magnumq;

umque quæſtum pietatem cum animo ſua ſorte
ontento. Sunt autem nonnulli, quos cum conditio- *Inconſtantia*
s ſuæ pœniteat ac ſtatus in quo verſantur ſit per- *improbatur.*
ſum; illum immutari exoptant, atq; in alium ma-
s idoneum transferri, quod ſi ex animi ſententia
t pro voluntate obtineri nequeat, aut non pror-
s expediat, non eſt quod ſe macerent aut mœrore
onta beſcant, ſed omnia placide ferant ac ſedate,
ec Deo rerum omnium moderatori repugnent aut *Deus rerum*
loquantur, qui ſingulari ſua prouidētia mundum *moderator.*
unc adminiſtrat, rebuſque humanis optime con-
lit, non ſolum, vt Cicero ait, vniuerſis ſed ſingulis.
uod etiam Dauid multis locis inculcat: tum præ- *Pſal.32.*
oue, cum inquit, qui fingit ſigillatim corda ho-
inum, qui intelligit omnia opera eorum. Quo-
rca hoc perſuaſum eſſe cuique decet, Deum rerum
mnium eſſe moderatorem, ac nihil non geri eius
bitrio, nutu, voluntate; denique obſeruare, qualis
uiſque ſit, quid agat, quid committat, qua mente,
uo affectu ac pietate religionem colat, quid cuique
xpediat, aut ſit ſalutare. Quamobrem ſi quando
on omnia votis noſtris reſpondent, atque optata
os fruſtrantur, quiſque tamen in ſua vocatione,
uam illi aſſignauit Deus, ſubſiſtat, donec fauor
t benignitas ſummi Patris aliud de rebus illius ſta-
uat. Ipſe enim pro voluntatis ſuæ imperio vices
erum humanarum mutat atque ordinem inuertit.
pſe erigit à ſordibus abiectos, illoſque illuſtrat di-
nitate, honore, potentia. Ipſe arrogantes atque *4.Reg.28.*
latos faſtuque turgidos deiicit, atque è felicitatis *Eſai.38.*
olio deturbat. Ipſe mulieres ſteriles & effœtas, fœ- *Ioſu.10.*
undas efficit ac numeroſa prole geſtientes. Quo- *Pſal.110.*
irca quiſque placide ſuam ſortem perferat melio- *Pſal.112.*
is aſſequendæ ſpe ac fiducia, totuſq; Deo innitatur,
q; in illo conquieſcat, cui potiſſimum rerum huma-
arum cura incumbit. Quo ſpectat illud Eſaiæ c. 38.

Esaiæ locus explicatus. Hæc dicit Dominus Deus sanctus Israël: In silentio & spe erit fortitudo vestra. *stvucht endaverwacht.* Quibus verbis turbulentis & inquietis animis diffidentiam excutit, atque hortatur, vt ipsi tacite ac secure exspectent Dei opem ac subsidium: futurum enim vt suo tempore consequantur quod optant, modo ne diffidant illius promissis: tametsi autem aliquando serus auxiliator, non frustratur tamen anhelantes auida sua spe atque exspectatione. *Serm. 1. Sat. 1.* Quum autem Horatius rerum humanarum obseruator curiosus perspexisset homines in ratione atque instituto vitæ quod semel essent amplexi, tam inconstanter ac turbide iactari, nec vllam illorum animis inesse firmitatem & constantiam, sic vt suam quisque conditionem fastidiat, ac cum alterius immutare exoptet, mercator, miles, agricola, iurisperitus. Sic enim sciscitatur,

Satyr. 1.

Qui fit Mæcenas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?

Quod postmodum eleganti prouerbio prosequitur ab armentis desumta Metaphora,

Lib. 1. Epist. 14

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Nostri nosmet pœnitet. Quo notat humanis ingeniis insitum, vt propriæ sortis pœniteat, eamque cum aliena mutatam cupiat. & inexperta expertis ducat potiora, huius inconstantiæ ac leuitatis, qua mens fluctuat, rationem alio modo subiicit ex oblectatione ruris atque vrbis exorta altercatione. Alter enim res vrbanas populiq; frequentiam ac strepitum laudabat, alter solitudinem ac res rusticas, syluarumq; amœnitates duxit potiores. Sic enim inter se disceptant,

Epist. 14. Animi inconstantia.

Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum,
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus vterque locum immeritum caussatur inique
In culpa est animus, qui se non effugit vnquam.

Recte mea quidem sententia Poëta animum accusat, atque

que omnem culpam in illius temeritatem atq. in-
ſtantiam reiicit. Quum enim animus humanis af-
ctibus, non ratione ducatur, ac non ſecus, quã na-
s æſtu mariniſq; fluctibus, agitetur omni momen- *Simile ab æſtu*
in diuerſa rapitur ac varias cogitationes concipit, *maris.*
io fit, vt quodcunque vitæ aut inſtituti genus am-
ectatur, non ſtabiliter in eo perſeueret, ſed identi-
em aliud quoddam meditetur: quod futurũ ſperat
ommodius, cum ſtatus aut conditionis mutatio af-
ctus non excutiat, aut curas eximat, vt quas non
bus, ſed animis hominum ineſſe conſtet. Siue enim
litudo in frequentiam cuiq; permutetur, aut pau-
ertas in opulentiam rerumque omnium copiam
ansferatur, nihilo futurus eſt animus pacatior, ꝙ
rbidos animi motus rationi minus obſequentes
on exuat. Simile autem quiddam huiuſmodi ho-
ninibus euenit (vt Plutarchus & Baſilius teſtantur) *De tranquilli-*
uod iis, qui Oceano vaſtoque mari ſe committunt, *tate animi.*
t in optatum aliquem portum ꝑuehantur. Illi enim
on minus in magna, quam parua naui nauſea, ver- *De vita ſolita-*
gine, vomitu affliguntur ſic, vt nec in hac aut illa *ria.*
s remittatur vomendi deſiderium: quoniam bilis
pituitæ in corpore redundantia vtrobiq; illos co-
itatur. Sic in mutando vitæ inſtituto nemo con- *Simile ab eis*
equitur animi tranquillitatem, niſi prorſus affectus *qui in mari*
xcutiat, ac ratione omnes ſuas actiones modere- *iactantur.*
ur. Vnde appoſite Seneca: Primum argumentum
ompoſitæ mentis exiſtimo, poſſe cõſiſtere ac ſecum
norari, quocirca gaudeo, inquit, Lucilli, te non diſ- *Ad Lucilium*
urrere aut diuagari. Nuſquam enim eſt, qui vbique *Epiſt. I.*
ſt. Quamobrem nihil prodeſt mare traiicere, aut vr-
es mutare, aut modo hanc, modo illam ſtationem
onſectari. Si vis iſta quib. vrgeris, effugere, non alibi
is oportet, ſed alius, h.e. mentem compone, affectus
itioſos excute, ratione, conſilio, prudentia omnes
ctiones tuas ac ſtudia moderare. Etenim, vt is ait,

Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.

Quid mentem stabiliat. Ceterum aduersus tumultuosos affectus, qui anim in varias diuersasq; partes distrahunt ita vt leui mo mento à suscepto consilio resiliat, verbo Dei eiusq salutari doctrina depugnandum est. Hæc enim vagu ac palabundum animum stabilem præstat, suaq; for ac conditione contentum, sic vt eam nec deserat, ne fastidiat, aut alteri ambitiose nimisq; auide inhiet.

Improborum consuetudinem ac familiaritatem vitandam.

CAP. XXXVI.

IMproborum commercia vt pestem fugito. Sumun *Lib. 3. de Ira.* tur enim, vt testatur Seneca, à conuersatione mo res, atque vt contagiones in corpus, ita vitia verbis i animum transiliunt, mentemq. contaminant. Sic v non tam valetudini prosit aura salubrior, quam ani *Probis quisque assuescat.* mis parum firmis in bonorum contubernio versari Documento sunt immanes ac feroces belluæ, q̃ con suetudine conuictuq; hominum mansuescunt ac ci curantur. Quemadmodum & probitatis conditio, vt suos sectatores virtute imbuat, integrisque moribus exornet: ita quoq. improbitati ac nequitiæ insitum, vt suos cultores deprauet ac vitiis contaminet. Quo- *2. Cor. 15.* circa Paulus Apostolus, ne quem abduci contingat à veritate, à salutis spe, à fiducia consequendæ immor- talitatis, à morum integritate, studiose commone- facit pietatis cultores, ne eam opinionem mente cō- cipiant, vt sibi persuadeant, nihil superesse hominis à morte, sed quicquid est huius opificii, prorsus vt *Improbi vitandi.* muta corpora interire, quod impii atq; à DEO alieni sedulo imprudentibus inculcant, ac pernitioso dog- mate mentes dubias à salutari doctrina à re certa ac minime ambigua auertunt. Quamobrem modis o- mnibus abducit Christianos Apostolus ab illorum conuersatione, qui parum cautos subdola doctrina in errorem pertrahunt: sic enim Menandri Senariolo exhortationem suam illustrat:

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Lin-

Linguam cohibendam non solum ab obscœnis verbis, sed etiam odiosis.

CAP. XXXVII.

QVum autem à Christo culpari audiamus verba otiosa, hoc est, infrugifera, superuacanea, friuo-a, futilia, quæq; nulla vel audientis vel proferentis vtilitate proferuntur, sic vt de iis in die iudicii ratio-nem sit exacturus: quanto magis, vt Paulus ait, de-testandi sermones spurci & scurriles, obscœna festi-uitas, facetiæ illiberales, vrbanitas indecora, quæ mo-rum integritati impense officiunt? deniq. scommata dentata, sermones mordaces, quæ cũ acrem sui me-moriam in animo relinquant, atq. aculeum, vt auo-lantes vespæ, infigant, odiorũ ac simultatum fomen-ta ministrant, sic vt res aliquando reciproca dicacita-te ac figuratis obliquisq. dicteriis vltro citroq. retor-tis, in cruentum certamen deueniat, atque instigan-tibus nonnullis, acerba odia, irasq. implacabiles su-scitet, quæ intimo animo conceptæ ac cordi tenacius impressæ, tum maxime recrudescunt, cum obliteratæ atq. expunctæ videbantur penitusque obliuioni da-tæ. Displicent autẽ supra quã dici queat Paulo Apo-stolo dissidia ac maledicendi rixandiq. rabies, ac stu-diose commonefacit Galatas, vt ab iis vitiosis ac te-terrimis affectibus abstineant, nec patiantur inter se incrudescere morsu: dentatos ac virulentos, nec vlla conuicia aut obtrectandi libidinem, nec tum al-ter alterũ arrodit, mordet, exagitat, alius aliũ bellua-rum ritu consumat ac dilaniet. Idipsum agit apud Corinthios, quos amanter per nomen Dei Iesu Chri-sti ad mutuam concordiam inuitat, illosq. hortatur, ne odiis ac simultatibus inter se dissideant, sed con-sentiant, sintq. eadem mente eadẽ sententia. Sumit hoc exemplum Paulus à Christo, qui tot modis suis dilectionem ac caritatem mutuam inculcat, quæ vna est vinculum perfectionis, ac vna multarum legum.

Matth. 12.
Otiosa verba quæ.
Ephes. 5.
Sermo scurrilis vitandus.
Dentati morsus vitandi.
Gal. 5.
1. Cor. 1.
Simultates vitandæ.
Ioan. 15.
Coloss. 3.
Ephes. 4.

Nihil enim opus legum calcaribus, vbi expromta
beneuolentia, atq. erga proximum ardens suiq; pro
diga Caritas. Quoniam autem ex incontinentia li
guæ, funestæ tragœdiæ ac graues tumultus exori
solent, præsertim cum alter in alterum virus acerb
tatis suæ euomit: salubriter Colossenses Paulus in
stituit. & quæ moderatio verbis adhibenda, obit
indicat: Sermo vester cum omni gratia sit sale cond
tus, vt obseruetis qua ratione oporteat cuique re
spondere, hoc est, sermo non sit in lætitiam aut ic
cum effusior, ne in lasciuiam recidat: ne seuerus, a
sper, amarulentus, ne audientes offendat, abigat, a
lienet. Omnis oratio humanitatis gratiam resipia
ac prudentiæ sale sit condita. Vnde etiam in Episco
pis & ministris Ecclesiæ exigit mansuetudinem a
lenitatem, nec sustinet subditos obiurgari inclemen
tius asperiusq. tractari. Quum vero Paulus in omn
actione vitæ, in dictis ac factis omnia ad decori atq
honestatis amussim exigat ac metiatur, ipsaque lin
guæ intemperantia, præter obtrectationem & male
dicentiam, præter calumniam & conuicia, turpitu
dine ac verborum obscœnitate synceras purasqu
mentes inficiat: hæc quoque vitia animis hominum
eximere studet. Sic cum linguam Ephesiorum for
mat, ac mentem componit, Nullus, inquit, sermo
spurcus, aut vitiosa oratio ex ore vestro prodeat, se
quæ bona est ad ædificationem, quoties opus est
vt det gratiam audientibus, hoc est, vt instruat au
ditores, vt aliquem fructum atque vtilitatem illi
conferat. Et quoniam vitia omnia inter se connexa
sunt, atque aliud ex alio pullulat, quo nihil mali in
animis hominum resideat: Omnis, inquit, amaru
lentia, tumor, ira, odium, vociferatio, maledicentia
tollatur à vobis cum omni nequitia. Estote autem
alii in alios benigni, misericordes, condonante
vobis inuicem, quemadmodum & Deus per Chri
stum

Cap. 4.

Lingua cohibenda.

Pauli salubris exhortatio.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Paulus in omnibus decorum obseruari vult.

Cap. 4.

Vitium vnum ex alio pullulat.

Beneuolentia alterius erga alterũ fouenda.

tum condonauit vobis. Idipſum etiam prolixe Ro- *Cap.12.*
manis inculcat, ac præcipit vt dilectio non ſit ſimu-
ata, vt odio proſequātur quod malum eſt. vt per fra-
ernam caritatem ad mutuo diligendos ſint propen-
i, vt honore alius alium præcedat, hoc eſt, in exhibē-
o ſubſidio ac præſtando officio alius alium vincat,
t tempori ſe accōmodent, vt ſpe ſe fulciant, vt bene *2. Cor.8.*
quantur de iis, qui illos inſectantur, nec male pre *Heb.12.*
entur aut diris deuoueant, vt eodem animo alii in *Deut.32.*
lios ſint affecti, ne arroganter de ſe ſentiant, ne ma-
ũm pro malo rependant, vt cedant iræ, nec ſeipſos
lciſcantur vt inimicum officiis pietatis obrutum ad
edamandum inflamment. Hoc eſt enim vrere aduer- *Prouerb.25.*
rium, ac carbones ignis coaceruare in caput illius.
Quocirca inter alia quæ fuſe commemorat: par eſſe
enſet, vt quiſq; omnia humanitatis officia in omnes
xerceat, ac ſingulis ſit expoſitus. Multum enim, Ci- *Lib.1. Offic.*
erone teſte, conciliat hominem homini affabilitas *Humanitatis*
omitasque ſermonis, atque obſequium, beneque *officiis inter ſe*
erendi ſtudium amicitiam parit ſtabilem ac diu- *certent Chri-*
rnam, quæ cum inter Ethnicos mutuum amorem *ſtiani.*
oueat, illam decet eſſe ardentiorem in iis, qui Chri-
i fœdere ſunt deuincti.

In verbis omniq; actione vitæ deteſtabilis fucus & ſimulatio.

CAP. XXXVIII.

VEra ſemper proferre condiſcas. Nam mentiri,
perplexe, intricate, confuſe, titubanter, ſimula-
loqui ac tergiuerſari ſeruile eſt, ac libero homine
dignum. Quocirca grauiter & ſeuere Paulus Apo- *Philip.4.*
olus: Quæcunque ſunt vera, quæcunque decora & *Pauli ſalubris*
oneſta, quæcunq; iuſta atque æquitati conſentanea, *exhortatio.*
æcunq; pura ac ſyncera, quæcunq; ad alendam cō-
rdiam accommoda, quæcunq; boni nominis, hoc
t, laudabilem famam atque exiſtimationem conci-
ant, ſi qua laus, hoc eſt, ſi quid virtuti coniunctū ſit
laudabile: hæc cogitate, hoc eſt, hæc vobis cordi

ſint, hæc animis veſtris continenter imprimite, hæc oculis aſſidue obuerſentur, hæc menti penitus in[fi]xa ſint, eaque pro virili contendite aſſequi, ac v[ita] moribuſq; exprimere: & Deus pacis erit vobiſcu[m]. Siquidem vt idem ait: Iis qui diligunt Deum, omn[ia] adiumento ſunt in bonum, hoc eſt, felicem ſucc[eſ]ſum conſequuntur.

Rom.8.

Philautia, hoc eſt, cæcus amor ſui excutiendus, atq; inanis [do]ctrinæ perſuaſio. CAP. XXXIX.

CVm non minimum officiat ſtudiis eorumq; pr[o]greſſum retardet, ac remoretur maturius conc[e]pta eruditionis opinio: cum primis cauendum ne in literarum ſtudiis vel quauis arte quã tibi perdiſ[cen]dam proponis, eam perſuaſionem mente concipi[as], vt illa te aſſequutum exiſtimes, à quib⁹ es remoti[ſſimus] aut quæ tibi ſunt incognita parumq; explorata. Su[nt] enim plerique philauti, hoc eſt, ſui amantes, qui ſi[bi] de eruditione plaudunt ac blandiuntur, nec qui[d] ad conſummatam vel doctrinam, vel pietatem dee[ſſe] opinantur atque ad metam deueniſſe ſe, quum [vix] medium iter ſint emenſi: quo efficitur vt multa pr[æ]clara ingenia rebus maximis deſtinata, nunquam [ad] ſumma deueniant. Quod cum Fabio eſſet perſpe[ctum] hoc in primis à profeſſoribus exigit, vt aut ſint er[u]diti, aut ſe non eſſe agnoſcant. Nihil enim peius [iis] qui paulum aliquid vltra primas literas progre[ſſi] falſam ſcientiæ perſuaſionem induunt, nam & pr[æ]cipiendi peritis cedere non dignantur, & iure qu[o]dam poteſtatis, quo hoc genus hominum intum[e]ſcit, magno ſupercilio imperitiam ſuam aliis [in]cant. Non deſunt etiam noſtra ætate, qui impu[den]ter ad concionandi munus aſſiliunt, cum in hac [pa]læſtra ſint exercitati, nec vllis inſtructi dicendi vi[ri]bus, nulla rerum cognitione imbuti, nulla ſacrar[um] literarum peritia inſtructi. Quo fit, vt auditores au[] di nullo ſalutaris doctrinæ pabulo reficiantur, nul[]

Doctrinæ perſuaſio abolenda ex animo.

Lib.1.cap.2.

Ludimagiſtri imperiti.

Concionatores [indo]cti.

conc

...ncipiant verbi Dei solaria, nulla animæ fomenta,
...l tantum meras nugas atque aniles superstitiones
...bibant. In eundem ordinem illos refero, qui nec
...ione nec experientia fulti, medendi prouinciam *Medici imperiti.*
...i adsciscāt, artemq; medicam magno mortalium
...rimento, ac valetudinis iactura exercent. Cum i- *Opinio scientiæ tollenda.*
...ue tantum damni adferat fœcundis ingeniis ina-
...suiq; ostentatrix doctrinæ persuasio: modis omni-
...s enitendum studiosis, qui solidam eruditionem
...ectant, vt adscitis omnibus præsidiis, ac studiorum
...miniculis ad summa properent, sublata reiectaq;
...ni adeptæ eruditionis opinione, adeo vt si aliquo
...; sint progressi, non temere ab incepto desistant,
... pedem referant, sed tantisper progrediantur
...n metam attigerint, decursoque spatio palmam
...sequantur, aut illi proxime adsistant. Nunquam
...ta illa & præclaris ingeniis damnosa opinio men-
...oncipiatur, aut animo insideat, vt cum adhuc
...imine primoque aditu ac vestibulo eruditionis
...sistas, iam perfunctum te discendi munere exi-
...es, eaque adsequutum, à quibus longo inter-
...o absis ac sis remotior. Ea enim persuasio hoc in
...nis hominum efficit, vt longe citra metam desi-
...nt, omniaq; remissius agant, nec progrediantur,
...ocordes & ignaui, qui cum in stadio decurrant,
... alacriter nec expedite ad palmam properant, sed
...nde respectantes restitant, palmamq; sibi inter-
... patiuntur, magno suo pudore & dedecore. Hac *Philip. 3.*
...em in re Pauli exemplum imitari par est, qui in *Pauli locus elucidatus.*
...tione Apostolica atque illustranda propagan-
...ue doctrina Euangelica, in qua omnium salus
...sistit, ingenue quidem fatetur se non adsequu-
..., quod consectaretur, verum nulla interposita
...a aut cunctatione, viriliter cursum suum perfi-
..., totoque conatu ac molimine iuxta præfixum
...um eniti ad supernæ vocationis palmam

hoc est, beatitudinem quæ à Deo per Christum cui proposita est, sic vt ipse quæcunque à tergo transmissa essent, quibusque perfunctus videbatur, obliuisceretur, nec ea prorsus in mentem reuocaret, ad ea vero alacriter totoque impetu se conferret, quæ à fronte essent, atque adhuc peragenda restarent, posthabitis reiectisque omnibus, quæ illum ad metam præfixam, ac præmium immortalitatis properantem possent remorari. Huc spectat illa Christi concio: Nemo qui admota manu aratro post tergum respexerit, aptus est regno Dei. Qua similitudine desumta ab arandi colendique agri industria, commonefacit suos vt in salutis negotio quod quisque est aggressus, semel arripuit, persistat ac progrediatur, donec summum sit assequutus, nec deflectat animum ad res fluxas ac caducas, aut ab incepto resiliat, aut aliorsum rapiatur: sed rem bene incoatam perficiat. Damnosa est enim in re salutari ac seria tarditas, ac procrastinatio atque in suscepto negotio lentus progressus ac minus alacris. Paulus quoque huiusmodi itinere accincto non vult cursum impediri, vllamq; moram iniici, exemplo desumto ab iis, qui in populari certamine præmium affectant, quorum nemo non paratus sit omnia aut facere aut pati, vitamque suam pro laude pacisci, quo palmam plausumque populi assequatur. Horatius poëta quidem ethnicus, sed optimus morum institutor, cum obseruaret quantum damni afferret rebus gerendis tarditas, & cunctatione infami desumit exemplum exhortandi ad res salutares ac fructuosas:

Luc. 9.
Christi salutaris concio.
1. Cor. 9.
Simile à pugilibus.
Virgil. lib. 1. Æneid.
Lib. 1. Epist. 11
Exemplum à grassatore nocturno.

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Vt teipsum serues, non expergisceris? atqui
Si nolis sanus, curres hydropicus, & cur
Quæ lædunt oculos, festinas demere, si quod
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Eandem

...andem sententiam sic exprimit Ouidius: Lib. 2. de Remed. amor.

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora leuabis aqua.
Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.

...hristus quoque in eodem argumento versatur, no- Matth. 24. ...amq; industriam acuit, atque ad excubias quemq; Luc. 12. ...stimulat à villicis iniquis parumq; fidis, à furibus ...nocturnis perfossoribus, pducta parabola. Vt n. illi ...s commodis intenti sunt, ac quamuis occasionem ...ptant, vt aliqd corradant, aliquid suffurentur, atq; ...ena depeculentur: ita par est vt quisque saluti suæ ...uigilet, nec elabi sinat commoditatem, qua tempe... ...ue ac suo tempore ea sibi comparare possit, quæ sa... ...aria sunt, mentique atque animo profutura.

...amiliarium atq; amicorum habendum delectum ac discrimen.

CAP. XL.

...E quosuis temere nulloq; delectu & discrimine in familiaritatem adsciscas, sed eos quorum ex... ...rata est virtus, ac spectata vitæ probitas. Id monet ...uerbium: Ne cuius dexterā inieceris. Quod Bel... ...e sic effertur, *Siet wie ghy by der handt neempt*, desum... ...similitudine à choreis ac tripudiis. Nam iuuenes ...adeunda saltatione non cuiuis manus porrigunt, ...iudiciū delectumque puellis adhibēt vel plebeiis ...patriciis: quod etiam in vitæ societate ac contra... ...nda amicitia cum primis obseruandum. Sunt enim ...nnulli rerum humanarum imperiti, qui cum sin... ...ros amicos à fucatis discernere nequeant, quosuis ...discriminatim in familiaritatem intimam admit... ...nt etiā inexploratos, quos postmodum sycophan... ...experiuntur atq; impostores. Quocirca vt omni... ...s fidum te præbere decet: ita nemini temere fi... ...re, nisi vt habeat prouerbium, cum quo modium ...is consumseris, hoc est, diutinam vitæ consuetu... ...nem habueris, ac cuius mores atque ingenium

Amicorum habendus delectus.

Prouerbium à tripudiis desumtum.

Non cuiuis fidendum.

Eccles. 8. cognitum exploratumque habeas. Quo spectat illu[d] sapientis Hebræi: Extraneo ne arcana commiseri[s] nescit enim quid pariat, hoc est, quid monstri ala[t]. Non cuiuis homini mentem tuam patefacias, ne for[...]

Amicitia immortalis esse debet. te falsam gratiam tibi referat, & postmodum conu[i]cietur tibi. Hominum autem leuitas & inconstanti[a] efficit, quo minus amicitiæ fœdera sint perpetua[,] multique hac de caussa sibi persuadent ita habend[os] amicos quasi aliquãdo inimici sint futuri. In host[es] quoque atque inimicos ita exercendas simultates a[t]que odia quasi diluta suo tempore inimicitia in gra[tiam] fidamq; vitæ societatẽ sint recipiendi. Sic Ma[r]tialis deterret à nimis arcta vitæ consuetudine:

Lib. 12.

Si vitare velis acerba quadam,
Et tristes animi cauere morsus:
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Inimicitia mortalis esto. Non est tamen à ratione aut humana natura alien[a] illorũ sententia, qui censent simultates atque inimi[ci]tias debere esse mortales; Amicitias vero, quæ fid[e] quadam animorum societate, ac voluntatum con[]sensu constant, sempiternas. Neq. enim effugiunt le[]uitatis atq. inconstantiæ crimen, qui temere amiciti[æ] vincula dissolui patiuntur. Quocirca Cicero cen[]set amicitias quæ minus probentur, sensim diffluen[]das, non violentius præcidendas.

Offic. 2.

Ne temere te cuiquam sponsorem offeras.

CAP. XLI.

Sponsioni damnum subest. NE præcipitanter & inconsiderate te cuiuis spon[]sorem offeras, Sponsioni enim noxa præsto est. Nam qui pro altero fidem suam interponit, pericu[]lo se obiicit. Altero enim fallente, plectitur vades, il[]liq; exsoluendum quod pro alio spopondit. Quoci[r]ca Salomon rerum humanarum peritissimus filium à sponsionis facilitate deterret: Filii mi si spopõder[is] pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam,

Prouerb. 6. Salomon à spondendo deterret.

am, illaqueatus es atq; irretitus verbis labiorum orũ captusq; sermonibus propriis, quamobrẽ pro- re, inquit, efficito vt liberari possis à manu proxi- i tui. Ceterũ nõ nimis rigide istud obseruari debet, nonnunq̃ in vrgentissimis caussis, amicis obsequi nueniat, atq; iis quib. naturæ legibus sumus obstri- gratificari, nostramq; fidem ac facultates nõnun- am etiã vitam pro iis exponere: sic tamen vt nem o orũ caussa à recto dimoueatur, nec quid agat quod nestati sit contrariũ, quemadmodũ monet puer- i, obtemperandum amico, sed vsq; ad aras, hoc est, n transilias religionis iura, neq; enim fas est amico sequi conscientiæ damno aut pietatis iactura. *Amicis quatenus obsequẽdum.*

Assentatores quos vulgo Pluymstriickers *vocant, vitandi.*

CAP. XLII.

Vm assentatio atque adulandi peritia, seu potius vafricies, artificiosa quodam verborum aucupio mini minime fucato facile imponat: cõmonitum volo, ne assentatori aures patefacias, aut eius blan- mentis ac lenociniis deleniri te patiaris. His autem tis syncerum fidumq; amicum ab improbo & fu- o adulatore discernas. Ille enim libere ac graui- r, cui optime consultum cupit, officii sui commo- facit, quod Salomon in præcipua amicitiæ parte locat: iste scite assentatur ac palpat, singula appro- t, applaudit audientis erroribus, omniaque donat us auribus, ac nonmodo ad voluntatem sed etiam nutum ac vultum verborum blandimenta accom- odat. Exprimit huius conditionis homines graphi- apud Terentium Gnatho, qui parasiticam disci- nam instituit, & qua ratione animos hominum si- deuincire soleat, his versibus indicat: *Assentator perniciosus.* *Adulatoris & amici discrimen.* *Prouerb. 27.* *Esai. 30.* *Eunuch. act. 2. Scen. 2.*

genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
c sunt: hos consector, hisce ego non paro me vt rideant:
l his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul;
uicquid dicunt, laudo; id rursum si negant, laudo id quoque. *Parasiti conditio.*

Negat nego, ait aio: postremo imperaui egomet mihi
Omnia assentari. Is quæstus nunc est multo vberrimus.

Parasitorum infida amicitia.

Ars veteratoria.

Insidiosa ciuilitas.

Quocirca cum omnib' detestabilis sit & ociosa adu-latrix blandiloquētia, quamlibet tenuis sit atq; angu-sta res familiaris: nunq̃ te vlli parasitum Gnathonem-que præbeas, aut assentari in animũ induxeris. Pari quidē aurium titillatio fauorē nōnullorum, sed eua-nidũ minimeq; diuturnum. Emergit aliquãdo ex e quæstus vberrimus, verum infamis ac probro coiun-ctus; postremo vbi fucus detegitur, artifici damno sus, sic vt nemo ingenuus ac liberaliter educatus hã notam sibi imprimi sustineat. Assentatoribus affine sunt veteratores quidã & versipelles, qui vulpina cal-liditate atq; astutia ad circumueniendos fallendosq; simplices miris strophis ac technis sunt instructi, atq; hominum facultatib' & vxoribus, vt hyenæ & croco-dili inhiant, in speciem primaq; fronte blandi, sed qu postmodum damna inferant, ac perniciem moliãtur. Sunt huius farinæ subdoli quidam & versuti, sed mi-re officiosi, atque ad omne obsequium parati, qui e consilio, eaq; mente atq; intentione se in familiarita-tem ac vitæ consuetudinē insinuant, quo aliquid ab iis corradant ac compilent. Nã captata vndiq; oppor-tunitate ad conuasandum aliquid oculos manusque habent intentas. Quocirca non temere cuiuis fidem dum, nisi edito fidei ac probitatis specimine.

Præcepta quædam ad bene beateq́; viuendum accommoda.

CAP. XLIII.

Quibus rebus constet vita felicitas.

CVm multa tradantur à viris disertis ad bene bea-teq; viuendum documenta, tum Martialis quæ-dam complexus est ab honestate non prorsus aliena, quibus velut indice demonstrat, qua ratione vita commoda transigi possit, ac non modo corporis va-letudini, sed mentis etiam tranquillitati consuli. Sic autem ista prosequitur:

Lib. 10.

Vitam quæ faciunt beatiorem,

Iucun-

Iucundissime Martialis, hæc sunt.
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, sine arte mensa,
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis thorus, attamen pudicus:
Quod sis esse velis, nihilq; malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

…s vitæ commoditates, si non prorsus ex voto aut a-…mi sententia obtinere queas: non est ꝙ te maceres …t mœrore conficias, sed ad Dei voluntatem, eiusq; …ouidentiam, q̃ vna est rerum humanarum modera-…x, omnia referas, ꝙ etiam factitauit Dauid in iis, q̃ …i obuenire soleant, prospera vel aduersa, quorum …hil non eius potestati subiicit, nullo casus aut for-…næ respectu: sic cum omnem vitæ decursum illi at-…buit, in manibus tuis, inquit, tempora mea, hoc est, …o tuo arbitratu nostra omnia decurrunt. *Dei prouidentia rerum moderatrix.* *Psal. 30.* *Pii fortunam non agnoscunt.*

De exercitatione qua defatigatæ vires instaurantur cum animi tum corporis. CAP. XLIV.

…Vm natura humana subsistere nequeat, nisi sub-…inde respiret atque aliquo laxamento reficiatur, …onnulla illi laboris relaxatio indulgenda, ne corpo-…s animique vigor flaccescat, atque immodica occu-…tione obruatur. Vt autem somnus placidus ac tem-…stiuus membra lassa ac labore confecta instaurat …reficit: ita quoque animum studiis aut lucubrandi …olestia defessum, spiritusque exhaustos ac sopitos …igit reparatq; intensionis remissio. Veteres si quã-…o à Reip. functionibus, ac forensi negotio conquie-…ere licuit, rerum rusticarum amœnitate se oblecta-…unt, atq; ex agriculturæ studio non minus commo-…, quam voluptatis ceperunt. Nam præter syluas *Respiratio à labore vtilis.* *Agricultura oblectans.*

& viridaria adſpectu gratiſſima, præter loca conſi
ſeptaque arboribus atq; ornata virgultis, præter vi
larum ac prædiorum commoditates amœnosque ſe
ceſſus. & feraci ac bene culto fundo, ex ſpecioſa me
ſe, prouentuque annuo quæſtum conſecuti ſunt cu
iuſtiſſimum tum vberrimum. Vtilitas enim honeſta
ti ac iuſtitiæ coniuncta à nullo improbari poteſt. O
Lib. 1. Offic. mnium ſiquidem rerum, vt teſtatur Cicero, ex quib
aliquid exquiritur, nihil agricultura melius, nihil v
berius, nihil homine libero dignius. Sic, vt Heſiodu
ſenſerit, nihil eſſe tam regale & magnificum, quam a
grum colere, ac ruſticandi ſtudio occupari.

Agricola nunquam otioſus. Quocirca veteres Romani vrbem peroſi tanquam
ex vinculis extracti, rus ſe cõtulerunt. Hic enim mul
ta ſe offerunt, quibus ſtatis vicibus poſſis oblectari
Nunc enim putandis truncandisq; arboribus ſe tem
pus offert & occaſio: nunc inferendis in alienam ar
borem ſurculis ver blandum inuitat: nunc tempeſti
uum vineas colere atque adulta vitis propagine altas
maritare populos:

Horat. in Od.

Virg. 1. Georg.

Nunc captare feras laqueo, nunc fallere viſco,
Atque etiam magnos canibus circumdare ſaltus,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres.

Exercitationũ multa genera. Eſt autem aucupium & venatio iuuenili atq; adulto
corpori ſalubris aptaq; exercitatio, nec prorſus im-
probanda, modo ne quis nimiũ illi rei ſit deditus, o-
mnemq; operam impendat inſectandis laniandisque
feris, neglectis rebus ſeriis, ac domeſtica adminiſtra-
tione. Oblectare vero ſe tabulis Geographicis, atque
intra Muſæi limites peragrare longe lateque expor-
rectos mundi ambitus, ac remotius diſſitas regiones
oculis ac circino dimetiri potius, quam magna rei
familiaris iactura corpore foris peregrinari animum
Pictura oculos paſcit ac reficit. mirifice reficit. Inter chartas Coſmographicas re-
fero artificioſe elaboratas expreſſasque picturas vel
coloribus adornatas, vel μονοχρωμάτους, hoc eſt,
nudas

nudas nulloque pigmento aut fuco delineatas, quæ non inani spectaculo oculos afficiunt, præsertim si absit superstitio, ac nonnulla ad virtutẽ & pietatem documenta exhibeant, vt sunt ea quæ sacras historias complectuntur. Vnde non inscite veteribus pictura muta poësis dicta: Poësis vero loquens ac viuida minimeque muta pictura: Honesta est autem ac cum primis iucunda Musicæ oblectatio, qua animus vbi languescit, maxime erigitur ac reuiuiscit. Hęc vocum concentu atque instrumentis modulate resonantibus non solum aures sonorum suauitate permulcet, sed sonitu per arterias vndique diffuso spiritus cum vitales tum animales excitat, discussaque animi caligine ac nebulis, mentem agilem reddit atque erectã. Quo effectum est, vt Pythagoras animum cithara excitare soleat, vbi euigilasset, quo esset ad functiones obeundas, ac diurna munia expeditior: & cum somnum peteret, rursus testitudine lenire mentem, quo affectus redderet sedatiores. Sic Epaminondas Princeps Græciæ concinne fidibus cecinesse legitur, totaq; Græcia, Cicerone teste, summam eruditionem sitam in vocum neruorumque cantibus censebat, & qui eius artis esset imperitus, habitus sit indoctior. Sic priscis seculis inter regales mensas Heroum Diuorumque gesta ad lyram decantari solent. Ita apud Virgilium:

Musica mentem obiectat.

Fab. lib. 2. c. 7.

Cic. 1. Tuscul.

Veteres Musices studiosi.

Lib. 1. Æneid.

---- Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem Lunam Solisq; labores;
Vnde hominum genus & pecudes, vnde imber & ignis,
Arcturum, pluuiasq; Hyades, geminosq; Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Non defuisse Hebrææ genti huius oblectamenti vsum, magnisq; viris illam excultam atque in pretio habitam, præter alia, Dauidis historia commonstrat,

Hebræi oblectamenta Musica non respuerunt.

Nam vates ille ſacros hymnos ad lyram decanta-
1 Reg.16. ſolitus eſt, animumq; Saulis furibũdũ ac malign
David inſtru- Genio, atraq; bile exagitatum modulate reſonant
mentis muſicis cithara permulcere, ac Regem ad ſaniorem mente
Deum honorat. reducere. Heliſæus quoq; vates importuna regum
4. Reg.3. interpellatione exaſperatus, accita pſaltria, harmo-
Heliſæus mu- nia cõcentuq; Muſico animum compoſuit, ac depul-
ſica afficitur. ſa omni perturbatione, ſopitiſque affectibus affla-
Eccleſ.32. tu diuino perfuſus, vaticinari incipit, ac tribus regi-
bus euentura prædicere. In conuiuiis quoq. Muſico
adhiberi ſolitos ſacra Biblia paſſim teſtantur. Sic Sa-
Similia ex mu- piens deſumta ſimilitudine à gemmis auro decora-
ſicis ſonis & tis, Sicut Carbunculus, inquit, aurum exornat: Si
gemmis. concentus Muſicorum in conuiuio cum moderat
vini potione; Et quemadmodum, vt idem ait, Sma-
ragdus, cuius pellucidus eſt & inſatiabilis viror, vul-
go Amarant, aurum commendat: ſic modulatio Can-
torum in iucundo conuiuio. Verũ ne quis plus ſatis
huiuſmodi illectamentis inſiſtat atque occupetur
quid huic oblectationi præferri debeat, obiter ita
Eccleſ.40. indicat. Vinum & Muſica mentem ac cor exhilarãt
ſed vtroq. magis ſtudium ſapientiæ. Improbat qui-
Eſaias vino- dem Eſaias vinolentos, & qui comeſſationibus con-
lentos increpat. tinenter addicti, Muſicis inſtrumentis ſuauiter ſe
oblectant, ſed ea ratione, quod nulla iis habeatur
opificis ratio, nec quidquam eorum quib. affluenter
& cumulate fruuntur, ad Deum referant à cuius mu-
nificentia omnia profluunt. Sic enim illis minita-
Cap.5. tur: Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectan-
dum, & potandum vſq. ad veſperam, vt vino æſtue-
tis Cythara, lyra, tympanum, & tibia in conuiuiis ve-
ſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera ma-
nuum eius conſideratis: hoc eſt, non habetis oculos
mentemque in illum erectam, à cuius munificentia
ac liberalitate hæc proficiſcuntur. In eodem argu-
Cap.6. mento verſatur Amos Propheta, qui huiuſmodi mi-
nis

nis lasciuos ac profuse viuentes vellicat: Væ qui opulenti estis in Sion, ingredientes pompatice, qui decumbitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis vestris, qui canitis ad sonitum psalterij, bibentes vinum in phialis, atque vnguento optimo delibuti, nec quisquam vestrum inopum calamitate afficitur, aut condolescit afflictorum miseriæ: nulla habetur tenuiorũ ratio aut respectus, nulla exhibetur Deo tantorum beneficiorum gratitudo. Quocirca oblectamenta Musica, atque inter hæc moderatus vini ac ferculorum vsus, quo spiritus sopiti languidi eriguntur, ac reuiuiscunt, quo fumi melancholici dissipantur, nihil habent vitij, nec ab vllo tetrico culpari merentur, nisi illorum abusu atque assiduitate profunda obrepat diuinarum rerum ac salutis obliuio. Inter exercitationes mitiores, minusq; molestas aut laboriosas, vectiones referuntur, quæ vel equo, vel vehiculo, aut etiam nauigio perficiuntur, nec non ambulationes subdiales, quas hortenses areæ ministrãt. ac longius exporrectæ pergulatæ iugatæq. vineæ sic vt sub fornice viridi ac pampinis virentibus concamerata testudine non minus salubris sit, quam amœna deambulatio. Et si qua forte inter deambulandũ obrepat lassitudo ac fatigatio, non desunt in excultis hortis topiaria, atque vmbracula sub quibus captare opacum frigus, æstumq; discutere liceat. Vbi vero apricari visum sit, atque aëri libero apertoque se opponere, in patenti campo aut eminenti editoque loco id perfici poterit. Vt autem studiosis virisq; politicis inter moderatas ac salubres exercitationes apta est clara ac vocalis lectio, vsusque declamandi: ita validis ac robustis luctatio, balistarum ac paruæ pilæ vsus, Galeno, libello edito, approbatus, certamen gladitatorium & equestre, quibus calor natiuus augescit, ac corpus robur concipit, sanguine per membra vndique diffuso: quo fit vt exercitatis

Amos vinosos vellicat.

Exercitatio minus laboriosa.

Hortorum amœnitas reficit animum.

Æstate opacũ frigus captandum.

Apricari hyeme, peramœnum.

Apta studiosis exercitatio.

calor efflorescat, ac cutis suaui vndique rubore per-fundatur. Ceterū hoc meminerint qui in huiusmodi palæstris se exercent, vt omnia moderate perficiantur, ne agitationes violentæ ac tortuosæ membrorum luxationes inferant, hoc est, ne qua corporis pars à sua sede dissiliat, aut operosius agitato flexoq; in gyrum corpore, à loco dimoueantur. Atqui vt non statim à sumto cibo mēs studiis est defatiganda, quo ventriculus commodius concoctioni insistat, nec diffundi ac dissipari calorem natiuum cōtingat: ita nec liberalius pransis, ciboq. differtis nimii labores subeundi: officiunt enim concoctioni motus violenti & incompositi omnesq; agitationes corporis immoderatæ crudos ac semicoctos cibos in venas rapiunt: qui oborta oppilatione ac putredine, morbis seminaria ministrant. Vetustus ludus Astragalismus seu talorū iactus, qui officulis ouilis læuore perpolitis perficitur Belgæ *Pickelen* vocant, quibus nostrates puellæ nondum nubiles aut maturæ viro lusitant, eosque nouæ nuptæ statim ab inito coniugio despiciunt. Adolescentuli autem Tali quodam genere inter se decertant, quod boum pedibus eximitur, *Coten* Belgæ appellant, eoq; se exercēt certo anni tempore, vt etiam nucibus & crepitaculis, quæ exercitamenta puerilia paulo prouectioribus vilescunt, atque habentur despicata, sic vt iam ex ephebis egressi indecorum ducant, parumq; generosum huiusmodi nugis occupari. Nam puerili more, vt Horat.

Violentus motus concoctioni officit.

Astragalismus quid.

Talorum iactus.

Puerilis exercitatio multiplex.

Lib. Ser. 2. Satyr. 3.

Ædificare casas, plostello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa
Si quem delectat barbatum, amentia versat.

Ceterum diuersi sunt tali ab aleis quæ Belgis *Terlinck* vocantur, nam illi quatuor lateribus constant, alex sex: quarum abusus tum frequens est in tota Europa vt plerique crebro harum vsu patrimonium profundant, exhaustisq; facultatibus ad inopiam redigantur: cum

Alea à Talis diuersa.

m talorũ vſus apud no ad puellas deuolutus, nul-
n rei familiari iacturã inferat: nam illis vel tædium
mporis diſcutiunt, aut ſi quando feriari liceat pro
non magni momenti decertant, nempe caſtaneis,
ellanis, aciculis, fibulis, aliiſque nõnullis apopho-
tis. Trochi autem agitatione ac celerrimo illo tur- *Trochorum agitatio.*
nis in gyrum atque orbem decurſu, adeo vt motus
inſpectum fugiat, fallatque oculos, adoleſcentes ſe
acriter exercent, idque hybernis menſibus, quo in-
leſcant. Quod genus exercitationis veteribus etiã
vſu fuiſſe teſtatur Perſius, illoque ſe ac pleriſque
is impenſe delectatum:

Iure etenim id ſummum, quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in votis: damnoſa canicula quantum *Satyr. 5.*
Raderet: anguſtæ collo non fallier orcæ,
Neu quis callidior buxum torquere flagello. *Orca fictile genus, vt noſtrum in quo nidulantur ſturni, Spreeu Belgice.*

uius puerilis inſtrumenti Virgilius quoque memi-
t, ac Lauinia mentem ex Turni amore furiis agita-
n, elegantiſſimis verſibus turbini componit, eam-
e non aliter rotari, quam trochum flagellis ſcuti-
que hinc inde ſubactam. Belgæ *Top* vocant. Sic au-
n rem proſequitur:

Tum vero infelix ingentibus excita monſtris
Immenſam ſine more furit lymphata per vrbem; *Virgil. lib. 7. Æneid.*
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro, vacua atria circum *Elegans Virg. deſcriptio.*
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur ſpatiis, ſtupet inſcia turba,
Impubiſq; manus mirata volubile buxum.
Dant animos plagæ: non curſu ſegnior illo
Per medias vrbes agitur, populoſq; feroces.

iuſmodi ludis fere ætas puerilis occupari ſolet:
altior vero & quæ iam pubeſcere incipit, decen-
res expetit. In omni exercitatione ex qua corpus
ue animus aliquid commodi concipit, ſemper de-
i atque honeſtatis habenda ratio.

Iugurthæ indoles.

Sic Sallustio laudata Iugurthæ indoles, cum no
dum ambitione ac regnãdi cupiditate esset depra
ta. Is enim vbi primum adoleuit, pollens viril
& decora facie, sed multo maxime ingenio valid
non se luxui aut inertiæ corrumpendum dedit: ve
vti mos illius est gentis, equitare, iaculari, cursu cu
æqualibus certare, & cum omnes gloria anteiret,
mnibus tamen carus esse, plurimum facere, mi
mum de seipse loqui.

Iuuentutis exercitatio.

Infames ludi.

Alearum cartharumque ludos, & si qua sint a
otiosorum hominum oblectamenta, vt rem m
me damnosam atque infamem fugito. In huiusm
di enim ludis non artis peritia viget, sed fraus, fal
cia, dolus, astutia: non habet locum ratio, consiliu
sapientia, sed casus, fortuna, temeritas. Complec
tur autem alea omnem ludum fortunæ mutabilit
subiectum, tesseras, pyrgum, fritillum, latrunculu
omnemque iactum talarium, adeo vt in minuti
mis etiam rebus ac puerili negotio improbetur,
vel crebro fiat, vel fallaciter, vel contentiose. Sic s
te Martialis:

Alea quid.

Lib.14.

Alea parua nuces, res non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

Quamobrem cum omnia fere in huiusmodi cert
mine cupide, improbe, dolose peragi soleant, ea m
deratio adhibenda, vt oblectationem potius, qua
quæstum sectemur. Nam incautos parumq; oculat
à subdolis emungi argento contingit. Et quanqua
nonnulla lucri spes in talibus exercitiis animum h
minis titillet, victoremque soletur præmium, nō t
men spe nimis auida, aut lucri cupiditate quidqua
facere decet. Instituitur autē exercitatio, aut lude
di licentia conceditur; non lucri, sed valetudinis a
que oblectamenti ratione, & quo animus defatiga
respiret, nouasque vires ad subeundos denuo labo
res concipiat.

Quæstus non dolosus sit.

a est autem aleatorum natura & conditio, vt vbi *Aleatorum conditio.*
mel illa prurigo & scabies animū occupauit, ægre
cuti queat. Solicitantibus enim vndique eiusdem
rinæ hominibus, singulis momentis damnosas il-
s voluptates repetunt. Quod vitium etiam scorta-
ribus insitum. Quocirca salubriter Ouidius:

Sperne lucrum, vexat mentes insana cupido,
Et reuocat trepidas alea sæpe manus.

ulli mea quidem sententia improbari debet con-
irendi industria, ac rei familiaris amplificatio: sed
crum sectari par est, quod vtile sit & honestum, ac
llius iniuriæ damnoq. coniunctum. Scitum est pro-
rbium Plautinum: Ad suum quemq; quæstum æ- *Dolose parta*
um est esse industrium potius, quam callidum. *cito dilabun-*
m res sinistre atq improbe conquisitæ præter id, *tur.*
od infamiam pariant, minus etiam diuturnæ sunt
stabiles, sed facilime dilabuntur, vt opes fallaciis,
lo, sycophantiis, captionibus, versutiis, deniq. fœ-
re, talis, aleis, partæ. Quamobrem quos habes stu-
rū sodales, omnibus modis à rebus improbis ab-
cere perges, atq. ad honestatem, ad decus, ad vir-
tem esse incitamento. Hoc enim humanitatis of-
ium non solum apud cordatos viros laudem pro-
retur, sed Deo etiam gratum acceptumque est: ꝙ
apud Hieremiam testatur Dominus: Qui separa-
rit pretiosum à vili, quasi os meum erit. Quo desi- *Cap. 15.*
t illum palmarium quiddā præstitisse, ac proxi-
ad Deum accedere, diuinosq. honores promere-
qui vel seipsum vel proximū (Deo enim nihil ho- *Hieremiæ locus*
ne carius, aut maioris pretii) à vilissimis rebus, à *explicatus.*
la sordida ac contaminata, ab itinere deuio abdu-
rit, atq; ad vitæ integritatem, moresq. inculpatos
tor sit & instigator. Quo spectat illud Iacobi A- *Cap. 5.*
stoli: Fratres, si quis inter vos errauerit, à veritate,
conuerterit quis eum, sciat se à morte reuocasse
ccatorem, ac saluam fecisse animam illius.

In rebus gerendis, rationem in consilium adhibendam.

CAP. XLV.

IN quauis actione, omnibusque vitæ negotiis sic omnia ratione ac consilio moderāda, ne quid pridie agas, cuius te postridie pœniteat. Turpe est enim aliquid committere, vt re peracta cogaris dicere. Non putaram. In quem scopulum minus impinges, si nihil temere ac præcipitanter agas, sed omnia considerate mature, prudenter, ita, vt ad rationis amussim singula exigas. Sic recte præcipit Sallustius: Priusquam incipias consulto: & vbi consulueris, mature facto opus est. Et Cicero: In omnibus rebus, si quid aggrediare adhibenda est præparatio diligens. Quo spectat Prouerbium: Festina lente: &, Sarcito, si sat bene.

Non putaram vitio coniunctum.

Nihil præcipitanter agendum.

Lib. 1. Offic.

Quæ dubitas ne feceris. CAP. XLVI.

NIhil agas quod animo scrupulum iniicere possit, ac dubitationem inferre, sic vt ambigas, æquumne sit, an iniquū, quod aggredi paras: Æquitas enim, vt Cicero ait, lucet ipsa per se, ac cum virtuti tum honestati coniuncta est: dubitatio autem iniustitiæ affinisque vitiis affinis est. Huic consentaneum est illud Pauli: Beatus est qui seipsum non iudicat in eo, quod probat; hoc est, qui in adeundo aliquo negotio non sentit tacite reclamantem conscientiam. Quam sententiam, tametsi de ciborum delectu, & vitando offendiculo scripserit Apostolus, vt superius sumus testati, aliis quoque rebus apposite accommodari potest. In omni enim actione, cum quid agimus nulla firmitate, nullaque animi constantia, sed vacillante mente & dubia, iudice cōscientia damnamur. Quidquid enim non proficiscitur ex fide, qua Deo approbamus nostram mentem, ipsaque refragante conscientia vitiosum est, & peccato obnoxium. Siquidem cum quis rem per se non malam, hæsitans mala sit, necne; committit tamen, declarat se rem nefariam commissurum, si occasio inciderit, aut opportunitas

Lib. 1. Offic.

Rom. 14.

Dubitatio menti, in agendo scrupulum iniicit.

Pauli locus explicatur.

oblata. Vera autem pietas ac ſolida ſapientia fide pata, diuinoque Spiritu fulta, omnia ſcienter diiu- cat, nec quidquam aggredi ſuſtinet, quod vllã ma- peciem præ ſe ferat, aut mentem aut conſcientiam qua ægritudine poſſit contaminare.

Virtutis ac vitiorum præmia.

CAP. XLVII.

QVod Cato ſenior commilitonibus inculcare ſo- let, id cuique menti infixum eſſe conuenit: ſi cũ ore præclari quidquam egeris. & quod honeſtati coniunctum: labor abit, honeſte factum remanet. cum voluptate mali quidquam commiſſum ſit: uptas, vt res momentanea, cito auolat atque eua- icit; improbitas vero & nequitia, vt indelebile vi- m perpetuo adhæret: Quo ſpectat prouerbium: i ſemel ſcurra, nunquam paterfamilias. Quiſquis m ſemel in re infami, exiſtimationis ac probitatis uram fecerit, non facile probi viri elogium con- uetur, quamlibet etiam diteſcat, aut opulentus ciatur. Non diſſimili ratione exſtimulauit iuue- Plato ad felicitatem conſequendam propoſita utis ac voluptatis vitioſæ imagine. Huius enim mentaneam dulcedinem atque illecebras ſubita nitentia, angor animi, mens inquieta, dolor per- uus comitatur. Illius vero breues labores & æru- s, pacata mens, tranquillus animus, ſecura con- ntia, denique ſolidum æternumque gaudiũ ſub- itur. Quo ſpectat illa ſententia: Momentaneum uod delectat, æternum quod cruciat.

Voluptas momentanea.

Virtus æterna.

Prouerbium in degeneres.

Platonis exhortatio ad virtutem.

Sententia D. Gregorii.

A Deo ſumenda omnium actionum noſtrarum initia.

CAP. XLVIII.

Vidquid aggredi meditaris ac perficere, Deum Opt. Max. in conſilium adhibeto, ita ſi quid tra- inſtituis, ſi qua obire munia vel priuata vel pu-

A Deo petenda actionum primordia.

blica illius numen implores, quo afflatu suo op
quæque a: salutaria inspiret. Dici n. vix queat,
adiumenti adferat ad felicem operum successum
mnia actionum nostrarũ auspicia, omnia vota ad
referre. Nam sinistre fere atq; inauspicato pcedi
quæ tali non sunt incoata principio. Hinc illa D
pud Esaiam comminatio: Væ filii desertores, qui c
Cap.30. filium initis, & non per me, qui ordimini telam, &
per spiritum meum. Quibus verbis infelicẽ par
que prosperum successum illis denuntiat: quod
Deus actiones nostras moderatur. unde quam à Deo salutis præsidia conquirant, ne
lum in consilium adhibent, ab eoque responsa
tunt, cui omnia submittuntur; & penes quem co
Prouerb.8. stit totius orbis dominatio & imperium. Per hun
nim, vt Salomon ait: Reges regnant, & legum co
tores iusta decernunt; per hunc Principes impera
& potentes decernunt iustitiam, illius est consili
& æquitas, illius prudentia, fortitudo, decus, pot
tia, qua in imperio constituti suas ditiones stabili
Deus primaria rerum caussa. ac subditos in officio continent. Quocirca cum
arbitrio ac voluntate omnia perficiantur, atque
sit primaria rerum caussa; ab eo felicem operum
cessum, ab eo salutaria quæque atque ad bene bea
que viuendũ necessaria, summis votis petenda. Q
Matth.6. Luc.12. nobis Christus inculcat, cum inquit, Primũ quæ
regnum Dei & iustitiam eius, cetera vobis vltro e
lius munificentia obueniunt, ac velut auctarium
iicientur. Est autem auspicatissimum diei initium
à rerum cœlestium cõtemplatione, à doctrina Eu
gelica, ab illustranda Dei maiestate sumitur.

Diluculum auroraq; matutina ad componendam ment atq; animum in Deum erigendum, aptissima.

CAP. XLIX.

Aurora precationi apta. NVlla est diei pars ad erigendã in Deum ment accommodatior, quam antelucana. Tum en animus discussa noctis caligine, est erectior, atque

con

cipiendas salutares cogitationes aptior. Factitas- sacros vates, Bibliorum codices passim testatur. *Psal. 5.*
Dauid in angustia constitutus: Deus Deus meus, *Psal. 61.*
de luce vigilo. Mane adstabo tibi & videbo. Ma- *Cap. 57.*
ratio mea præueniet ad te. Sic Esaias: Erigit ma- nane erigit mihi aurem Dominus, vt audiam tan- m magistrum, hoc est, monitorem qui oscitanti- aurem vellicat. Rursus: Anima mea desiderauit *Cap. 26.*
n nocte, sed & in spiritu meo & præcordiis meis de ne vigilabo ad te. Quibus verbis Propheta indicat *Esaia locus explicatus.*
m mentem, omnesque animæ vires ac facultates, itus cum vitales, tum animales, & quidquid illi tum est, in Deo iugiter esse defixum, sic vt nulla nporis pars absq; illius recordatione transigatur, omnia dicta factaque, & si qua animum subit co- atio, in Deum transferatur.

Exacto die exigenda à mente diurnarum actionum ratio.

CAP. L.

Omnia negotia diurnasque actiones, & quid quoque die dictum factumque sit, vesperi ab animo poscas. Sic consummato die, antequam te quieti das exige à te peracti diei rationem, atque interro- o animum tuum: quod hodie malum sanasti? cui io obstitisti? qua parte melior es effectus? quid in- ementi accessit pietati? quis in virtute factus pro- essus? *Exigenda à mente actionũ nostrarum ratio.*

Quo pratergressus? quid gestum in tempore? quid non? *Virg. in viro bon.*
Cur isti facto decus affuit? aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? Cur hac sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?

ici vix queat, quam tranquilla sit futura ac pacata ens, quam quietus ac placidus somnus, vbi conce- to emendationis proposito, huiusmodi cogitatione nimi nebulas discusseris. Cum autem diurnæ actio- es, & quæ interdiu oculis obuersantur, somno non *Concipiendum quotidie emendationis propositum.*

Actiones diurnæ honestæ esto. nunquam officiant, studiose elaborandum, vt hone stis occupationibus dies transigatur, ne quid men obiiciatur, quod nocturnam quietē possit intertur bare, aut turbulentam efficere.

Nemo vitiis suis blandiatur, aut malefacta extenuet.

CAP. LI.

Vitia non extenuanda. SI quid insipienter actum sit atq; auersa à recta ra tione voluntate commissum, quod honestati a decori aduersetur, nunquam in animum induca vt errori blandiaris, aut crimē excusatione extenue Parit enim confidentiam peccati excusatio, atq; ite randi commissi occasionem ministrat. Sic cum Da uid obseruasset, quantum prauitatis ex hoc ment

Psal. 140. errore pullularet: Non declines, inquit, cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes, in pecca

Dauidis locus explicatus. tis. Quibus verbis precatur, vt longe absit ab ipso mala mens, malus anim⁹, quo improbi imbuti scele ra sceleribus accumulant, suaq; flagitia diluunt atq extenuant: nec in se vllam culpam transferri aut de riuari patiuntur. Qua cœcitate ac mentis caligine efficitur, vt vbi animis semel vitiis occalluit, ac cu piditate se deuinxit mala, indies magis magisque in deterius prolabatur, ac corruat, nulla emergend

Prouerb. 18. spe. Quo spectat illud Salomonis: Impius cum in p fundum peccatorum deuolutus est, contemnit; hoc est nihil admisisse se habet persuasum, nec magno pere commouetur patrati sceleris, aut nequitiæ e normitate: verum vt idem ait, hunc sequitur confu sio & ignominia. Quo indicat illum cum existima tionis iacturam subire, tum infamiæ labem conse qui, vt non facile in posterum probi ac laudati viri

Impio occalescit scelere animus. nomen promereatur. Pari malo implicati sunt, qui vbi deliquerunt, atq. in peccatum aliquod prolapsi sunt, non agnoscunt scelus, nec id confiteri sustinent, etiamsi confessionem extorqueat conscientia, car nificina, sed silent ac conticescunt, omniaque obli uione

e obruere meditantur. Simile enim quiddam uuenit, quod pueris qui à rebus interdictis non nent, præsertim vbi sperant fore clam, nec à pae id rescitum iri. Cuius rei exempla edita sunt in mo & Cain, eorumq; posteris, in quos hereditabes est transfusa. Proinde qui animi tranquilliptime consultum cupiat, nec vllam perpeti carinam, non pergat abs se commissa vel inficiari, ilentio inuoluere, sed Deo patefaciat. Agnitio n peccati, & errati confessio veniam impetrat, osq. animi sordes ac maculas eluit, abstergit, abo Reticentia vero & tergiuersatio malum exaspe aussamque rei reddit deteriorem. Quod in se ex us Dauid: Quoniam tacui, inquit, inueterauc ossa mea, cum clamarem tota die: extorsit qui cruciatus & doloris intolerantia clamorem ateiulatum, sed non delicti confessionem expresnox tamen admissum crimen Deo detegere metur, quem certo scit promtum ac facilem ad conndum peccatum, vbi quis ex animo resipiscit ; vitia detestatur. Itaque sumta fiducia: Dixi, in,confitebor aduersum me iniustitiam meā Dono, & tu remisisti impietatem peccati mei. Is est n amor & propensio Dei erga homines, illa plalitas & mansuetudo, vt vbi resipiscere meditanconfestim illis peccatum remittat. Quod per Em ita indicat: Et erit antequam clament, ego exiam, adhuc illis loquentibus aurem accommoo. Quod indicat promtam & expositam suam maxcentiam ac fauorem, vt etiam si homo mente cōiat emendatioris vitæ propositum, statim illi adssum scelus remittat. Sic apud Ezech. Quocunque pore peccator ingemiscet iniquitatum eius, non ordabor amplius.

Simile à puerili natura.

Peccati agnitio peccatum expungit.

Reticentia malum exasperat.

Psal. 31.

Dei facilitas in remittendo.

Cap. 65.

Cap. 18.

n Deum transferendum quidquid nobis boni obtigit.

CAP. LII.

Quicquid homini obtigit, in Deum transferendum.

SI quid tibi in fragili hoc ac caduco corpore, vit[a] momentanea ac fugaci obtigerit splendidum, [re]gale, magnificum, si adsint latifundia atque subur[ba]na prædia, si opes affluant & diuitiæ: easque exorn[et] decus, honestas, amplitudo, dignitas, gloria: si me[ns] imbuta est multarum rerum cognitione ac scient[ia], nec desit prudentiæ coniuncta sapientia: corpus [de]nique salubre ac vegetum: aut si quid iis accedat a[m]plius: omnia hæc munificentissimo Patri Deo fe[rre] accepta, à quo quidquid est boni, promanat ac pr[o]fluit.

2. Cor. 4.

Reuocat huc Paulus inflatū, atq; inani persu[a]sione turgidum, illiq; sui fiduciam his verbis exim[it]: Quid est, quod non accepisti? quod si acceperis, quid gl[o]riaris, quasi nō acceperis? Idipsum etiā vrget, ac nu[n]

Cap. 9.

non inculcat apud Hieremiam Dominus: Non glori[e]tur sapiens in sapientia sua, nec glorietur fortis [in] fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis: sed in h[oc]

1. Cor. 1.
2. Cor. 10.

glorietur quisquis gloriatur, nosse & scire me. Q[ui] gloriatur, inquit Paulus, in Domino glorietur, à q[uo] quidquid est bonorum, affatim ac cumulate sum[us] consequuti per Iesum Christum, qui factus est no[bis] à Deo sapiētia, iustitia, sanctificatio, salus, redemti[o].

Omnia nostra bona à Deo promanant.

Quo autem nemo sibi plaudat ac blandiatur, sese[q]; efferat insolentius de externis internisq; donis, com[]monefacit Paulus gestare nos thesaurum hunc in v[a]sculis testaceis, hoc est, fragili ac moribundo corp[o]re; quo cuique innotescat, hoc Dei virtuti atque em[i]nentiæ adscribendum, non hominis viribus. Vt aut[em] quidquid est in homine lucis, quicquid sapienti[æ],

Cap. 1.
Omnis nequitia nostra mente diffunditur.
Sap. 2.

quicquid virtutis aut iustitiæ, Deo asseri debet, a patri luminum, à quo omnes dotes, ac munera de[]scendunt, vt Iacob Apostolus testatur: ita quidqui[d] est in mente humana vitii aut nequitiæ, quidqu[id] caliginis ac cœcitatis, quidquid prauitatis ac corru[]ptelæ; id omne nostræ voluntati malitiosæ adscrib[i] debet, nec vel minima culpa in Deum transferri.

Pecca-

atum enim ac diuini mādati transgressio, omnis
ris ærumnas, calamitates, morbos cum corporis
animi, postremo mortem inuexit; omnemque
iuitatem ad nequitiam menti inseuit.

lectus & consideratio habenda in eligendo vitæ genere.

CAP. LIII.

eligendo vitæ genere, quod amplecti statuis, & *Deliberatio in deligendo vitæ genere.*
quo ad extremum meditaris conquiescere, ac pa-
consenuisse, hoc in primis spectari debet, vt con-
ate omnia aggrediaris, nec temere te alicui in-
to addicas, à quo postmodum si pœniteat, non
t resilire aut extricari. Qui enim ætate immatu-
ec satis explorata excussaq; naturæ propensione
uod vitæ genus arripiunt, illique se perpetuo ad-
gunt, vitam agunt inamœnam, plenamquē tædii
olestiæ, si quando (vt plerumq; assolet) illos ca-
instituti satietas, aut se sentiant, ferundo oneri
ares. Quocirca ne quis inconsulte sibi laqueos
iat, antequam aliquod vitæ institutum ample-
ur, deliberandi spatium sibi constituat, quem po-
mum vitæ cursum consectari velit, cui se addice-
In qua deliberatione, vt suadet Cicero, ad suam *Lib. 1. Offic.*
isque naturam consilium omne reuocandum est,
adhibita omni cura constituendæ vitæ, stabiliter
uscepto negotio persistat. Multi enim optima pe- *Errore non voluntate quidā deuiant.*
tes, non tam voluntate, quam cursus errore fal-
tur, atque à scopo quem Christus nobis præfixit,
ii ad superstitionem, hoc est, fucatæ religionis
ciem deuoluuntur. Quin à Christo potissimum *Ioan. 10.*
enda sunt salutis præsidia, quo vno duce in hoc
ndi salo ad optatum portum prouehimur. Ipse est
um, quod nobis aditum accessumq; patefacit ad *A Christo petenda salus.*
rem, ipse est via, veritas & vita, à quo nos auertere
tur satanas, qui transformans se in Angelum lucis
improbos doctores falsa pro veris, dubia pro certis,

fucata pro fynceris, pro falutaribus noxia mentibus hominum ingerit. Hæc fuit prima hostis nostri impostura, qua Adamum adortus eft, atq; illius menti fumos & caliginem offundit, incautoq. ac nimis credulo fpecie veritatis impofuit, fic vt in omnem illius pofteritatem eadem moliri non defınat, atq. abolito fyncero Dei cultu ac falutari religione, fuperftitionem, idololatriam, fucatam doctrinam, inftitutiones vitæ ancipites & periculofas inuehere, denique nullas non admouere machinas, quibus humanum genus exftincta luce veritatis, fopitoq; fidei lumine, à Dei cognitione abducat, ac menti cœcitatem denfamq; caliginem inferre conetur.

Adam ſpecie veritatis deceptus.

Diabolus à ſana doctrina mentes abducit.

De legitima matrimonii ſocietate.

CAP. LIV.

MAtrimonium legitima eft atq; indiuulfa maris ac fœminæ coniunctio à Deo inftituta, partim ad domandas libidines, atq. euitandos illicitos vagofq; concubitus, partim ad liberorum procreationem. Eft autem, vt præter Paulum Columella ex Xenophontis Oeconomice prodidit, maritale coniugium natura excogitatum, vt non folum iucundiffima, verum etiam vtiliffima vitæ focietas ineatur. Et ne genus humanum temporis decurfu fpectaret ad interitum, marem fœminæ, infufa diuinitus benedictione legitime coniunctum effe voluit, vt ex indiffolubili copula non deeffe homini mortali adiumentum, quo præter amorem gignendi fobolis mutua vitæ ac fortunarum coniunctio illos deuinciret. Quocirca cum coniugii portus fit tutiffimus, atque humano generi, cui natura infitus ardor ac propenfio propagãdæ fobolis, fidaq. ftatio: non male is confuluerit fuæ tranquillitati, qui huc fe conferet, præfertim

Matrimonii definitio.

Lib.12. c.1.

Genef.2.

Coniugii vfus.

n vbi ætas adoleuit, ac virile robur sit cõsequu- *Coniugium nõ temere adeundum.*
nconsulte autem faciunt, nec satis pro ætatis ra-
æ, qui præmature atque intempestiue tale quid-
aggrediuntur, non exploratis viribus, excussa-
maturæ firmitate. Sunt enim nonnulli prope *Coniugiũ multos eneruat.*
um impuberes qui vel temeritate quadam in
ulta, vel lenonum instigatione, aut etiam pa-
um impulsu, qui opimæ doti inhiant, hoc iu-
subeunt, quorum nonnullos noui, nec dum
uro anni curriculo, flaccidos atque elumba-
omnique vitali succo exhaustos, vt vires illis
factatas ac collapsas, erigere atque instaurare
ntis sim coactus. Quocirca ne pueri aut paulo *Honesta familia obseruanda in adeundo connubio.*
ectiores pueris procreandis incumbant, quisq;
suas ipse metiatur atque exploret, quid valeant
i; quid ferre recusent. Qui autem connubio se
cere meditatur, id potissimum obseruet, vt ex
sta familia non tam dotatam (tametsi id non
i debet) quam ingenuam, honestam, pudicam,
recundam, beneque moratam in vitæ societa-
discifcat. Mulier enim (vt Comicus ait) si bene *Amphi. Act. 2.*
ta est, dotata est satis. Scitum est illud Alcu-
æ apud Plautum, quod singulis virgunculis &
onis infixum esse debet: Non ego mihi dotem
esse, quæ dos dicitur: sed pudicitiam & pudo-
& sedatum Cupidinem: Deûm metum, paren-
amorem, & cognatum concordiam, viro mori-
atq; vt munifica sim bonis, præsim ꝓbis. Quo-
parentibus solicite elaborandum, ne sexus iste *Consulendum puellarum fragilitati.*
is atque ad ruinam procliuis, præsertim vbi nu-
esse incipit ac maturescere, aliquid labis conci
ut vllam pudicitiæ iacturam patiatur, sed ad
& virtutem suas filias instituant, atque ad vi- *Eccles. 7.*
egritatem moresq; inculpatos sint incitamen-
Non desunt progenitores quidam improbi,
male consulunt virginum suarum integritati,

Puellis nulla danda occasio lapsus.

Nam illis domesticis exemplis corrumpunt, atq; i ad temulentiam, audaciam, impudentiam fenestra aperiunt. Quo efficitur, vt sensim consuescant p dorem exuere ac pudicitiam venalem habere, sic eam facilime expugnari patiantur, aut non magn pere obsistant callido virginitatis insidiatori, cui contactum, oscula, titillationes non exhorrescun nec admodum grauate aut repugnanter admittu contrectantium blandimenta.

Errores in adeundo coniugio commissi.

Inter multos error ac vitia, quæ committi solent in adeundo statu co nubiali tria potissimum mihi culpanda videntur, quibus multa incommoda emergunt. Primum qu magna mortalium pars præcipitanter, atque inco siderate, nullaque naturæ deliberatione hoc vi genus aggrediatur, idque ea ætate quæ huic rei m nus apta est. Deinde, quod nonnulli serius ac min tempestiue se matrimonio addicant, atque vbi ia defloruit ætas, atq; anni ingrauescunt, hoc onus su

Coniugio inepti & elumbes.

eant. Postremo, quod dispari coniugio alligari su neant, sanus morbidæ, iuuenis qui doti inhiat, ani læ, quod à naturali societate alienum; senex ado scentulæ, quod non prorsus culpari potest, nec na ræ ordini & statui contrarium, cum multis senib crudis ac viridi senecta non desit facultas procrea dæ prolis, quod mulieribus annosis atq; effœtis d negatum. Vt autem merito improbatur in ætate i uenili, quæ coniugium animo concipit, nimia ce ritas & festinatio: ita in prouectioribus cunctatio

Mature omnia agenda in adeundo coniugio.

tarditas. Qui enim præmature ac properanter h capistro se alligari patiuntur, nō satis firmo valido corpore, nec adauctis viribus, non diu in hac pal stra subsistunt, sed post vnum aut alterum insultu

Robusta ætas matrimonio assuescat.

labascunt ac conuelluntur. Qui vero procrastina do legitimum nubendi tempus præterlabi patiu tur, atque in longum differunt contrahendi mat monii consilia, vitam agunt tetricam atque in

mœnam

nam, vel nonnunquam vago illicitoque concu- ... i se polluunt: quod tot passim ficosi, morbidi, dis- ... i lippi, incurui, podagrici tumidis inflatisq; cru- ... us commonstrant; quos si postmodum, vbi eius vi- ... ersuasum est, legitimo connubio alligari contin- ... in magnas molestias ac tædia se coniiciunt. Nam ... n exhausti sint atque exoleti, viribusque attritis ... nteactæ Veneris intemperantia, & sibi graues fi- ... ,ac nouæ nuptæ spes ac desideria frustrantur.

... nis societas, quæ non consistit intra coniugii limites, vitiosa atque à legitimo matrimonio aliena.

CAP. LV.

... Vm impudicitiam atque obscœnos illicitosque amores Christus & Apostoli detestentur, atque ... egno Dei excludendos pronuntient, qui se adul- ... io aut scortandi libidine contaminant, non video ... o se colore tueri possint, qui matrimonium pero- ... libere ac suauiter soluteque viuere meditantur. ... n desunt enim qui extra coniugii cancellos vni ... asiæ pro tempore se addicant, non satis decore, ... mente tranquilla, aut pacata conscientia. Sectan- ... illi quidem commoditatem vitæ, vt sibi persua- ... nt, nec vlli se addicere, à qua non possint resilire ... diuerti, verum, acerbiora aliquando experiuntur, ... gisq; indigna perpeti, ac perferre coguntur ab a- ... ca imperiosa ac procaci, quam ab ea quæ alicui ... itime addicta adscitaque est vxor. Quin & hoc ac- ... dit mali, quod huius generis sexui diutina vitæ ... nsuetudo audaciam pariat, ac confidentiam adeo ... i quem eius satietas capiat, atque illam ablegare ... piat, non sine tumultu perfici queat, nam cœlum ... ras miscent, vbi incidit id diuortii mentio, aut cũ ... orta aliqua intemperie, ex ædibus exclusum iri se ... tuunt. Exempla abunde multa suppeditant fa- ... iliares illæ & domesticæ, quas in vitæ societatem

Matth.
Heb. 13.

Illiciti amores & concubitus.

Quid iis accidit, qui soluta venere se oblectant.

adſciſcunt ſacrificuli, à quibus, interdicto legiti matrimonii vſu, cælibatus exigitur, res cum pri operoſa atq; immenſæ molis vegetis ac ſucculen Quapropter toto errant cœlo, atque in humanæ cietatis delectu prorſus hallucinantur ac cæcutiu Qui exiſtimant illos commode & pacate viuere, ab vxore liberi, aliquam domi alant, aut foris vene tur, qua ſe oblectent, ac cuius cõſuetudine, cũ lub fruantur, cum plerumq; p̄ter mentis inquietudi ac conſcientiæ carnificinã plus tædii ac moleſtię, p zelotypiæ ac ſuſpicionis à conductitia ac tempora amica ſuboriatur, quam legitima ac fida vxore, perpetuam vitæ ſocietatem ſolemniter aſſumta. quanquam in hoc ſtatu, vt pleriſque aliis, dulcia ſi permixta amaris, acerba ſuauibus, læta triſtibus, n bila ſerenis, nec deſint huic vitæ inſtituto ſimult tes, contentiones, iurgia, zelotypiæ affectus (vt nih eſt in quouis vitæ genere omni ex parte beatum non eſt tamen vlla culpa in matrimonii ordinem transferenda. Tametſi enim plurima incommod hoc vitæ genus comitentur, magnaque ſolicitud cura, anxietas illos habeat occupatos in educand alendiſque liberis, vt Paulus teſtatur, in conſtab lienda re familiari ac domeſtica: Omnia tamen m tigat, ac condulcorat amor mutuus, atque ex D inſtitutione liberorum procreatio. Sunt autem pueri delitiæ ac ſingulare oblectamentum matri monii, quibus augeſcit ac fouetur amor coniugalis magnumque vltro citroque concipitur ſolatium. Si vero præter voluntatem atque animi ſententiam nullam propagari ſobolem contingat, ac differri i aliquot annos poſteritatis ſpem: ſancte tamen co lenda matrimonii fides, fouendaque mutua vitæ ſo cietas ſic, vt alter alterum fulciat, vt in confinio con ſitæ arbores fructiferæ vineam, quibus fulta ac velut maritata affixaque clauiculis aſſurgit in immen ſum,

Concubitus extra matrimonium conſcientiam onerat.

Nullus vitæ ſtatus moleſtia caret.

1. Corinth. 5.

Proles delitiæ matrimonii.

Orbitas placide ferenda.

um, ac ſpatioſiſſime ſe propagat. Vt enim vitis ... ta pedamentis ac ſtaminibus, caduca eſt, atque in terram procumbit: ita quoque matrimonium ac a familiaris corruit, niſi mutua viri ac mulieris o- era fulciatur. Quod ſi quid vitii ſubſit huic ſocieta- ſi qua ingruat intemperies, ſuſpiciones, tumultus, idia: hominum affectibus ac moroſitati potius, iam huic inſtitutioni adſcribendum. Sunt enim iſta on coniugii, ſed deprauatæ naturæ, ac turbulenti a- mi vitia peccati originalis labe contacta, in quam nnis culpa transferenda eſt.

Vitis & matrimonii comparatio.

Affectus hominum non natura culpanda.

ua ratione obtineri poßit, ne mors homini natura prouido ſit formidabilis.

CAP. LVI.

Vm in rebus humanis nihil ſit fixum ac ſtabile, ſed omnia fluxa, fragilia, caduca, ruinoſa etiam ectatiſſima quæque: non eſt, quod quis ea magno- re admiretur ac ſuſpiciat, illisque plus nimio affi- atur: Quin potius mente atque animo in ſupernas des erecto, res ſolidas atque æternas ſpectet ac me- etur. Quiſquis enim concepta in Deum Patrem r Chriſtum Ieſum fiducia, certa ſpe atque exſpe- tione immortalitatis ducitur, non eſt quod me at imminentes caſus & incommoda, non eſt quod ttimeſcat morbos, calamitatem, pericula, mor- n denique quam ill potiſſime exhorreſcunt, qui ritu Dei deſtituti ſunt, nec vlla notitia diuinita- imbuti: nam qui in Deo fiduciam ſuam collo- at, diuino ſpiritu fulti, intrepide, infractoque ani- o contra omnes aduerſitates ſubſiſtunt. Neque e- n, vt Paulus ait, accepimus ſpiritum ſeruitutis aut uditatis, ſed ſpiritum adoptionis, ſpiritum poten- & dilectionis, per quem confidenter clamamus, ba, Pater. In hoc, inquit Ioannes, perfecta eſt cha- s nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicii,

Non fidendum rebus caducis.

Chriſti fiducia mortem minus formidamus.

Rom. 8.
2. Timoth. 1.
Galat. 4.
1. Ioan. 4.

...or non eſt in caritate, ſed perfecta caritas a...
...omnem timorem, quoniam timor cruciat...
a...ert ſeu trepidationem. Quocirca vt omnem...
tum ac mortis formidinem menti excutiamus, ...
quid aliud trepidationem inferre poſſet, omnes...
ſtras cogitationes, ſpem, vota, fiduciam in mun...
Coloſſ.2. cum Patrẽ coniiciamus, atq; in Ieſum Chriſtum, ...
Chriſtus deuicit mortem. nos ſuo ſanguine expiauit, atq; à peccato mortiſ...
tyrannide in libertatem aſſeruit, deleto expuncto...
quod aduerſus nos erat chirographo, quo Diabo...
Simile ab aere alieno oppreſſis. eramus obſtricti, & velut obærati, Belgæ vocant, ...
hem ghehouden, Teghens hem verbunden. Quo aut...
Ioan.16. Chriſtus pauidas ac meticuloſas mentes fulciret, ...
Ioan.12. mnemq; ſpem ac fiduciam in ipſo conſtitutã dec...
raret. Confidite, inquit, ego vici mundum. Iam pr...
ceps mundi iudicatus eſt, hoc eſt, qui mortẽ inue...
morte mea depulſus eſt, ac iudicio condemnat...
exutuſq. nocendi poteſtate. Venit ptinceps mun...
Chriſtus Satanæ formidabilis. huius, & in me non habet quidquam. Quibus verb...
rum ſolatiis indicat ſatanam, & quos habet in h...
Conſolatoria ſententia. mundo per peccatum confœderatos nihil obtine...
poteſtatis, vel in Chriſtum aut illius membra, q...
fide illi adhærent atq; inſita ſunt. Hæ ſalutares ac ...
uidæ conciones hoc efficiunt in mentibus homin...
Pſal.29. qui illius præſidio innituntur, vt excuſſo mortis m...
Pſal.26. tu, alacriter aduerſus ingruentes quaſuis tempeſ...
tes ſe muniant, ac præſtent inuictos, magnaq; co...
Pſal.3. fidentia in has voces erumpant: Oculi mei ſemper ...
Dominum: quoniam ipſe euellet à laqueo pe...
meos. Dominus illuminatio mea, & ſalus me...
Pſal.22. quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à q...
trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra, n...
timebit cor meum; non timebo millia populi c...
cumdantis me. Si exſurgat aduerſum me prælium, ...
hoc ego ſperabo, etiamſi ambulauero in medio v...
bræ mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecum ...

Etia...

tiam si occiderit me, in ipso sperabo: hoc est, Si mi- *Iob.13.*
obiiciat horrorem mortis, ac vita sim spoliandus,
i tamen fidam qui sua prouidentia rationem ini-
, qua me seruet. Dominus auxiliator meus, non
nebo, quid faciet mihi caro. Et illud Hieremiæ: *Psal.117.*
ce ipsi dicunt, vbi est verbum Domini? veniat. Et *Hebr.13.*
o non sum turbatus, te pastorem sequens, & diem *Cap.17.*
minis non desideraui, tu scis, hoc est non exspecto *Hieremiæ locus*
unde, quam à te subsidium; sic vt illos qui mor- *explicatus.*
n minitantur, pro nihilo ducam nec pertimescam.
n sis tu mihi formidini spes mea in die afflictio-
meæ, paueant illi non paueam ego. Eodem ardo-
idei inflammatus Paulus, ac Dei præsidio innixus
nfidenter pronuntiat, nihil vsquam esse tam for-
dabile aut horrendum, quod possit piis mentibus
tum incutere, aut à Dei amore ac fiducia illos di-
lere. Nam certo mihi persuadeo, inquit, quod ne- *Rom.8.*
mors, neque vita, neque angeli seu inuisibiles
stantiæ, neque principatus, neque potestates, ne-
instantia, nec futura, nec vlla alia creatura sepa-
nos poterit à dilectione Dei, quæ est in Christo
Domino nostro. Ita Paulus constanter pronun- *Pauli fiducia*
illum qui Deo Patri per Christum insitus est, in- *omnes acuit.*
ide subsistere contra omnes terrores vndecun-
inciderint, contra incursus & fremitus hostium,
tra mortis horrorem, quem vel inimici in-
tant, vel etiam morbi, aut naturæ lex infert. *Psal.50.*
m itaque nihil efficacius metum ac trepidatio-
mortis humanis mentibus eximat, quam *Quid mortis*
isto duce, firma in Deum fiducia, qua concipi- *metum exi-*
certissima resurrectionis spes atque æternitatis *mat.*
ectatio: huc properent ac contendant omnes,
c salutarem doctrinam singuli amplectantur ac
eant, infigantque animis, hac se in periculis, aut
extrema imminent, fulciant, hac pacatam
tranquillam conscientiam reddant, huius medi-

tatione dolorem anima diluant ac mœrorē luctum-
que quem ex orbitate vel parentum, vel mœrore
concipiunt, discutiant. Huc spectat viuida illa Pau
consolatio, qua exspectatione resurrectionis ac cer
æternitatis spe fulcit Thessalonicenses illosque l
crymas cohibere vult, nec lugere amicos e viuis su
latos, more gentili. Nolo vos ignorare fratres de i
qui obdormiuerunt velut somno, non morte sopit
ne dolorem concipiatis, vt cæteri qui nullam habe
reuiuiscendi spem. Si enim credimus Iesum mo
tuum, & reuixisse, sic & Deus eos qui obdormierun
per Iesum adducet cum illo. Rursum cum Phili
penses à rebus terrenis abducit, atque ad solidas r
uocat. Nostra, inquit, conuersatio in cœlo est,
quo exspectamus Dominum Iesum Christum, q
transfigurabit corpus nostrum humile, & conform
reddet corpori suo glorioso secundum efficaciam
qua sibi potest subiicere omnia. Quo sermone su
det Paulus, vt se consolentur ac fulciant in afflicti
nibus, amore ac desiderio æternitatis, atque in h
ius vitæ certamine nihil pertimescant, quod ill
possit auocare à potiore vita, ad quam nobis viam
patefecit Christus resurrectionis potentia. Quocir
cum ad extremum vitæ diem deuentum est,
mors imminet quæ nulli non formidabilis est, n
Christo se fulciat, aut vbi sanis beneque constitu
subit aliqua huius rei cogitatio, vel si premit eg
stas, morbi calamitas, ceteraque vitæ discrimi
ad Christum omnia nostra vota, spes, desideria
feramus, qui morte sua pœnas nobis debitas ex
uit, qui nobis condonauit omnia peccata, qu
propitiatio pro sceleribus nostris; qui est aduocat
vt Iohannes ait, & interpres apud Deum Patre
qui est conciliator Dei & hominum, & qui, vt Pa
lus ait, exposuit seipsum redemtionem ac vic
mam pro omnibus. In eo constituta est salus, vi
resu

1. Thess. 4.
Mortuos non lugendos more gentili.
Mors somnus.

Philip. 3.

Quibus metus mortis discutiendus.

In Christum defigendi oculi.
Coloss. 3.
1. Ioan. 2.
1. Timoth. 2.
Esai. 50.

...surrectio. Per hunc accessum, aditumque habe-
...us in vno spiritu ad Patrem. Per illius effusum san-
...inem consequuti sumus redemptionem ac remis-
...onem peccatorum. Quoniam in ipso complacitum
... Patri inhabitare omnem plenitudinem, & per
...m conciliare cuncta erga se pacificata per sangui-
...m eius. Cum itaq. habeamus Pontificem maximũ,
... auctor ait ad Hebræos, q penetrauit cœlos, Iesum
...ium Dei, qui tentatus p omnia absq; peccato affi
...ur sensu infirmitatum nostrarum; accedamus cum
...ucia ad thronum gratiæ, vt consequamur miseri-
...rdiam auxilio opportuno. Huius tanti Ducis præsi-
...o fulti ac stipati satellitio, contra omnia dæmonũ
...rtenta, quæ confestim exorta luce veritatis eua-
...scunt: contra peccatum, mortem, infernum sub-
...imus, atq; ex malefica vitæ huius statione adopta-
...m portum, sedesque beatas deuehimur. Quod si-
...id in huius vitæ decursu incommodi atque infeli-
...atis accesserit, si quẽ coniici contingat in aliquod
...æ discrimẽ, si premi paupertate, torqueri morbis,
...xari ab inimicis, ingruere vastationes ac calamita-
..., abundare scelera, opprimi innoxios, atque iis vi-
...n eripi, sanas & salutares doctrinas contemni, pul-
...are hæreses ac pernitiosa dogmata, disseminari
...lique peruersos errores: in tanta rerum confusio-
... ad Christum quisq. se conferat, ab illo salutis præ-
...ia conquirat, in illo totus conquiescat, illo se tan-
...am sacra anchora fulciat, deniq. id Dauidis iden-
...em in animo verset, Constituã Dominum in con-
...ctu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne
...mmouear. Quibus verbis indicat se oculos in
...um continenter habere defixos, atque illius præ-
...o niti, illius auxilio in rebus periculosis ac dubiis
...sistere, non vacillare, aut quouis vento doctrinæ
...cumagi, sed stabilem esse & constantem, nec à
...accepta in Deum fiducia dimoueri, hac vna ra-

Ephes. 2.

Coloss. 1.
Ioan. 1.

Hebr. 4.

Christus pacificator inter Deũ & hominem.

Quomodo firmanda mens imminente morte.

In Christo omnium calamitatum solamen.

Christus in tempestate sacra anchora.

Psal. 15.

Ephes. 14.

tione, quod Deum experiatur propitium, atque in o-
Hebr.13. mnibus sibi assistere. Sic vt cõfidenter in hanc vocem
Psal.27. erumpat: Ecce Dominus auxiliator meus, & in ipso
sperauit cor meum, & adiutus sum, & in ipso refloruit
caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi.

De nominis Iesu Christi amplitudine, maiestate, potentia: qua vna obsistendum Magicis incantamentis, atque illusiones Dæmonum expugnandæ, & si qua detrimenta, vel menti vel corpori inferri contingat.

CAP. LVII.

CVm paulo ante demonstraui incantamenta artes-que Magicas prorsus exstirpandas, nec vlli homi-num exercenda maleficia: restat vt obiter indicem, qua vi & efficacia, quibus verbis & precaminib⁹ sub-leuentur obsessæ afflictæque mentes, ac Dæmonum præstigiis irretitæ, tum quibus modis fascinationes eximi possint, quas ministri cacodæmonum miseris inferunt, illorumq; mentes & corpora diuexant. In-siliunt latenter in corpora hominum, ac naturæ hu-manæ vim inferunt, eamq; suis facultatibus spoliant, aut saltem illas immutant. Immiscent se mali Genii alimentis, humoribus, spiritibus, auræ atq; aëri, quem intra corpus concipimus, ac quo spiramus, multaque alia quæ nobis vsui sunt, & valetudo conseruatur, vi-tiant. Quocirca operæ pretium me facturum sum ar-bitratus, si commonstrem, qua ratione calamitosi homines ab iis nexibus, quibus se implicitos senti-unt & impeditos, commode possint extricari. Nam incommoda ac detrimenta quibus afficiuntur, non possunt in caussas vllas naturales referri, nec iis re-mediis, quibus vulgares morbi, expugnari. Si morbus vel ægrotatio corporis à crapula, à Venere, lassi-tudine, frigore, æstu, satietate, inedia contracta est, quodque eorum suis remediis expugnatur. At quæ mali Genii inferunt, non prorsus naturalia remedia exposcunt, sed diuina ac supercœlestia. Mirantur nonnul-

Dæmones hominibus infesti.

Dæmones humoribus se immiscent vt contagia corporibus.

Incommoda quæ dæmones inferunt, in naturales caussas referri nequeunt.

onnulli tantam Dæmoni attributam, eiusque ministris potestatem, vt ita homines diuexent, sic excruent. Conniuet Deus partim ad ea damna quæ Satanici miseris inferunt, atque illos exagitari permittit, in eaque re constat illi consilii sui ac prouidentiæ ratio, partim instigat Dæmones eiusque ministros, vt plerosque tale quiddam promeritos sæuiant, illorumque abutitur malitia ad castigandos impios. Sic mittitur spiritus mendax in ora omnium Prophetarum, quo seductus rex Achab pugnam ineat, qua illi præsens exitium parabatur. Nonnunquam detrimentum inferri permittit nonnullis, quo exploret illorum constantiam. Sic Iobum passus est, non solum exui bonis suis, omnibusque facultatibus spoliari, sed in corpore quoque lanienam pati. Quod ipsum Deus fieri passus est, partim quo exploraret viri constantiã, ut reliquos mortales ad malorum tolerantiam excitaret, nec calamitatibus fracti à Deo deficerent: partim vt declararet potentiam suam, quo & ipsius fiducia fretos consolatur & fulcit, & iam in nihilum redactos erigit, atque in pristinam dignitatem restituit. Diuersa est autem ratio in iis vulgaribus energumenis, qui à Dæmone obsessi sunt, aut ab illo in alia corporis parte diuexantur. Magna enim illorum pars stupidi sunt, atque à Dei cognitione alieni, in quos ille (in instrumentum aptum paratumque) tyrannidem suam exercet. Sic Satanas ignauos oppugnat, idololatras, superstitiosos, in quorum mentibus potius stabulatur, quam iis qui notitia Diuinitatis sunt instructi, ac Dei fiducia se fulciunt, imo potius illos exhorrescit, ac machinas admouere metuit, quod irritos atque inualidos suos fore conatus ac molimina erga illos, qui in excubiis sunt constituti ac Dei præsidio fulti, non dubitet. Vt enim arces ac ciuitates nullis septæ mœnibus, nullis munitæ fossis ac vallis, nullis militum præsidiis in

Deus dæmonũ malitia abutitur ad mala castiganda.

Cur Deus nos à dæmone deuexari patitur.

3.Reg.22.

Achab deceptus.

Iob.2.

Iacob.4.

Cur Iob à dæmone diuexatus.

Diabolus stupidos aggreditur.

Simile ab vrbe parũ munita.

ſtructæ facilime expugnari ſolent, ita mentes ſocor-
des & ignauæ nulla ſalutari cœleſtique doctrina ful-
tæ, nulla erga Deum fiducia conſtabilitæ, Dæmonum
verſutiis magis ſunt expoſitæ, ac citius labaſcunt.
Cum autem Satanæ hoc potiſſimum ſit in votis, vt
Dei gloriam aboleat, vt hominem à ſalute abducat,
atque ad defectionem ſollicitet, intus & foris illum
oppugnari non deſinit, ac modo corpori, modo ani-
mæ, nunc viriſque infeſtus eſt, ac perniciem molitur.
Exemplum ſuppeditat, præter Cain & Saulem re-
gem, Iudas Iſcariotes, cuius cum mentem ad deſpe-
rationem ac diffidentiam adegiſſet, tum vitæ tædio
ad laqueum impulit, ac corpus publicitus ſuſpendio
contumelia affecit. Quanquam autem Satanas hu-
mani generis hoſtis infeſtiſſimus mille inſidiandi
nocendique artibus inſtructus ſit: vnica tamen re
cum primis efficacia ac præſentanea profligatur at-
que opprimitur, nempe ſolida fide, atque in Deum
Patrem per Chriſtum firma ac ſtabili fiducia, *Met een
vaſt gheloove, ende een goedt betrouwen op Godt.* Quo præ-
ſidio etiam depugnandum ſuadet Petrus Apoſtolus
contra tyranni illius inſidias, fraudes, impoſturas, do-
los, verſutias, rabiem, ferociam. ſobrietate ſcilicet &
vigilantia fide fulta ac ſtipata. Sic enim oſcitantibus
aurem vellicat, Sobrii eſtote & vigilate: quoniam
aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens
circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite ſolidi
fide. Hæc enim, vt Ioannes ait, eſt victoria quæ vi-
cit mundum, fides noſtra. Nam fiducia, qua ni-
mur Chriſto, & nos totos committimus tali propu-
gnatori, contra dæmones ac principes huius mundi
nobis victoriam parit, ſic vt optima ſpolia à victo de-
iectoque hoſte referamus. Cum itaque aliquid con-
tra aduerſarium moliri viſum eſt, atque obſiſte-
re incantamentis ac faſcinationibus (*Toverie* Belgæ
vocant) vel malos Genios ex hominum mentibus

exige-

Dæmon ad noxia quæque hominem incitat.

Geneſ. 4.
1. Reg. 31.

Matth. 29.
Dæmon profligatur Dei fiducia.

Petrus contra dæmonem nos inſtruit.
1. Pet. 5.

1. Ioan. 5.
Chriſti fiducia abigendi dæmones.

...igere: Iesu Christi fiducia id perfici debet, contem... anili superstitione ac gentili vanitate, ceterisque ...agicis exsecrationibus. Deus enim per filium qui ...t splendor gloriæ & expressa imago substantiæ il...us, omnia perficit in omnibus ac moderatur singu... verbo potētiæ suæ. Hanc prærogatiuam promeruit ... singularem erga Patrem obedientiam, humili...tem, modestiam. Cum enim esset in forma Dei, ...oc est, illi par & æqualis, non rapinam arbitrat' est, ... esset æqualis Deo, sed seipsum deiecit, forma serui ...sumta, atque humilem se præbuit, factus obediens ...que ad mortem crucis ignominiosam & exsecrabi...m: quapropter Deus illum extulit in summā subli...itatē, & illustrauit illum nomine ꝙ excellit omne ...omen, vt in nomine IESV sese flectat omne genu ...elestium, terrestriū, & inferorum, omnisq; lingua ...fiteatur & agnoscat, quod Dominus sit Iesus Chri...us in gloriā Dei Patris, in quem redūdat & refertur ...nnis gloria filii, & è diuerso. Si quis itaq; aliqd ag...edi meditatur, si mentes afflictas subleuare, si è ...orporibus cacodæmones expellere inuocato Deo ...atre nominis Christi fiducia id perficere tentet. Sic ...nim omnia consequetur, suoque voto nō frustrabi...r. Huius admirandi augustiq; nominis vi & poten...a (modo ne quis hæsitet, ac Dei promissis diffidat) ...itescunt morbi, affectus atque animi perturbatio...es sopiuntur, tempestates & maria conquiescunt, ...cacodæmones, vt Christus iam ascensurus in cœlum ...ollicetur, diffugiunt, venena hebescunt, serpentes ...orpent ac redduntur innoxii, dispelluntur mentis ...enebræ, terror & formido, mortisque horror discu...tur, dissipantur atque euanescunt cogitationes ...oxiæ, mens tranquillitatem ac pacatam conscien...am concipit, sic vt nusquam quidquam possit ...ngruere quod terrorem incutiat: Cum Deus Pa...er per Iesum Christum spiritu suo nos fulciat,

Hebr. 3.

Christo omnia attributa.

Philip. 2.

Christus Deo par.

Amplitudo nominis Iesu.

Res arduæ Christi nomine perficiuntur.

Marc. vlt.

Christi fiducia omne genus malorum discutitur.

Quocirca in Deum viuentem ductore filio erigend[illegible]
mens est, atque omnia, quæ aggredi statuis, mirific[illegible]
nominis Iesu virtute perficienda memineris. Illi [illegible]
Matth.28. data est omnis potestas in cœlo & in terra. Nec e[illegible]
Marc.16. aliud nomen sub sole, in quo consistit salus, quo[illegible]
Actor.2. impiis est terribile; dæmonibus tremendum, iis ve[illegible]
ro qui illi fidunt, potentia, sapientia, salus, vita, resu[illegible]
Actor.4. rectio; Ipse est constitutus à Deo iudex viuorum [illegible]
1.Cor.1. mortuorum Iesus Christus, testis fidelis, princep[illegible]
Apoc.1. regum terræ, qui dilexit nos, & lauit à peccatis no[illegible]
Actor.10. stris per sanguinem ipsius; Huic, vt Petrus in Acti[illegible]
Apostolicis ait, omnes Prophetæ testimonium fe[illegible]
runt, quod remissionem peccatorum accepturus [illegible]
Ioan.17. per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Hæ[illegible]
In Christo peccatorum remissio. est vita æterna (quod testimonium Christus Patr[illegible]
defert) vt cognoscant te solum verum Deum, & qu[illegible]
misisti Iesum Christum, in quem tota vis Diuinita[illegible]
tis, & quidquid Deo adscribi potest virtutis & sapi[illegible]
entiæ refertur ac deriuatur. Quum itaque nome[illegible]
hoc tam sit celebre ac sacrosanctum, tantæq; maie[illegible]
statis & potentiæ: studiose obseruandum, ne inanite[illegible]
atque irreuerenter vsurpetur, vt exorcistæ illi ridicu[illegible]
Actor.19. li factitabant, qui cum certis ritibus ac concepti[illegible]
Petri & Ioannis miraculum. verbis ad quæstum & ostentationem spiritum no[illegible]
xium profligare tentarent Iesu nomine, cuius vir[illegible]
tute Paulus miracula peregit, abusi: in magnum
Exorcistæ dilaniati. periculum se coniecerunt; fuitque illis damnosa ad[illegible]
iuratio aut potius ludificatio, nam obsessus à Dæ[illegible]
mone in illos insiliit, & crudeliter dilacerauit, ita v[illegible]
Huius temporis Exorcistæ futili & inani doctrina imbuti. fuga sibi consulere sint coacti. Non defuerunt
etiam nostra memoria sacrificuli, qui cum nulla fi[illegible]
de nominis Christi, nulla vitæ integritate imbuti
tale quiddam attentarent, à cacodæmone irrisi sunt
& pudore affecti sic, vt re infecta tremebundi deci-
dere cogerentur. Si quis autem tale quiddam moli-
ri velit, malosque Genios ex hominum corporibus
pro-

profligare: Petri & Ioannis exemplum imitetur, qui illis ambitiosis verbis vsi, in hunc modum claudũ exerunt, In nomine *Iesu Christi Nazareni* surge & *Actor.3.* ambula: & ille confestim, firmatis cruribus ac talis, *Christo asseritur omnis gloria.* exiliens constitit & ambulauit, intrauitq. cum illis in templum, saliens & inambulans, & laudans Deũ. Cum itaque Iesus Christus vnigenitus Dei filius Patri coæuus & æqualis, in quo sunt omnes scientiæ ac *Coloss.1.* *Heb.1.* sapientiæ thesauri absconditi, moderetur omnia verbo potentiæ suæ: par est vt concepta ac collocata in Deum per Iesum Christum fiducia, illius virtute ac præsidiis obsistamus Satanæ, peccato, inferno, & si qua sunt alia homini infesta. Est autem excellens magnitudo, robur, potentia, fortitudo, quam Deus pro sua virtute exseruit in Christo, vt Paulus ait, cum *Ephes.1.* suscitaret eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem potestatem, & principatum, & dominiũ, & supra omne id, quod nominatur, non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro. Et illi omnia subiecit sub pedes illius, eumque dedit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ *Christus caput Ecclesiæ.* est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus implet, id est, Christus est per quem Deus *Christus omnia in omnibus perficit.* complet, absoluit, perficit omnia in omnibus, præsertim in ijs qui illi fidunt, & vt paulo ante Apostolus ait, obsignati sunt spiritu ꝓmissionis sancto, qui est pignus & arrhabo hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitæ ac partæ possessionis, in laudẽ gloriæ ipsius. Quocirca Paulus qui innumeris certaminibus assueuit, multosque insultus perferre coactus est, suadet omnibus si quando pericula imminent, mors intentatur, Satanas mentem oppugnat, forti infractoque animo illis obsistant atque obluctentur. *Christus fulcit nos in afflictionibus.* Sic enim Ephesios animat ac fulcit: Quod superest fratres mei, conualescite & præbete vos fortes in Domino, perque potentiam roboris illius induite *Ephes.6.*

totam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus as-
sultus Diaboli. Quoniã non est, nobis lucta aduersus
sanguinem & carnem, hoc est, fragiles & moribun-
dos homines, tametsi & illi aliquando infesti sunt:
sed aduersus mundi dominos, rectores tenebrarũ se-
culi huius, aduersus spirituales astutias in cœlestib.
Qua verborum copia ac sententiarum vbertate tum
Simile à mili- eleganti Metaphora desumta à conflictu atque hosti-
tari industria. incursione, indicat spiritus Dæmoniacos, illorumque
satellites & ministros miro astu ac stratagemate insi-
dias moliri iisq Christo addicti sunt ac nomen dede-
runt. Quapropter cũ sint tã formidabiles hostes no-
stri & spirituali astutia instructi, quibus armis iis si
Arma militia obsistendum, obiter commonstrat: Assumite, inquit,
Christiana. vniuersam armaturam Dei (exemplo sumto ab iis qui
bene muniti in aciẽ prodeũt, atq; in procinctu stant)
vt possitis resistere aduersario, atq; omnibus peractis
confectoque negotio stare, vt ii qui non vertuntur in
Ephes. 6. fugam & terga vertere sunt coacti. State igitur lum-
bis circumcinctis baltheo veritatis & induti loricam
iustitia & calceati pedibus, vt parati sitis & alacres ad
Euangelium pacis: Super omnia assumto scuto fidei
quo possitis omnia iacula mali illius ignita exstin-
guere, Galeamq; salutis accipite & gladiũ spiritus, q
Oratio arma est verbum Dei: quibus adiicit velut succenturiata
contra Dæmo- præsidia, precationes atq; obsecrationes assiduas, quæ
nem. hoc efficiunt vt victoriam consequantur, ac Deus in
1. Pet. 5. tam ancipiti certamine, tamque dubio nonnunquam
belli euentu, parumper afflictos & velut in ruinam
Argumentum inclinatos, vt Petrus ait, qui in eodem argumẽto ver-
ab auctoritate satur, instauret, stabiliat, roboret, fulciat. Cum autem
Christi. tanti fuit olim apud sui studiosos Pythagoræ aucto-
tas, atque ita æstimata illius doctrina, vt oraculi loco
habita sit, & tanquam ex tripode dicta, adeo vt incun-
ctanter ad persuasionem, quasi refragari foret nefas,
Αὐτὸς ἔφα, Ipse dixit, dubitanti obiicerent: par est,
nostra

...træque salutis ratio exigit, vt eundem honorem ...euerentiam Iesu Christo deferamus, atque in as-...nda illius doctrina, in stabilienda fidei professio ...urdi, tardisque auribus insonemus: Πίστευσον, αὐ-...τὸς ἔφα Σωτήρ: *Crede, ipse dixit Saluator.* *Ipse dixit, Christo asserendum.*

...llius enim doctrina non est humana non diluta, ...rigida, sed viuida, salutaris, efficax, diuina, & quæ ...titudinem homini conferat, quam vnam à Chri-...peti par est, qui est fons omnis sapientiæ & boni-...s, & in quo inhabitat omnis plenitudo Dei cor-...aliter, per quem sumus cōpleti. Per hunc, vt Pau-...ait, Deus Pater eripuit nos à potestate tenebrarū, ...transtulit in regnum filii sui dilecti, per quem ha-...mus redemtionem in sanguine ipsius, remissionem ...catorum, qui est imago Dei inconspicui, primoge-...us vniuersæ creaturæ; vtpote per quem omnia ...ata sunt, quæ in cœlo sunt & terra, visibilia & in-...bilia, throni, dominationes, principatus, potesta-... Omnia per illum & in illo condita sunt, & ipse ...ante omnia, & per illum cuncta subsistunt. Et ipse ...caput corporis Ecclesiæ, principium & primoge-...us ex mortuis, vt sit in omnibus primas tenens, ac ...ncipatum obtinens. Quoniā in illo complacitum ...Patri inhabitare rerū vniuersarum plenitudinem, ...per eum cuncta reconciliare erga se pacificata per ...guinem crucis eius. Cum itaq; Deus Pater tam ...nulate ac profluenter omnia in Christum effu-...: ad vberrimum atque inexhaustum hunc fon-...n certatim properemus, ac summa fiducia ab eo ...hil non petere & sperare audeamus, nihil non per-...re tentemus. Si visum est profligare Dæmones, me-...ri morbis, eximere se periculis, virulentas bestias ...nficere, venena diluere atque innoxia præstare, ...ontes loco dimouere: hæc omnia viribus ac virtu-...Iesu Christi, eiusque fiducia peragenda memine-... Pollicetur enim Christus fidenti omnia plana,

Christi doctrina omnem sapientiam superat.
Coloss. 2.
Coloss. 1.
Deus in Christum omnia profudit.
Vis fidei.

aperta, facilia quod postrema concione antequam in cœlum sublatus est, suis testatum esse voluit, cu inquit: Ite in mundum vniuersum, predicate Eua gelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizat fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, conden nabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc s quentur: In nomine meo Dæmonia eiicient, lin guis loquentur nouis, serpentes tollent, & si qui mortiferum biberint, non eis nocebit, ægrotis m nus imponent, & bene habebunt, hoc est, confesti ad contactum conualescent. Hæc omnia semper pr sto erunt, vbi profectus atque vtilitas Euangelij ex get miraculum. At in animis ista nunquam non pra stantur ab Euangelicæ professionis ministris, cu fœda vitia mentibus eximunt, cum efficaci vi spir tus & salutari doctrina morbis animi medentur, cu cor ab auaritia, odio, ira, libidine, calumnia, obtrecta tione, aliisque venenosis affectibus liberum efficiu ac diuinis dotibus exornant.

Marc. 16.

In animis edita miracula.

An herbæ & gemmæ aliquam vim conferant in profligand Dæmonibus, ac depellendis rebus aliis noxiis.

CAP. LVIII.

Herbæ ad multa efficaces.

TAmetsi herbæ eum præcipue vsum, easque vire insitas habent à naturæ Opifice, vt alimenti ra tione ac medicamenti corporibus humanis accom modentur: sunt tamen veterum scriptis nobilitat aliquot stirpes, quæ maleficiis obsistant, atque incan tamenta omnisque generis fascinationes abigant a propulsent. Appellantur hæc Alexicaca siue amule ta, quod noxia quæque atq; homini infesta amolian tur ac depellant. Hæc vis præter herbas, etiam gem mis ac pretiosis lapidibus attribuitur, quã consecut sunt nõ à primis qualitatibus, hoc est, temperament caliditatis, frigiditatis, siccitatis & humiditatis, se specifica vi, & occulto effectu, abditaque proprieta te: cuius causa prorsus explicari nequit.

Gemmæ occulta vi imbutæ.

Sit

ic magnes attritu ferrũ allicit, Gagates & ſuccinũ eas & feſtucas: Sapphyrus qui cœleſti & cæſio co- æ eſt, caſtitatem tuetur. Hyacinthus & Chryſoli- s digito annulari geſtatus, peſti obſiſtit. Smarag- & Praſius viridantes gemmæ cor exhilarant. Era- , hoc eſt, Cyanos & Cæruleus, vulgo Turcoſa, à la- , caſu & ruina præſeruat, aut ſi tale quiddam inci- it, corpus illæſum præſtat. Corallium collo ad- tum turbulenta ſomnia abigit, & nocturnos pue- um timores compeſcit. Carbunculus & Sardius is, vulgo Corneolus à corni arboris rubicunda ca nomen ſortitus, diffuſo per corpus ſanguine, aritatem excitat & colorem floridum. Sic aliæ mmæ aliis virtutibus pollent, ac Lemures, Striges, ubos, Genios aëreos arcent atque abigunt, ſi ve- um monumentis habenda fides. Sic inter herbas t, quæ morbis qui multum habent affinitatis cum monum vexationibus & torturis, obſiſtunt. Qua- ſunt melancholia, phreneſis, mania, epilepſia, & iſſimi morbi, qui virgunculis ac viduis ex vteri ctu emergunt, aut vbi vel ſerius iis menſes pro- unt, aut tardius coniugio deſtinantur. Siquidem umis atque atra denſaque fuligine mens ita affi- ur, vt à noxio aliquo Genio vexari videantur, ac perſuadeant, Dæmonem obſidere mentem, qui nultas abſurdas imaginationes illas impellat. Cui do, tentata circa talos primum venæ inciſione, ibentur ſalutares herbæ, quæ illos ab huiuſmodi identibus liberent, vt ſunt artemiſia, ſatureia, illum, tymbra, pulegium, origanum, gallitricum. er herbas autem quæ afflictas mentes releuant, el à Dæmone, vel concepta illius imaginatione, venenatis fumis, qui cerebrum vitiant, præſtant nunes, referuntur ruta, ſcylla, ex cuius ſucco & o- clitis & acetum conficitur, Oſteritium vulgo iſtrantia, Angelica, ſpõdilii vel laſerpitii ſpecies,

Magnes. Succinum. Gagates. Sapphyrus. Hyacinthus. Chryſolithus. Smaragdus. Praſius. Cyanos. Cæruleus. Corallium. Carbunculus. Sardius.

Horrendi morbi herbarum præſidio expugnantur.

Ruta. Scylla herba. Oſteritium.

Alisson. Alisson vel Rubia minor, quæ canis rabiem atque rabido cane demorsos sanat, qui affectus non pro- fus alienus ab iis qui à Satana diuexantur ac furiun-

Libanotis vel Rosmarinus. Rosmarinus ædes lustrat, atque in limine suspensu huius stirpis frutex Dæmones abigit, & pestis conta- giones, vt etiam Ricinus qui palmæ Christi nomin

Ricinus Epilepsiæ contraria. passim innotescit, quod folia in expansæ manus for- mam sint effigiata. Sic Corallium, pæonia viscus frutex morbum comitialem expugnant vel è coll suspensa, vel etiam ex vino propinata. Quorum non nulla si quis exhiberi posse putet exturbādis Dæmo- nibus: absit vanitas & gentilis superstitio, absint fu- tiles precationes & verba quędam exotica, quibus fe- re suas incantationes perficiunt, qui Magicas arte profitentur.

Herbæ à Deo effectum consequuntur. Si quid herbæ habent virium, vt experi- entia demonstrat, id memineris à Domino consecu- tas; Omnia enim medicamenta & stirpes quæ cor- poribus humanis applicantur, non sui ratione, sed Dei munere efficacia sunt, ac salubrem effectum consequuntur. Itaq; si quid herbarum præsidio per- ficere statuis, non tam herbis quam Deo fidas. Sic e- nim in propulsandis morbis res optatum felicemq succesſum est habitura, alias conatus in diuersum rapitur, atque artificem frustratur euentus, vbi nul- la subit Opificis, à quo omnia affectum sortiuntur, cogitatio aut abest erga illum fiducia.

Asa Rex cur non est sanitatem consecutus. 3 Reg 15. 2 Paral.16. Psal.7. Hinc Asa rex Iuda cum acerrimo pedum dolore affligeretur, nec Deum in consilium adhiberet, sed tantum medicis fideret, nihil opis ex illorum fomentis sensit, sed ar- ticulari morbo (vt historia testatur) immortuus est. Non enim Deus medicorum opera vti prohibet, sed illis plus nimio fidere, nullamque habere eius ratio- nem, qui sanitatem præstat, & cuius munere omnia sunt efficacia. Quin & superstitiose faciunt, & rem aggrediuntur ab idolatria non prorsus alienam qui herbas fictitiis quibusdam precaminibus conse-

cratas,

...is incantationibus adhibent, aut etiam morbos ...excantare pergunt. Sic filicem solstitio æstiuo, ...impesta nocte erutam, rutam, trifolium, verbenā ...icis imposturis accommodant, quibus rudi, ar... imperitæ plebi imponunt, fumosque offundunt, ... aliquid ab iis corrodant, atque argento illos e...gant: cum tamen vani illi artifices nunquam di...ant. Hæc studiose lector huic argumento inse...da duxi, quo quisque à Magicis incantamentis ab...eat, atque obseruet, à quo salutis ac sanitatis præ...a petenda sint, & qua ratione (contemta vanitate ...perstitione gentili) obuiis paratisque remediis ...deceat, quæ à Dei munificentia nobis affluenter ... concessa. *Herba magicis incantamentis non accommodanda.*

...maiestate & potentia supremi Numinis: & quam varias ...ppellationes vnica Dei essentia tribus personis distincta sor...atur. Cuius rei contemplatione humanus animus tran...uillitatem & solatia, summamque erga Deum fiduciam ...ncipit.

CAP. LIX.

...Voniam præstans illa ac præpotens natura Deus, *Dei natura inscrutabilis.* ...ipsaque ęterna mens ab omni concretione mor... immunis ac libera in immensum se porrigat, atq; *Ioan. 1.* ...iq; diffusa, singula regat ac moderetur, suaque vi ...uat: ob id vna Deitas propter virtutem atq; ope... excellētiam, variis designatur nominibus, mul...que præclaris elogiis illustratur, cum apud Hebræ...um alias nationes, quibus aliqua Diuinitatis co...o obtigit. Sic in sacra historia Iehoua dicitur El, *Deus varia nomina sortitur.* ...im, Adonai, Emanuel, quorum quodque peculia... vim ac virtutem designat, magnamq; potestatem ... attribuit, quam in res inferiores exercet. Vnde ... præcepta legis solicite obseruanda proponit Iu...s, quo maior illi accederet auctoritas & veneratio,

Exod.20. Ego ſum, inquit, Iehoua Deus tuus, qui eduxi te d
Deut.5. terra Ægypti & domo ſeruitutis. Non habebis Deo
alienos coram me. Nomine tam ſacroſancto ac miri-
Iehoua ſingulare Dei nomē. fico rerum omnium exiſtentium imperium & do-
minatum ſibi aſſerit. Nam cum ſit fons & origo to-
tius vniuerſi, atque ſolus per ſe exiſtat, omnibus ſub-
Deo ab effectis nomen aſsignatur. ſiſtendi vim confert. Quamobrem par eſt, vt eius im-
perio & mandatis mortales omnes pareant, illius-
que legibus ſubiiciantur, nec ab alio, quam ab eo,
qui ſolus ab æterno exſiſtit, ſalutis præſidia conqui-
rant, aut alio ſe diuertant. Quod Hebræi Iehou
Græci Αὐτοφυῆ, Latini Exſiſtentem, Germani infe-
riores *Een eewich Goddeliick VVeſen* dicunt. Itaque
pluribus rebus deſumitur diuinæ eſſentiæ appella-
tio. A prima & perpetua exſiſtendi vi & potentia, a
æternitate, à magnificentia, maieſtate, dominatu
imperio, cui omnia ſubſunt, & qua res omnes con-
ditas regit, ac ſumma prouidentia moderatur. Sor-
Oſeæ 3. titur quoque nomen Deus à placabilitate, manſue-
Ioël.2. tudine, clementia, qua vtitur erga homines, qui re-
Nahum 1. bus afflictis ac deploratis illius opem ac ſubſidium
implorant. Nam, El, Hebraica vox, Dei clementiam
exprimit iuſtitiæ coniunctam, qua pios fulcit ac tue-
Nahum 2. tur, & improbos caſtigat, atque incuſſo terrore,
Oſea 11. ſceleribus reuocat. A luce, qua caliginem & nebu-
las mentisque errores diſpellit, atque animos tene-
broſos veritatis ac cognitionis ſuæ lumine illuſtrat.
Iohan.1. Sic Chriſtus: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me
non ambulat in tenebris. Ab igne, quo pios inflam-
mat vritque amore Diuinitatis, atque illorum men-
tes ſalutari viuidaque doctrina imbuit, aduerſarios
vero & qui nulla ducuntur erga Deum reuerentia,
nullo metu conſumit, atque vt ignis arida nutri-
menta ac fomitem, in nihilum redigit. Quocirca
Deut.4. ſuadet Moyſes & Paulus reuerenter ac religioſe
Hebr.13. Deum colendum, quo illi ſimus accepti. Eſt enim
Deus

s noſter, inquit, ignis conſumẽs, quare ſubmiſſe *Mich.6.*
q; ſe apud illum gerat. Aſſignatur quoq. Deo no- *Oſea 1.*
à bonitate & munificentia, qua vtitur erga ſuos *Deum Belgæ*
is non ſuſtinet premi vlla rerum egeſtate, aut ino- *God: à boni-*
tabeſcere; ſed de omnibus affatim illis proſpicit, *tate vocant.*
ue affluenter ad vſum neceſſaria largitur cum ex-
a bona; tum animi tranquillitatem ac pacatam
tem. A pietate ac paterno affectu quo ſuos com-
titur, illorumq. ſaluti ac cõmodis proſpicit. Pater
tur. Sic Deus apud Hieremiam Patrem vocabis *Hierem.5.*
& poſt me ingredi non ceſſabis. Rurſus, factus *Malach.1.*
Iſraëli pater & Ephraim progenitus meus eſt, & *Hierem.1.*
ucam illos per torrentem aquarũ in viam rectã, *Eſai.65.*
on impingent, hoc eſt, meis veſtigiis inſiſtent, me
itabuntur, meæq. voluntati acquieſcent, & ego
tutos præſtabo in omnibus viis ſuis, nec quidq̃
accedet incommodi, nec vlla inferetur iniuria,
a clades, nulla calamitas. Eſaias autem ſpecioſiſ- *Eſai.6.*
os titulos ac triumphales commemorat, quos
s Pater Chriſto attribuit, quo quiſq; cognoſcat,
l Seruator Chriſtus natiuitate, morte, & reſurre-
ne ſua, ipſoq; in cœlum aſcenſu nobis contulit.
enim Vates Chriſti magnificentiam, ſplendorem,
iam, decus, potentiam, amplitudinem exprimit,
rũ nihil nõ in noſtrum vſum & commoditatẽ re-
at: vnde Emanuel dictus, h. e. nobiſcũ Deus: Puer *Emanuel quid*
us eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt *deſignet.*
cipatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomẽ *Hierem.5.*
Admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater fu- *Oſeæ 7.*
ſeculi, princeps pacis. Innumera ſunt atq; infini- *Eſai.3.*
quæ huic immenſæ Maieſtati accommodari poſ- *Matth.9.*
, imo quæ ipſe ſibi attribuit. Sic Medicum ſe vo- *Eſai.49.*
quod ſanitatem mentis & corporis præſtet, ac cũ *Ioan.10.*
ernis, tum internis hominum vitiis medeatur. *Pſal.78.*
torem, quod ſumma cura ac vigilantia gregi pro-
iat, ac diſſipatas oues colligat, illaſq. ſalutari pa-

1.Pet.2. bulo verbi sui pascat ac reficiat. Sic Christus se vitem
Ioan.15. fructiferā vocat, Patrem vero agricolā, nos palmites
viti inhærentes, quos ille purgat ex eaque inutiles
frutices resecat, hoc est, superuacuas cupiditates am-
Simile à vite. putat, quo plus fructus proferant. Quos vero reperit
infructuosos ac prouentu annuo destitutos (qua Me-
taphora designat illos, qui nullū fidei fructum profe-
runt) vt inutile sarmentū atq; aridū, nulloque succo
imbutū igni deputat. Paulus quoq; non dissimili vti-
tur Metaphora ab agri colendi studio, atque archite-
cturæ industria desumta. Sublatis enim sopitisque t-
1.Cor.3. multatibus, quibus inter se dissidebant Corinthii, at-
Simile ab ar- que intumescebant doctorum suorum nomine, alii
chitectura. aduersum alium: vt nostro nunc seculo factitari vi-
demus, commonefacit singulos, vt si quid salutaris
doctrinæ consecuti sunt, id non ministris attribuant,
sed in Deum bonorum omniū auctorem transferant.
Apostoli Dei Nos, inquit, adiutores sumus, & velut conducti ope-
ministri. rarii Dei negotium agimus, illi nostram approbamus
industriam, illi noster labor desudat: Vos estis Dei a-
gricolatio & velut fundus, quem cultiorem reddi-
mus semente salutaris doctrinæ. Vos estis ædificium
Deus absolutū & structura quæ assurgit in illius gloriam. Ceterum
virtutū exem- quod ad Dei amplitudinē ac maiestatem spectat, ni-
plar. hil excogitari potest aut mente cōcipi tam sublime,
magnificum, illustre, excellens, spectabile, eximium,
nihil deniq; omnibus suis numeris, omniq; virtutum
genere tam absolutum, quod non in diuinā essentiā
Sapientia Dei. merito referri aut illi accōmodari debeat. Illius Sa-
Psalm.31.32. pientia moderatrix rerum omniū, qua mundi hanc
103.146. vniuersitatem inscrutabili suo cōsilio ac prouidentia
Ephes.2. conseruat ac tuetur, incomprehensa est, inexplicabi-
Fortitudo Dei. lis, infinita, eo vt tantarum rerum ordo & series o-
Potentia Dei. mnes in admirationem Opificis atq; amorē rapiat. Il-
Psal.27.62. lius Fortitudo, robur & potentia qua hostes deiicit
Psal.25. ac pios fulcit, inexpugnabilis est & inuicta. Nihil est

enim

...im quod illius viribus non cedat, nec vllæ arces, Prouerb.1.
...unitiones propugnacula quantumuis firma, quæ Luc.2.
...ius potentiæ obsistant, illius iudicium & iustitia, Iustitia Dei,
...a cuique sua distribuit, ac ꝓ dignitate suisq; meri- Psal.18.47.
... præmia decernit, recta est, legitima, sancta, synce- 84.
...laudabilis, ac summæ æquitatis, adeo vt à nemine Psal.16.22,
...isi iudicii sit deprauati) calumniam mereatur, il- 144.16
...s misericordia, clementia, placabilitas, quæ nulli Misericordia
...n Prophetarum ample & magnifice decantata, im- Dei profugium
...ensa est, omnesque illius virtutes superat. Ad eam peccatoribus.
...im omnes, qui iustitiam eius pertimescunt tan- Psal.32.56.
...am ad asylum confugiunt, atq; subsidium implo- Coloss.1.
...nt. Hæc pauidis mentibus desperationem ac diffi-
...ntiam eximit. Hac Spiritus paracletus labantes so-
...ur ac fulcit, insertaque spe ac fiducia consequendæ
...utis ad thronum gratiæ impellit, quod misericor-
...am (*Remis ende quijtscheldinghe van misdaet:* Belgæ vo- Hebr.4.
...nt) cõsequantur; sic vt nihil sit quod illis possit im-
...tari aut mortis reos agere. Hanc cum Paulus esset
...pertus, ex persecutore in Apostolū ascitus, sic ani- 1.Tim.1.
...os hominum dubios ac vacillantes fulcit, atque ad Misericordia
...ei misericordiā suo insigni exemplo ꝓuocat. Cum Dei Paulo de-
...ius, inquit, persecutor essem, blasphemus, violen- cantata.
...s; misericordiam adeptus sum, quod ignorans feci
...r incredulitatem, hoc est, expers fidei & cõsilii di-
...ni ignarus. Existimauit n. cum Christianos insecta- Ioan.16.
...tur, obsequium se præstare Deo. Quo autem omni-
...s salutis suæ ratio habeatur, & cuique testatum sit
...ccata expiari sanguine Christi, iis qui illi fidunt, as-
...eranter firmaque assertione Paulus pronunciat: Paulus omnes
...ertus sermo & dignus quē modis omnibus ample- exstimulat, vt
...amur, quod Christus Iesus venit in mundū, vt pec- Dei misericor-
...tores saluos faceret, quorum ego primus sum. Ve- diæ se commit-
...m ideo misericordiam consecutus sum, vt in me tant.
...imo ostenderet omnem clementiam, ad exprimē-
...m exemplar iis, qui credituri sunt in illū in vitam

æternam, hoc eſt, ſpe & exſpectatione regni cœleſtis. Quod beneficium quum totum transferri debeat, in cœleſtem Patrem, nec deceat illũ debita laude, ſuoq; præconio fraudari: Regi inquit, ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo honos, decus & gloria in perpetuũ, Amen. Petrus quoq. ob redemtionis myſterium parem laudem defert Deo & patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui iuxta copioſam ſuã miſericordiam regenerauit nos in ſpem viuam; per hoc quod reſurrexit Ieſus Chriſtus à mortuis in hæreditatem immortalem: incontaminatã & immarceſcibilẽ repoſitã in cœlis erga nos, hoc eſt, noſtri amore. Poſtquam enim benignitas atq. erga homines amor & humanitas apparuit Seruatoris noſtri Dei nullis noſtris meritis, nec ob iuſtitiæ opera quæ fecimus, ſaluos fecit nos, ſed pro ſua miſericordia per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit opulente per Ieſum Chriſtum Seruatorem noſtrum, vt iuſtificati illius gratia hæredes efficeremur iuxta ſpem vitæ æternæ, qui ſermo certus eſt & indubitatus, omnibuſq. modis ſingulorum animis infigendus. Cum itaq; tantus ſit erga genus humanum Dei amor & propenſio, is fauor & caritas, vt præter vſum & commoditatem rerum omnium, etiam filiũ ſuum vnice dilectum homini redimendo impenderit, quo Chriſti morte & reſurrectione reconciliationem & gratiam conſequeretur: par eſt, atq. id æquitas impenſique beneficii gratitudo expoſcit, vt quiſque noſtrũ omnem ſpem ac fiduciã in illo conſtituat, illũ ſummis laudibus proſequatur, illi vitã ac mores approbare ſtudeat, illi fide placeat non equidem otioſa & inani, ſed operibus caritatis fulta ac ſtipata; illi abnegata impietate, reiectiſq. carnalib. deſideriis, ſe totum conſecret, ac ſobrie, iuſte ac pie viuat in hoc ſeculo exſpectans beatã ſpem & apparitionem gloriæ magni Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui exhibuit

1 Petr. 1. *Petrus Dei miſericordiam efſert in immenſum.* *Tit. 3.* *Deo approbanda noſtra vita.* *Fides fructibus exornatur.* *Tit. 2.*

buit se pro nobis, quo redimeret nos ab omni ini-
uitate, & purgaret sibi populum peculiarē sectato-
bonorum operum. Hac n. instituendæ vitæ ratio- *Rom. 5.*
conceppto spiritu Paracleto, fouebitur pax & secu-
tas in mentibus nostris, excussaq. trepidatione ac
ortis metu, ad immortalitatem sedesque beatas,
hristo duce patebit ingressus. Non est autem Mors, *Mors vitæ in-*
rporis interitus, sed innouatio, non naturæ extin- *nouatio.*
io, sed alterius vitæ vestibulum, ac ianua primusq;
cœlestem Ciuitatem aditus, atq. introitus ad æ-
rnitatem. De cuius rei certitudine non est. q quis
nbigat. aut Dei promissis diffidat, cum ipsa Veritas
uæ nō fallit, fideliter præstet, quod est pollicita. Est
nim Deus verax: omnis homo mēdax hoc est, Deus *Deus verax in*
eminem fallit, neminem decipit, nec sua spe & *promissis.*
spectatione quenquam frustratus, non est vanus *Psal.61.115.*
ollicitator, aut promissor inanis, more hominum *Rom.3.*
ui rumpunt fœdera, rescindunt pacta pollicitis va-
icie quadam veteratoria se eximunt atq; elabun-
ur; sed est constans, stabilis, firmus, summaque fide
ræstat & exoluit, q est pollicitus, & quod se reci-
it facturum. Omnis autem homo mendax, hoc est *Homo mendax,*
llax, futilis, lubricus, leuis, inconstans, mutabilis, *quem sensum*
ubius, vacillās, varius, fraudulentus, vanus; captio- *habet.*
is, infidus, & qui aliud stans aliud sedens loquatur,
a vt nemo tuto illi possit fidere. Quæ vitia à Diui-
a maiestate sunt alienissima, vt in quam nulli ca-
unt affectus humani. Quocirca illi potissimū sum- *In vitæ discri-*
na fiducia innitendum, in illum omnia nostra vota, *mine ad Deum*
pes, desideria transferenda, seu pericula & calami- *confugiendum.*
ates seu mors atque extremus conflictus imminet.
Omnia enim illius fauore ac præsentia mitescunt,
omnia ex acerbis atque amaris dulcia perficiuntur.
Discutitur illius fiducia mortis metus, animisque
nostris omnis terror & trepidatio eximitur. Huius
amore contemnimus ac despicimus vitæ huius diui-

tias & blandimenta. Huius virtute ac præsidio perfe-rimus (quæ singulis momentis nos circumuallant) ærumnas & incommoda. Huius solida spe atque ex-spectatione æternitatis fulti alacriter emigramus ex æui huius ergastulo ac Christo duce ad beatas se-des prouehimur. Minus autem grauate ab hac corpo-ris societate à vitæ huius statione diuellimur, minus-que nos reddit anxios postrema cum morte luctatio in qua fere diffidentia ac desperatio mentem oppu-gnat, qꝫ certi sumus merito Christi nobis partam re-demptionem ac gratiam. Mediator enim inter Deum & hominem Iesus Christus Patri nos reconciliauit, suoque sanguine peccata nostra eluit, ac per resurre-ctionis potentiam iustitiam nobis contulit. Tradi-tus enim fuit Christus propter peccata nostra, vt Paulus ait & exercitatus est propter iustificationem nostri. Sic vt resurrectione Christi tanquam pigno-re confirmati confidamus nos saluos fore, atque eius virtute resuscitandos. Ipse enim, vt Apostolus testa-tur, transformabit corpus nostrum humile, & con-forme reddet corpori suo glorioso secundum effica-ciam, qua potest sibi subiicere omnia. Tametsi enim iuxta Pauli doctrinam terrenum hoc nostrum domi-cilium huius tabernaculi destruendum, fit vt domus ruinosa quæ soluta compage ac nexibus, diuulsaque contignatione dissoluitur, quod ædificium à Deo habemus non manufactum, sed æternum in cœlis. Deus enim qui suscitauit Dominum Iesum, nos quo-que per illum suscitabit, atque efficiet communis re-surrectionis gloriæ consortes, quæ certissima spes hoc efficit, vt minus deprauati hinc nos subduci pa-tiamur.

Mors Christi peccata nostra eluit.

Resurrectio Christi iustificat.

Ioan. 1.

Rom. 4.

Philip. 3.

2. Cor. 4. & 5.

FINIS.

INDEX

INDEX CAPITVM quæ primo libro continentur.

QVA

QVÆ SECVNDO LIBRO CONTINENTUR.

itum[...]

34 Q

QVÆ LIBRO TERTIO CONTI nentur.

INDEX

QVÆ LIBRO QVARTO CONTInentur.

magna

RERVM ET SENTENTIARVM DE OCCVLTIS naturæ miraculis, INDEX.

A.

Affectum

B.

E.

Cypria-

Habitus

H.

Mori-

Nobi[...]


Quid.

Rei

Sanguis

Simi

Spiritus



ELENCHVS OMNIVM CAPITVM QVÆ IN PARÆnesi continentur.

55 Omnis

RERVM ET SENTENTENTIARVM IN PARÆNESI contentarum INDEX.

A.

D.

E.

F

G.

Helucu[illegible]

Obs[...]

FINIS.





